UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

Sessio XXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**

Visual Library

Ego ipſe *d.allegat.*84.*num.*5.*in fine*, & cenſuit Rot. *dicta deciſ.*581. *num.* 1. apud Farin.*part.*2. *in poſthum.* vbi ait iuxta declarationem ſacræ Congreg. *ſub die* 6. *Iunij* 1601. immemorabilem non eſſe ſublatam per diſpoſitionem Concilij *in præſenti*, *& in Theatina iuriſdictionis* 5. *Decembris* 1614. *coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino*, impreſſa per Farin. *deciſ.*610. *num.* 1. *part.* 2. *recent. & in Marſicen. iuriſdictionis* 26. *Aprilis* 1609. *coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo*, impreſſa per eundem Farin. *deciſ.*248. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* vbi aſſerit S. Congregationem Concil. cenſuiſſe hoc decretum non excludere immemorabilem, ſed donec de illa conſtiterit per tres ſententias conformes, non inferiorem, ſed diœceſanum Epiſcopum debere interim huiuſmodi cauſas cognoſcere, & *num.*2. cenſuit immemorialem debere probari cum requiſitis, de quibus *in gloſſ. fin. cap.* 1. *de præſcript. lib.* 6. videlicet per teſtes deponentes de viſu per quadraginta annos ante litem motã, & habentes congruam ætatem, qualis eſt annorum 54. refert Ludouic. à Sarauia *in tract. de iuriſdict. Adiunctorum quæſt.* 24. *num.* 26. *verſ. illud.* Et non tolli conſuetudines futuras, ſed præteritas tantùm, reſoluit Anguian. *de legibus lib.* 2. *controu.* 20. *num.* 21.

## SESSIO XXV.

### Decretum de Purgatorio.

1 *Doctores de Purgatorio agentes.*
2 *Purgatorij locus.*
3 *Animæ quas pœnas in Purgatorio patiantur.*
4 *Animæ Purgatorij non poſſunt ordinariè ante pœnas omnino perſolutas ad tempus inde exire.*
5 *Purgatorij pœnarum duratio non eſt æqualis in omnibus animabus, quæ ibi purgantur.*

CVM Catholica Eccleſia, Spiritu ſancto edocta, ex ſacris litteris, & antiqua Patrum traditione, in ſacris Concilijs, & nouiſſimè in hac œcumenica Synodo docuerit,[a] Purgatorium eſſe, *animaſque ibi detentas fidelium ſuffragijs*, potiſſimum verò acceptabilis altaris ſacrificio iuuari, præcipit ſancta Synodus Epiſcopis, vt ſanam de Purgatorio doctrinam, à ſanctis Patribus, & ſacris Concilijs traditam à Chriſti fidelibus credi, teneri, doceri, & vbique prædicari, diligenter ſtudeant. Apud rudem verò plebem difficiliores, ac ſubtiliores quæſtiones, quæque ad ædificationem non faciunt & ex quibus plerumque nulla fit pietatis acceſſio, à popularibus concionibus ſecludantur. Incerta item, vel quæ ſpecie falſi laborant, euulgari, ac tractari non permittant. Ea verò, quæ ad curioſitatem quandam, aut ſuperſtitionem ſpectant, vel turpe lucrum ſapiunt, tanquam ſcandala, & fidelium offendicula prohibeant. Curent autem Epiſcopi, vt fidelium viuorum ſuffragia, Miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes, eleemoſynæ aliaque pietatis opera, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus defunctis fieri conſueuerunt, ſecundùm Eccleſiæ inſtituta piè, & deuotè fiant, & quæ pro illis ex teſtatorum fundationibus, vel alia ratione debentur, non perfunctoriè, ſed à Sacerdotibus, & Eccleſiæ miniſtris, & alijs, qui hoc præſtare tenentur, diligenter, & accuratè perſoluantur.

[a] Seſſ.6.can.30. ſup. ſeſſ.22. cap.2. & can.3.

1. VIde Alphonſ. Aluarez Guerreiro *in ſpeculo iuris Pontific. cap de Purgatorio, pag. mihi* 199. Caſtro aduersùs hæreſes *verb. Purgatorium*, Domin. Sot. *in* 4. *diſt.* 19. *quæſt.* 3. Petr. Sot. *de inſtit. ſacerd. lect.* 1. *&* 2. *de Purgatorio*, Theodor. Peltan. *in tract. de Purgatorio*, Cardin. Bellarmin. *in ſuis controuerſ. Catholic. vbi de Purgatorio*, Cordub. *lib.* 1. *quæſt.* 9. *de indulgent.* Gregor. de Valent. *tom.* 4. *diſput.* 11. *de locis, ſeu receptaculis animarum poſt mortem quæſt.* 1. *punct.* 1. Nicol. Diaz *en el trattado del iuizio final c* 6. §. 2. Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Purgatorium*, Soar. *tom.* 4. *de pœnitent. diſput.* 45. *ſect.* 1. Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 3. *quæſt.* 44. *art.* 1. Ægid. de ConincK *de Sacrament. & cenſur. tom.* 2. *diſput.* 11. Martin. Carillo *en la explicacion de la Bulla de los defuntos, in princip.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. tract.* 3. *quæſt.* 61. *cum ſeq.* Fernandez *in examine Theolog. moral. part.* 3. *cap.* 8. *de Purgatorio*, Iul. Lauor. *de Iubileo & indulgent. p.* 2. *cap.* 29. Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regul. reſol.* 122. Illuſtriſſ. D. Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. qualis* 4. *& ſeq. diſt.* 25. Trullench *in expoſit. Bullæ defunctorum lib.* 4. *dub.* 2. nouiſſimè Bartholom. à S. Fauſto *in tract. de quatuor animarum receptaculis, nempe purgatorio, limbo, inferno, & paradiſo, lib.* 5.

2. De loco Purgatorij vide Bellarm. *d. lib.* 2. *de Purgatorio cap.* 6. Henriq. *de fine hominis cap.* 25. §. 3. Valent. *d. quæſt.* 1. *puncto* 2. Soar. *d. tom.* 4. *de pœnitent. diſput.* 45. *ſect.* 2. *ex num.* 3. Martin. Carill. *d. tract. p.* 1. *cap.* 2. Benzon. *de Iubileo, lib.* 2. *cap.* 27. Ægid. de ConincK *d. tom.* 2. *diſput.* 11. *dub.* 2. *num.* 17. *cum ſeqq.* Fernandez *dict. cap.* 8. §. 1. *numer.* 3. *&* 4. Illuſtriſſ. D. Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. qui in aliud num.* 2. *diſt.* 25. qui aſſerunt locum Purgatorij eſſe infra viſcera terræ inferno ipſi vicinum. Bartholom. à S. Fauſto *d. lib* 5. *de quatuor animarum receptaculis quæſt.* 2. vbi dicit quòd licèt Purgatorium ſecundùm legem communem, & ordinariam Dei in viſceribus terræ ſit, non tamen ſemper animæ in iſto communi loco purgantur, quia interdum ſecundùm legem particularem, ſeu diſpenſationem diuinam diuerſis in locis nonnulli puniti eſſe leguntur.

3. Quas pœnas animæ in Purgatorio patiantur, diſſerunt Petr. Sot. *d. lect.* 2. *de Purgator.* Angles *in floribus theologicar. q. part.* 1. *quæſt.* 4. *de Purgat.* Ioan. Iaſen. *de fidelium animarum Purgator. lib.* 1. *cap.* 2. Viuald. *in candel. aureo part.* 1. vbi de Purgatorio *num.* 8. Cardin. Bellarmin. *d. lib.* 2. *de Purgator. cap.* 10. *cum quatuor ſeqq.* Valent. *d. diſput.* 11. *quæſt.* 1. *puncto* 2. Soar. *dict. tom.* 4. *diſput.* 46. *ſect.* 1. *&* 2. Martin. Carrillo *dict. tract. part.* 1. *cap.* 3. Ægid. de ConincK *dict. diſput.* 11. *dub.* 3. *num.* 19. *cum ſeqq.* Homobon. de Bonis *d. tract.* 3. *cap.* 7. *quæſ.* 62. Trullench *in expoſit. Bullæ defunctor. lib.* 4. *dub.* 3. Bartholom. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *de quatuor receptaculis animarum quæſt.* 3. vbi dicit animas Purgatorij duplicem pati pœnam, nempe pœnam damni, & pœnam ſenſus, & *q.* 4. dicit pœnam damni in Purgatorio eſſe maximam pœnarum, & minorem pœnam ſenſus Purgatorij acerbiorem eſſe maxima pœna huius vitæ, & *quæſt.* 7. refert animas, quæ ſunt in Purgatorio, non æqualiter ab igne torqueri, ſed vnamquâque plus vel minùs intenſiùs puniri, & *q.* 9. tenet nullã animam ex Purgatorio omni liberari donec ſit plenè purgata, nullamque ibi torqueri vltra diem iudicij generalis, & *quæſt.* 11. affirmat omnes animas, quæ in Purgatorio ſunt, habere certitudinem ſuæ ſalutis, & *quæſt.* 12. probat animas, quæ ſunt in Purgatorio, non poſſe aliquid mereri, vel demereri, & *quæſt.* 16. contra Be-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dam, Dionyſium Carthuſ. & alios aſſerit animas exiſtentes in Purgatorio miniſterio dæmonum non torqueri. Illuſtriſſ. D. Roderic. à Cunha *in comment. ad d. cap. qui in aliud, nu.2.* vbi ait in Purgatorio ſicut in inferno eſſe pœnam ignis, qui eſt corporeus eiuſdem ſpeciei cum noſtro elementari, qui verè, realiter, & phyſicè efficit cruciatum in animabus, ſeu ſpiritibus, agitque in ſpiritibus rem aliquam diſconuenientem, quæ ſit obiectum doloris, & triſtitiæ, & *num.3.* poſtquam retulit aliquorum opinionem aſſerentium pœnam Purgatorij ſuperare omnem pœnam huius vitæ, concludit tamen aliquam pœnam Purgatorij reperiri minorem aliqua pœna huius vitæ, & *nu. 4.* aſſerit animas beatas immediatè tranſire à loco Purgatorij ad beatitudinis locum.

4. Animas Purgatorij non poſſe ordinariè ante pœnas omnino perſolutas ad tempus inde exire, quia ibij ſunt quaſi in carcere, ex ſingulari tamen Dei permiſſione poſſe egredi, ac aliquibus apparere, vt eorum ſuffragia poſtulent, aſſerunt Ægid. de ConincK *d. diſput.11. dub.6. num.49.* Iul. Lauor. *d. cap.29. num.* 101. Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad d cap. qui in aliud, num.5.* latè Barthol. à S. Fauſto *vbi ſuprà lib.5. quæſt.48.* Ego ipſe *in collect. ad cap. fatendum* 13. *quæſt.2. num.4.* vbi poſt Soar. *d. ſect.4. num.11.* aduertit quod quando hæc diſpenſatio fit, pœna non interrumpitur, quia ignis ſicut in aere cruciat dæmones, ita animas torquere ac purgare poteſt, & *num. 7.* poſt Leſſ. *de iuſtit. lib.2. cap.37. dub.5.* credibile dicit animas in Purgatorio de proximorum ſalute eſſe ſolicitas, & pro illis Deum aſſiduè orare.

5. Durationem pœnarum Purgatorij non eſſe æqualem in omnibus animabus, quæ ibi purgantur, cùm non omnes animæ decedant cum æquali reatu peccatoru*m* remiſſorum, & per aliorum ſuffragia aliæ liberentur, aſſerunt Soar. *d. diſput.46. ſect.4. num.4.* Ægid. de ConincK *d. diſput.11. dub.4. num.37. verſ. quarto.* Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. qualis num.5. diſt.25.* vbi *nu. 6.* dicit ſe exiſtimare animas ob grauia peccata plurimis annis puniri citat Soar. *d. ſect.4. num.6.* Ægid. *d. num.37. & 38.* Syluium *in ſupplement. 3. par. D. Thom. quæſt.100. artic.8. dub.1.*

*a Animas in Purgatorio detentas Fidelium ſuffragijs*, &c.] Vide Barthol. à S. Fauſto *in tract. de ſuffragijs lib.1. quæſt.22. prope fin.* vbi per hunc tex. reſoluit ſuffragia viuorum prodeſſe defunctis in Purgatorio exiſtentibus quoad remiſſionem pœnæ debitæ pro peccatis dimiſſis, & *quæſt.24.* dicit noſtras orationes aliquando defunctis prodeſſe per modum impetrationis, & *quæſt.25.* ait beatos cœli ciues interdum orare pro animabus Purgatorij, ac proinde impetrare illis gratuitam remiſſionem alicuius pœnæ.

De limbo ſanctorum Patrum & puerorum, vide Barthol. à S. Fauſto *d. lib.5. de quatuor animarum receptaculis quæſt.17.* vbi dicit limbum ſanctorum Patrum eſſe in Inferno, ſed in parte ſuprema, & antè *quæſt.18.* approbat eorum opinionem, qui tenent Infernum damnatorum in centro terræ eſſe, mox ſuper infernum puerorum Limbum, & ſuper Limbum Purgatorium, & ſuper Purgatorium olim Limbos ſanctorum Patrum exiſtebat, *& ead q. 18.* ſentit pueros, qui ſunt in Limbo, ſolummodo pati pœnam damni, & *quæſt.19.* quod paruuli in Limbo ſpeculantur naturalia.

## De Inuocatione, veneratione, & Reliquijs Sanctorum, & ſacris Imaginibus.

1 *Vſus ſanctarum Imaginum pictarũ, earumque adoratio vetuſtiſſimus in Eccleſia Dei, & à ſanctis Patribus comprobatus.*
2 *Sancti vnà cum Chriſto regnant.*
3 *Peregrinatio ad Sanctorum memorias.*
4 *Imago Sancti non canonizati in Altari poni non poteſt.*
5 *Imagines quorumcunque hominum cum ſanctitatis vel martyrij fama defunctorum non poſſunt apponi in oratorijs publicis, aut priuatis antequam canonizentur, aut Beati declarentur.*
6 *Tabellæ votiuæ, & alia huiuſmodi in ſignum gratiæ receptæ apponi non poſſunt in loco vbi corpus defuncti ſepultum eſt.*
7 *Miracula nulla noua ſunt admittenda niſi recognoſcente, & approbante Epiſcopo.*
8 *Miracula noua hominis defuncti non canonizati, nec beatificati poteſt Epiſcopus publicare, atque approbare.*
9 *Reliquias nouas non licet Epiſcopis approbare, & eas publicè venerandas exponere, niſi ſint canonizati.*
10 *Reliquias Sancti ab Eccleſia canonizati approbare competit Epiſcopo in ſua diœceſi.*
11 *Cognitio quòd reliquiæ ſint veræ ſpectat ad Ordinarium.*
12 *Miraculorum recognitio non ſpectat ad alium etiam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentem præter Epiſcopum.*
13 *Epiſcopus ad reliquiarum approbationem faciendam tenetur conſulere Theologos, & alios viros pios, & doctos.*

MAndat ſancta Synodus omnibus Epiſcopis, & cæteris docendi munus, curamque ſuſtinentibus, vt iuxta Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ vſum, à primæuis Chriſtianæ religionis, temporibus receptum, ſanctorumque Patrum conſenſionem, & ſacrorum Conciliorum decreta, in primis de Sanctorum interceſſione, inuocatione, reliquiarum honore, & legitimo imaginum vſu, fideles diligenter inſtruant, *a docentes eos, Sanctos, vna cùm Chriſto regnantes* orationes ſuas pro hominibus Deo offerre, bonum, atque vtile eſſe ſuppliciter eos inuocare, & ob beneficia impetranda à Deo per filium eius Ieſum Chriſtum, Dominum noſtrum, qui ſolus noſter Redemptor & Saluator eſt ad eorum orationes, opem, auxiliumque confugere, illos verò, qui negant Sanctos, æterna felicitate in cælo fruentes, inuocandos eſſe, aut qui aſſerunt, vel illos pro hominibus non orare, vel eorum, vt pro nobis etiam ſingulis orent, inuocationem eſſe idololatriam, vel pugnare cum verbo Dei, aduerſarique honori vnius mediatoris Dei, & hominum Ieſu Chriſti, vel ſtultum eſſe, in cœlo regnantibus voce, vel mente ſupplicare, impiè ſentire. Sanctorum quoque martyrum, & aliorum cum Chriſto viuentium ſancta corpora quæ viua membra fuerunt Chriſti, & templum Spiritus ſancti, ab ipſo ad æternam vitam ſuſcitanda, & glorificanda, à fidelibus veneranda eſſe, per quæ multa beneficia à Deo hominibus præſtantur, ita vt affirmantes, Sanctorum Reliquiis venerationem, atque honorem non deberi, vel eas, aliaque ſacra monumenta à fidelibus inutiliter honorari atque eorum opis impetrandæ cauſa Sanctorum *β memorias fruſtra frequentari*, omnino damnandos eſſe, [a] prout iampridem eos damnauit, & nunc etiam

1. Cor. 3.
a Concil. Nicen. 2.

etiam damnat Eccleſia. Imagines porro Chriſti, Deiparæ Virginis, & aliorum Sanctorum, in templis præſertim habendas, & retinendas, eiſque debitum honorem, & venerationem impertiendam, non quod credatur ineſſe aliqua in ijs diuinitas, vel virtus propter quam ſint colendæ, vel quod ab eis ſit aliquid petendum, vel quod fiducia in imaginibus ſit figenda, veluti olim fiebat à Gentibus, quæ in idolis ſpem ſuam collocabant, ſed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad [b] prototypa quæ illæ repræ- Pſalm.134.
ſentant, ita vt per imagines, quas oſculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Chri- b Concil. Nicen. 2.
ſtum adoremus, & Sanctos, quorum illæ ſimilitudinem gerunt, veneremur, id quod Conciliorum, præſer- actio 3.
tim verò ſecundæ Nicenæ Synodi decretis contra imaginum oppugnatores eſt ſancitum.

Illud verò diligenter doceant Epiſcopi, per hiſtorias myſteriorũ noſtræ redemptionis, picturis, vel alijs ſimilitudinibus expreſſas, erudiri, & confirmari populum in articulis fidei commemorandis & aſſiduè recolendis, tum verò ex omnibus ſacris imaginibus magnum fructum percipi, non ſolùm quia admonetur populus beneficiorum, & munerum, quæ à Chriſto ſibi collata ſunt, ſed etiam quia Dei per Sanctos miracula, & ſalutaria exempla oculis fidelium ſubijciuntur, vt pro ijs Deo gratias agant, ad Sanctorumque imitationem vitam, moresque ſuos componant, excitenturque ad adorandum, ac diligendum Deum, & ad pietatem colendam. Si quis autem his decretis contraria docuerit, aut ſenſerit, anathema ſit. In has autem ſanctas & ſalutares obſeruationes ſi qui abuſus irrepſerint, eos prorſus aboleri ſancta Synodus vehementer cupit, ita vt nullæ falſi dogmatis imagines, & rudibus periculoſi erroris occaſionem præbentes, ſtatuantur. Quod ſi aliquando hiſtorias, & narrationes ſacræ Scripturæ, cum id indoctæ plebi expediet, exprimi & figurari contigerit, doceatur populus, non propterea diuinitatem figurari, quaſi corporeis oculis conſpici, vel coloribus aut figuris exprimi poſſit. Omnis porro ſuperſtitio in Sanctorum inuocatione, Reliquiarum veneratione & imaginum ſacro vſu tollatur, omnis turpis quæſtus eliminetur, omnis denique laſciuia vitetur, ita vt procaci venuſtate imagines non pingantur, nec ornentur, & Sanctorum celebratione, ac reliquiarum viſitatione homines ad comeſſationes, atque ebritates non abutantur, quaſi feſti dies in honorem Sanctorum per luxum, ac laſciuiam agantur. Poſtremo, tanta circa hæc diligentia, & cura ab Epiſcopis adhibeatur, vt nihil inordinatum, aut præpoſterè, & tumultuariè accommodatum, nihil profanum, nihilque inhoneſtum appareat, [c] cum domum Dei deceat ſanctitudo. c Pſalm. 92.
Hæc vt fidelius obſeruentur, ſtatuit ſancta Synodus, nemini licere vllo in loco, vel Eccleſia, etiam quomo- cap. decet. de immunit.
dolibet exempta, γ *vllam inſolitam ponere, vel ponendam curare imaginem*, niſi ab Epiſcopo approbata Eccleſ. in 6.
fuerit, δ *nulla etiam admittenda eſſe noua miracula*, ε *nec nouas Reliquias recipiendas*, ζ *niſi eodem recognoſcente & approbante Epiſcopo*, qui ſimulatque de ijs aliquid compertum habuerit, η *adhibitis in conſilium Theologis*, & alijs pijs viris, ea faciat, quæ veritati, & pietati conſentanea iudicauerit. Quod ſi aliquis dubius, aut difficilis abuſus ſit extirpandus, vel omnino aliqua de ijs rebus grauior quæſtio incidat: Epiſcopus, antequam controuerſiam dirimat, Metropolitani, & Comprouincialium Epiſcoporum in Concilio Prouinciali ſententiam expectet, ita tamen, vt nihil inconſulto Sanctiſſimo Romano Pontifice, nouum, aut in Eccleſia hactenus inuſitatum decernatur.

1. VIde Alphonſ. à Caſtro *libr. 8. aduerſus hæreſes, verb. Imago*. Sim. Maiolum per integrum tract. *de ſacris imagin.* Gulielm. Durand. *in ration. diuinor. lib. 1. cap. 3.* Simanch. *de Cathol. inſtitut. cap. 33. à princip.* Sebaſtian. Medic. *in ſumm. omnium hæreſum part. 1. verb. Imago*, Bartholom. à Medina *p. 1. inſtruct. Confeſſ. c. 14. §. 1. poſt med.* Cardin. Bellarmin. *in controuerſ. Cathol. controuerſ. 7. lib. 1.* Azeued. *l. 13. à princip. tit. 1. lib. 1. noua recopil.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 1. cap. 9.* Nauarr. *in man. cap. 11. num. 21. verſ. 7. & cap. 27. num. 169.* Sarmien. *lib. 2. ſelectar. cap. 14. num. 2.* Hieronym. Roman. *lib. 4. de Repub. Chriſtian. cap. 7.* Valent. *2. 2. diſp. 6. quæſt. 11. puncto 6.* Soar. *in 3. part. S. Thom. quæſt. 25. art. 3. diſput. 54. per ſeptem ſectiones*. Vaſq. *in tract. de adorat. imaginum lib. 3. diſput. 3. à num. 8.* Fr. Emman. *quæſt. regular. tom. 3. quæſt. 55. art. 1.* Azor. *inſtitut. moral. part. 1. lib. 9. cap. 6. & 8.* Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regul. reſolut. 124.* latè Trullench *in Decalogum lib. 1. c. 9. dub. 5. cum ſeqq.* & præcipuè *dubit. 7.* Caſtro Palao *in opere morali tom. 2. tract. 8. diſput. 1. punct. 3. & 4.*

2. α *Docentes eos Sanctos vnà cum Chriſto regnantes.*] Vide S. Cyprianum *epiſt. 57.* & ibi latam additionem Iacobi Pamelij *num. 14.* Nauarr. *in tract. de orat. notab. 1. num. 21.*

3. β *Memorias fruſtrà frequentari.*] De peregrinatione ad Sanctorum memorias, vide Fr. Ioſephum de Sequença *in vita S. Heronymi lib. 4. cap. 9. pag. mihi 451.*

4. γ *Vllam ſolitam ponere, vel ponendam curare imaginem.*] Vide Philiarch. *de officio Sacerdotum tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 9. in fine.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. part. 2. cap. 1. num. 20. cum ſeqq.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 3. num. 18.* Emman. de Valle *de incantat. & enſalmis ſect. 2. cap. 3. num. 34.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 43. num. 6.* vbi *numer. 7.* ſubdit nec in Altari domus priuatæ licere eam imaginem Sancti non canonizati tenere ſi ſola in eo ſit, & cum lampade. Berti Lucenſ. *in praxi Barboſ. Collect. in Concil. Trid. crimin. Regul. titulo 4. capitul. 34. prope fin. verſ. imagines Eccleſiæ*, quem refero *in tract. de Parocho part. 1. capitul. 13. numero 37.* nouiſſimè mei amiciſſimus D. Felix Contelor. *in tract. de Sanctorum canonizat. capitul. 22. à princip.* Molfeſ. *tomo 2. conſil. 45.* Trullench *dict. capitul. 9. dub. 6. à princip.*

5. Nouiſſimè emanauit decretum S. Congregationis generalis, & vniuerſalis Inquiſitionis *ſub die 2. Octobris* 1625. quo S. D. N. Vrbanus VIII. declarauit, ſtatuit & decreuit, ne quorumuis hominum cum ſanctitatis, ſeu martyrij fama (quantumcunque illa ſit) defunctorum imagines, aliaque prædicta, & quodcunque aliud venerationem, & cultum præ ſe ferens & indicans in Oratorijs, aut locis publicis, ſeu priuatis, vel Eccleſijs tam ſecularibus, quàm Regularibus cuiuſcunque Religionis, Ordinis, inſtituti, Congregationis, aut Societatis, apponantur antequam ab Apoſtol. Sede canonizentur, aut Beati declarentur, & (ſi quæ appoſita ſint) amoueantur, prout eas amoueremandauit, quod de verbo ad verbum refero Ego ipſe *in collect. ad capitul. vltim. numero 6. de reliq. & vener. Sanctor.* & nouiſſimè Trullench *dict. capitul. 9. dub. 6. numero 28.*

6. Votiuas tabellas & alia huiuſmodi in ſignum gratiæ receptæ apponi non poſſe in loco vbi corpus defuncti ſepultum eſt, reſoluit D. Felix Contelor. *in addit. ad Iacob. Caſtellan. de canonizat. Sanctorum, quæſt. 9. art. 1. nu. 26.* quem refero *in collect. ad d. cap. vltim. num. 6.* & expreſſè habetur in dicto decreto, quod ita cantat: *Ad horum hominum ſepulchra vetuit etiam ac inhibuit tabellas, ac imagines ex cera, aut argento, ſeu alia quacunque materia tam pictas, quàm fictas, atque exculptas appendi, ſeu affigi, & lampades, ſiue alia quacunque lumina accendi ſine recognitione ab Ordinario*

*omnino. prout ſuprà, facienda, Sedique Apoſtol, referenda, ac probanda.* Poſtea eadem S. Congregat. S.D.N. referente declarauit ſuæ intentionis nunquam fuiſſe prohibere oblationem, receptionemque tabellarum, & imaginum huiuſmodi, itaut approbantibus Ordinarijs ſecreto alique ſeorſum loco cuſtodiri, ibidemque iam amota collocari, & aſſeruari poſſint, vt ſi quando Dominus talium virorum merita beatificationis, ſeu canonizationis honore in terris decorare voluerit, extent huiuſmodi ſanctitatis qualeſcunque probationes Apoſtolicæ Sedis iudicio tunc examinandæ, refero Ego ipſe *in collectan, ad dictum cap. vlt. in fine, de reliq. & venerat. Sanctor.*

7. *δ Nulla etiam admittenda eſſe noua miracula*, &c. ] Vide Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 3. num. 18. verſ. miracula,* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p. 2. cap. 1. num. 21.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part. 3. allegat. 97. num. 2.* me citato *in illo loco* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. tract. 12 cap. 3 q. 15. ſuppoſ. 2.*

8. Poſſe Epiſcopum examinare noua miracula hominis defuncti non canonizati, nec beatificati, & publicare, atque approbare abſque Summi Pontific. auctoritate, antiquata diſpoſitione text. *in d. cap. vltim.* ex nouiori diſpoſitione huius decreti, tenui *d. allegat. 97. ex num. 1.* & poſtea *in collect. ad d. cap. vlt.* retuli me inſtante deciſum fuiſſe diſpoſitionem Concilij in præſenti eſſe intelligendam tam de miraculis Sanctorum canonizatorum, quàm etiam de miraculis perſonæ non canonizatæ, quod quidem decretum originale, & authenticum penes me aſſeruatur.

Contra Philiarch. *de officio ſacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 9. verſ. 5.* Sanch. *d. cap. 43. num. 2.* Ioan. Baptiſt. Signium *in tract. de reliq. & vener. Sanctor. cap. 3. in princip.* Domin. Anſoſſ. *de ſacrarum reliquiarum cultu, §. 22. num. 42.* Iacob. de Graff. *conſ. 17. à nu. 26. ſub tit. de ſenten. excom.* exiſtimantes hoc Concilij decretum agere de miraculis, & reliquijs, ac imaginibus Sanctorum canonizatorum.

9. *ε Nec nouas reliquias recipiendas*, &c. ] Nullo modo licere Epiſcopis approbare nouas reliquias, & eas publicè venerandas exponere, niſi denuo inuenirentur alicuius Sancti iampridem in Sanctorum numerum relati, reſoluunt Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 9. cap. 8. quæſt. 8.* Sanch. *d. cap. 43. num. 10.* & alij plures per me citati *d. allegat. 97. num. 10.* vbi *num. 12.* deciſum refero reliquas antiquias habendas eſſe in illa veneratione, qua hactenus fuerunt.

10. Epiſcopo competere in ſua diœceſi approbare reliquias Sancti ab Eccleſia canonizati, & illo approbante tanquam veras, & ad illum Sanctum pertinentes, poſſe abſolutè venerari, tradunt Philiarch. *d. cap. 9. ad finem,* Soar. *in 3. part. quæſt. 25. art. 6. diſput. 55. ſect. 2. verſ. quæret aliquis,* Azor. *d. quæſt. 8.* Sanch. *d. c. 43. num. 14.* vbi etiam tenet poſſe Epiſcopum extra ſuam diœceſim exiſtentem abſque aliqua Epiſcopi diœceſis licentia illam approbationem facere, & facultatem concedere, vt in ſua diœceſi publicæ Reliquiæ collocentur venerandæ.

11. Et refert Sel. *in ſelect. cap. 3. num. 11.* fuiſſe deciſum *in vna Viterbien. 26. Iunij* 1627. ad Ordinarium ſpectare cognitionem quòd reliquiæ ſint veræ, & exponendæ etiam in Eccleſijs Regularium, & interim facultatem eidem competere mandandi vt cuſtodiantur in loco ſibi bene viſo, & apud ſe retinere claues.

12. *ζ Niſi eodem recognoſcente, & approbante Epiſcopo.* ] Ad quemcunque alium etiam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentem præter Epiſcopum non ſpectare miraculorum recognitionem, tradunt Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ. 563. in 1. edit.* aliàs *reſolut. 485. in 2. edit. & in deciſion. curiæ Archiepiſcop. Neapolitan. deciſ. 397. nu. 1. part. 4.* Mari. Antonin. *variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 112. caſu* 22. Homobon. de Bonis *d. tract. 12. c. 3. quæſt. 15. ſuppoſit. 2.* Ego ipſe *d. allegat. 97. num. 9.*

13. *η Adhibitis in conſilium Theologis.* ] Ergo tenetur Epiſcopus ad reliquiarum approbationem faciendã Theologos conſulere, & aliquos viros pios, & doctos, vt per Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 9. cap. 8. quæſt. 8.* Sanch. *d. cap. 43. num. 15.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept. 1. lib. 1. cap. 4. num. 4.* vbi addit quòd illorum ſententia audita ſolius Epiſcopi erit decidere, quia Concilium in præſenti tantùm petit vt eos conſulat, non vt ſuffragium ferant.

---

## *De Regularibus, & Monialibus.*

EAdem ſacroſancta Synodus, reformationem proſequens, ea quæ ſequuntur, ſtatuenda eſſe cenſuit.

DE materia huius tituli ex profeſſo tractarunt Nauarr. *per quatuor commentaria de regularibus,* Fr. Emman. Roderic. *tribus tomis omnes ferè Regulares quæſtiones complectens.* Fr. Ludouicus Miranda *in manuali Prælatorum Regularium, & de ſacris Monialibus,* Thom. à Ieſu Maria *de ſtatu monachorum,* Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Religionis,* Laurent. de Portel. *in dubijs Regularibus,* Thom. Sanchez *tom. 2. in præcepta Decalogi,* vbi de Religioſo ſtatu ac profeſſione, Bartholom. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, ſeu de tribus votis ſolemnibus,* Franciſc. Soarez *per integrum tom. 3. & 4. de Religione,* Bonacin. *de clauſura Religioſorum, & pœnis eam violantibus impoſitis,* Fr. Bartholom. de Vecchis *in praxi ſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitijs.*

---

### *Regulares teneri ad obſeruantiam Regulæ, quam profeſſi ſunt.*

### CAPVT PRIMVM.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Generalis ſuperior poteſt cum conſenſu Capituli ſibi ſubditis aliqua efficere ſtrictiora, & arctiora ſtatuta.*
3. *A regula Ordinis ne recedatur curare debent ſuperiores.*
4. *Superiores non poſſunt ea, quæ ad ſubſtantiam Regularis vita pertinent relaxare.*
5. *Ordinarius permittere debet tertiarias moniales S. Franciſci ſub obedientia Fratrum minorũ quemadmodum antea fuerunt.*
6. *Tertiarias mulieres ad habitum tertiæ regulæ recipere licet ſuperioribus Regularibus ſufficienti facultate ad id à Sede Apoſtol. ſuffultis.*

QVoniam non ignorat ſancta Synodus, quantum ex monaſterijs piè inſtitutis, & rectè adminiſtratis, in Eccleſia Dei ſplendoris, atque vtilitatis oriatur, neceſſarium eſſe cenſuit, quo faciliùs, ac maturiùs, vbi collapſa eſt, vetus, & Regularis diſciplina inſtauretur, *a & conſtantius, vbi conſeruata eſt, perſeueret* præcipere, prout hoc decreto, præcipit, vt omnes Regulares tam viri, quàm mulieres,

res, ad Regulæ, quàm profeſſi ſunt, præſcriptum vitam inſtituant, & componant, atque in primis, quæ ad ſuæ profeſſionis profectionem, [a] vt obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis, ac ſi quæ alia ſunt alicuius Regulæ, & Ordinis peculiaria vota, & præcepta, ad eorum reſpectiuè eſſentiam, necnon ad communem vitam, victum, & veſtitum conſeruanda pertinentia, fideliter obſeruent *β Omniſque cura, & diligentia* à Superioribus adhibeatur tam in Capitulis generalibus & prouincialibus, quàm in eorum viſitationibus, quæ ſuis temporibus facere non prætermittant, vt ab illis non recedatur, [b] cum compertum ſit, *γ ab eis non poſſe ea, quæ ad ſubſtantiam* Regularis vitæ pertinent, relaxari, ſi enim illa quæ baſes ſunt, [c] fundamenta totius Regularis diſciplinæ, exactè non fuerint conſeruata, totum corruat ædificium neceſſe eſt.

a Clementi. exiui. §. cum igitur, in primis de verb. ſign.

b Cap. cùm ad monaſterium, de ſtatu monac.

c Cap. cùm Paulus, 1. q. 1.

1\. VIde Nauarr. *in cap. nullum 14. q. 2. num. 24. & 32. & in cap. ſtatuimus 19. quaeſt. 3. num. 66.* Fr. Emman. *quaeſt. regul. tom. 2. quaeſt. 73. art. 3. & tom. 3. q. 29. art. 14.* Ribadeneira pro defenſione Societatis IESV *cap. 18.* Fr. Ludouicus Miranda *in man. Prælat. tom. 1. quaeſt. 35. art. 4.* Hieronym. Gabr. *conſil. 166. à num. 3. vol. 1.* Hieron. Roder. *in compend. q. reg. reſol. 104. num. 22.*

2\. *α Et conſtantiùs, vbi conſeruata eſt, perſeueret.*] Poſſe ſuperiorem Generalem cum conſenſu Capituli ſibi ſubditis aliqua efficere ſtrictiora, & arctiora ſtatuta pertinentia ad reformandam regulam promiſſam, & ad pleniorem eius obſeruantiam, tradunt Nauar. *commento 4. de Regularib. num. 40.* Fr. Emman. *q. regular. tom. 1. quaeſt. 44. art. 1.* Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 13. c. 8. q. 2.* Barthol. à S. Fauſto *in Theſaur. relig. lib. 6. quaeſt. 113.*

3\. *β Omniſque cura, & diligentia,* &c.] Vide Fr. Emman. *q. regul. tom. 2. quaeſt. 4. art. 2.* & quomodo Prælati in reformatione ſe habere debeant, *ibidem q. 73. art. 4.*

4\. *γ Ab eis non poſſe ea, quæ ad ſubſtantiam,* &c.] Vide Fr. Emman. *tom. 1. q. 26. art. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. num. 390. & num. 396. verſ. Octauum.*

5\. Ordinarium permittere debere Tertiarias Moniales S. Franciſci ſub obedientia Fratrum Minorum, quemadmodum antè fuerunt, & efficere, vt profeſſionem trium ſolemnium votorum quamprimum emittant ex inſtituto Religionis S. Franciſci, cui ſunt adiectæ, ſi fortè emiſerint, illaſque intra ſepta monaſterij claudere, nec eas cogere debere, vt habitum mutent, vel vt velo nigro vtantur, ſi illarum Ordo id non requirat, refert deciſum Armendar. *in addition. ad recopil. legum Nauarræ libro 2. titul. 18. l. 7. de religion. nnmer. 57.* Tertiariæ, quæ trium votorum ſubſtantialium profeſſionem ſolemnem non emittunt, neque in clauſuram ſe reducere volunt, omnimodę Epiſcopi curę, & iuriſdictioni ſubiectæ ſunt, & eſſe debent, ita Sel. *in ſelect. Canonic. cap. 8. num. 3.* vbi refert ſic fuiſſe deciſum à S. Congreg. Epiſcop. *in Piſtorien. 20. Decembris 1616.*

6\. Tertiarias mulieres ad habitum tertiæ regulæ recipere licet ſuperioribus Regularibus ſufficienti facultate ad id à Sede Apoſtolica ſuffultis (Capuccinis exceptis) atque ad ipſos veſtiendi eas officium pertinet, non autem ad habitum admittendæ, & recipiendę ſunt, niſi probatæ vitæ, ac bonis moribus præditæ atque in ætate ſaltem 40. annorum conſtitutæ, quæ de proprio habeant, vnde ſufficienter viuere poſſint, & non cum alijs viris, quàm cum conſanguineis, vel affinibus in primo tantùm gradu ſibi coniunctis cohabitent, & ab Ordinario loci licentia priùs impetrata, qui non aliter eam concedat, niſi de prædictis præuio examine diligenti ſibi conſtiterit. Verùm in huiuſmodi habitu concedendo reſpectiuè deferendo, omninò à velo ſupra caput, à pectorali, & à patientia abſtinendum eſt, quinimo eæ, quæ ſupradicta tria, vel aliquod ipſorum deferre deprehenſæ fuerint, illa dimittere etiam per cenſuras eccleſiaſticas ab Ordinarijs locorum compellendæ ſunt, eadem S. Congr. *in d. Piſtorien.*

---

*Regulares vtriuſque ſexus nihil habeant proprij, & vſus mobilium à ſuperioribus conueniens permittatur, ſub pœnis, vt ibi.*

## CAPVT II.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Prælatis Religionum eſt licitum concedere Religioſis peculium ad nutum ſuperiorum reuocabile ad ſolus vſus honeſtos, & pios.*
3 *Quid attento iure hodierno Concilij.*
4 *Cauſæ rationabiles quę ad concedendum aliquibus Religioſis peculium.*
5 *Regulares vtriuſque ſexus non poſſunt tenere propria, ſed omnia dare debent ſuis ſuperioribus.*
6 *Superior nullus poteſt concedere monacho facultatem retinendi aliquid ad vſum irreuocabilem.*
7 *Propinarum abuſus tollitur.*
8 *Eleemoſynæ, quæ per pactum ſacriſtijs, & infirmarijs monaſteriorum Monialium dari ſolent non prohibentur ſicut propinæ.*
9 *Moniales, & cæteri Regulares res etiam parui momenti vti proprias retinere non poſſunt.*
10 *Monialibus minimè licet proprium poſſidere.*
11 *Moniales nec tanquam proprium poſſidere poſſunt quod ſuis manibus laborando acquirunt, vel eis à parentibus donatur.*
12 *Monialium nulli conceditur facultas diſponendi de cellis ſuis poſt obitum.*
13 *Monialibus illicitum non eſt habere de licentia Superioris quoſdam redditus vitalitios.*
14 *Caſus ſingularis.*
15 *Religionum aliquarum conſuetudo licita iudicatur.*
16 *Religioſo quando inuito ſuperiore liceat aliqua cōparare, vel retinere.*
17 *Bona ſtabilia ex nulla cauſa licet priuato Religioſo poſſidere.*
18 *Regularibus non licet ex diſpoſitione inferiorum Summi Pont. poſſidere, vel tenere agros, vel annuos redditus.*
19 *Monachus factus Epiſcopus an habeat bonorum, ſeu fructuum dominium.*
20 *Profeſſio facta cum conditione de retinendo, ſeu habendo proprio, an valeat.*
21 *Electio officialium, qui adminiſtraturi ſunt monaſteriorum bona, ad monaſterij ſpectat ſuperiores.*
22 *Officiales electi pro adminiſtratione beneficiorum monaſterij poſſunt redditus etiam extra monaſterium conſeruare.*
23 *Moniales deputatæ à ſuis ſuperioribus in officiales*

*reddi-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*reddituum monaſterij poſſunt eos adminiſtrare.*
24 *Decretum de rebus, & bonis Regul. non alien.*
25 *Officiales qui diſtributionem bonorum monaſterij habent poſſunt amoueri.*
26 *Moniales à Capitulo ſui monaſterij in officiales electæ poſſunt ſi eidem videbitur amoueri.*
27 *Officiales monaſteriorum qui bona temporalia non adminiſtrant, non poſſunt ad nutum amoueri.*
28 *Procuratores monaſteriorum Monialium de triennio in triennium mutari debent.*
29 *Peculium conceſſum Religioſo debet eſſe moderatum.*
30 *Regulares quoad mobilium ſuperfluitatem debent ſtare arbitrio ſuperiorum.*
31 *Religioſus aliquid illicitè retinere inuentus quibus pœnis puniatur.*
32 *Voce actiua & paſſiua priuatus quomodo intelligatur.*
33 *Largitio munerum vtriuſque ſexus Regularibus interdicta.*
34 *Regulares vtriuſque ſexus, tam nouitij quàm profeſſi comprehenduntur ſub Bulla, qua munerum largitio interdicitur.*
35 *Moniales velatæ tam intra, quàm ſupra numerum abſque dotali eleemoſyna nequaquam admitti poſſunt.*
36 *Monialium dotes anno probationis durante deponentur.*
36 *Dotales eleemoſynæ Monialium ſolui debent in ære.*
37 *Dotales eleemoſynæ apud Monialium conſanguineos, vel affines nullatenus deponantur.*
38 *Depoſitum dotalium eleemoſynarum in ijs locis, in quibns non adſunt mercatores, aut banchi, fieri debent in manibus probi viri.*

a Cap. 2. & cap. cùm ad monaſterium. de ſtat. reg.

NEmini igitur Regularium, tam virorum, quàm mulierum, liceat bona immobilia, vel mobilia, cuiuſcumque qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis acquiſita, [a] tanquam propria: aut etiam nomine conuentus, poſſidere, vel tenere, ſed ſtatim ea Superiori tradantur, conuentuique incorporentur. α *Nec deinceps liceat Superioribus bona ſtabilia* alicui Regulari concedere, etiam ad vſumfructum, vel vſum, adminiſtrationem, aut commendam. β *Adminiſtratio autem bonorum*, monaſteriorum, ſeu conuentuum, ad ſolos officiales eorundem, γ *ad nutum Superiorum amouibiles*, pertineat. Mobilium verò vſum ita Superiores permittant, vt eorum ſupellex ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſunt, conueniat, δ *nihilque ſuperflui in ea ſit*, nihil etiam, quod ſit neceſſarium, eis denegetur. ε *Quòd ſi quis aliter* quidquam tenere deprehenſus, aut conuictus fuerit, ζ *is biennio actiua & paſſiua voce priuatus ſit*, atque etiam iuxta ſuæ regulæ, & Ordinis conſtitutiones puniatur.

1. VIde Iacob. de Graff. *in aureis deciſion. p. 1. lib. 3. cap. 5. de Regular. ex num. 48. cum ſeqq.* Fr. Emman. *quæſt. regular. tom. 2. q. 57. art. 2. & q. 47. art. 5. & q. 125. art. 4. & tom. 3. q. 29. art. 8. 10. & 12.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part. 3. collect. 519. & in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 340. part. 4.* Fr. Ioan. à Cruce *de ſtat. Relig. lib. 1. cap. 3.* Franc. Leo. *in theſaur. fori eccleſiaſt. part. 2. cap. 1. ex num. 41.* Barthol. à S. Fauſto *in theſaur. Relig. lib. 8.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 18. num. 397. cum ſeqq.* Fr. Ludouic. Miranda *in manual. Prælat. tom. 1. quæſt. 28. art. 7. & de ſacris Monialibus quæſt. 9.* Coriolan. *de caſibus reſeruatis part. 2. caſ. 4.* Portel. *in dubijs Regularibus verb. peculium*, Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, Regularis, differ. 9.* Campanil. *in diuerſ. iuris Canon. rubr. 12. cap. 7. & cap. 16. num. 71. cum ſeqq.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 22. ex num. 7. cum ſeqq.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. num. 58. & 63. cum ſeqq.* Laurent. de Perinis *de ſubdito Relig. tom. 2. quæſt. 2. de paupertate*, Hieron. Roderic. *in compend. quæſt. regular. reſol. 98. ex num. 7.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi part. 3. alleg. 103.* & me citato *in illo loco* Homobon. de Bonis *de examine eccleſiaſtico tract. 12. q. 15. ſuppoſ. 3. pag. 453.*

2. Vtrùm licitum ſit Religionum Prælatis concedere Religioſis peculium ad nutum ſuperiorum reuocabile ad ſolos vſus honeſtos, & pios, idque ex cauſa legitima. Negant Felin. *in cap. cùm M. num. 26. verſ. eadem reaſſumit, de conſtitut.* Carol. Tapia *in auth. ingreſſi C. de ſacroſ. eccleſ. verb. ipſo ingreſſu cap. 3. num. 54.* per *cap. ad monaſterium, verſ. prohibemus, de ſtatu monach.*

Affirmant Nauar. *commento 2. de Regularib. num. 14. 15. & 18. & commento 3. num. 27. & conſ. 20. num. 5. de Regularib. in antiq.* alias *conſ. 14. num. 5. de ſtat. monach. in nouis*, Fr. Emman *quæſt. regul. tom. 3. q. 29. art. 8. & in ſumm. tom. 2. cap. 31. num. 3. in initio*, Ludou. Beia *reſponſ. caſ. conſcien. part. 4. caſ. 17.* Azor. *inſtitut. moral. part. 1. lib. 12. cap. 12. quæſtione 1.* Fr. Ludou. Miranda *in manual. Prælat. tom. 1. quæſt. 28. art. 8.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 22. num. 5.* aſſerentes text. *in d. cap. cùm ad monaſterium*, interdicere regulariter, & vniuerſaliter concedere, Religioſis peculium, propter eorum importunitatem, & leues cauſas, ſecus quando ex cauſis grauibus, & iuſtis.

3. Sed dubium eſt, an hæc affirmatiua opinio ſtare poſſit attento decreto Concilij in præſenti? Negant aſſerentes hic nihil noui iuris induci, ſed ſolùm confirmari ſtatuta iure antiquo, *cap. 2. & d. cap. cùm ad monaſterium, de ſtat. monach.* Nauarr. *d. commento 2. num. 15. & 18. & d. conſ. 14. num. 6.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. part. 1. lib. 3. cap. 5. num. 53.* Fulu. Pacian. *conſ. 36. ex num. 99.* Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib. 1. cap. 3. dub. 2. concl. 2.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 125. art. 4. in fin.* Anton. Perez *in comment. ad regul. ſancti Benedicti cap. 33. num. 23.* Petr. de Ledeſma *in ſumm. tom. 2. tract. de ſtat. Religion. in communi cap. 4. concluſ. 3. dub. 13.* Ludou. Beja *d. part. 4. caſu 17. in princip.* Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſ. lib. 8. quæſt. 20.* Fabr. *de reſtitut. in 4. ſentent. lib. 4. diſtinct. 15. quæſt. 2. diſput. 45. cap. 5. num. 125.* Tanner. *in 2. 2. diſp. 6. quæſt. 3. dub. 4. numer. 108.* Villalob. *in ſum. part. 2. tract. 35. dub. 30. num. 2.* Ludou. Miranda *in Manual. Prælat. tom. 1. quæſt. 28. artic. 8.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta tract. 2. lib. 8. cap. 6. num. 13.* Hieron. Cenod. *de paupert. relig. dub. 9. num. 4. & ſeq.* Laurent. de Perinis *de ſubdito Relig. tom. 1. quæſt. 2. cap. 2. §. 1.* Sanch. *d. cap. 22. num. 11.* vbi *num. 13.* reſoluit hodie licere ex iuſta cauſa concedere cuicunque Religioſo, licèt non ſit officialis Ordinis, adminiſtrationem aliquorum bonorum ſtabilium nutu ſuperioris amouibilem.

Contra Valent. *2. 2. diſp. 1. quæſt. 4. puncto 3. col. 2. corol. 4.* Fr. Emman. *in ſumm. tom. 2. cap. 31. num. 3. verſ. lo tercero digo.* Tapia *in d. authent. ingreſſi, verb. ipſo ingreſſu, cap. 3. num. 55.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. moniales, §. 2.* Molin. *de iuſtit. tract. 2. tom. 3. diſput. 276. col. penult. verſ. vtrum autem,* Soar. *tom. 3. de Relig. lib. 8. cap. 14. numer. 18.* Leſſi. *de iuſtit. lib. 2. cap. 4. dub. 5. num. 30.* exiſtimantes huiuſmodi peculium, quod attento iure communi, poſſe Religioſo concedi, tenuit ſupradicta affirmantium opinio, iam non eſſe licitum.

Quæ & quotnam ſint cauſæ rationabiles, ob quas iuſtè aliquibus Religioſis peculium concedi poſſit, vide 4.
Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 8. quæſt. 32.* Tapia *d. verb. ipſo ingreſſu, cap. 3. numer. 51. & 52.* Sanchez *d. cap. 22. ex num. 20.*

Regulares vtriuſque ſexus non poſſe tenere propria, 5.
ſed omnia dare debere ſuis ſuperioribus, à quibus primò ſubueniendum eſt neceſſitatibus eorum, vel earum, quibus munera deſtinata fuerunt, reliquum verò conferendum in vſum monaſterij, referunt deciſum Nauarr.

narr. *commento 2. de Regularib. num.18. & in tract. de redditib. eccleſiaſt. queſt.1. num.84.* Azor. *inſtit.moral. p.1.lib.12. cap.9.quaſt.2. propè fin.* Armendar. *in addit.ad recopil.legum Nauarræ lib.2.tit.18.l.7. de Relig.num.58.* Franc.Leo *in theſauro fori eccleſiaſt. p.2. cap.1.num.41.* Ego ipſe *d. alleg.103. num.3.* & me non citato Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol.deciſ.340. numer.12. & deciſ.390.ex numer.11. part.4.*

6\. Vnde nullum ſuperiorem poſſe concedere Monacho facultatem retinendi aliquid ad vſum irreuocabilem, tenent, Nauarr. *conſ.47. nu.2. ſub tit. de Regularib. in antiq.* aliàs *conſ.15. num.2.de ſtatu monach.in nouis.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut.194.* Ego ipſe *d. alleg.103. num.4.*

7\. Propinarum abuſum Monialibus ſoluendarum, non ſolùm tolli, ſed etiam grauiſſimis pœnarum, etiam cenſurarum comminatione prohiberi debet, pro ea tamen die, qua ad habitum monachalem admittentur puellæ aliquid eſculenti, vel poculenti modici valoris, & pro eiuſdem diei vſu dumtaxat elargiri vetitum non cenſetur, Sel. *in ſelect. Canon. cap.16.num.24.* vbi teſtatur ita reſolutum a Sac. Cong. Epiſcop. *in Luſitan. 6. Iunij 1615. ad 2.*

8\. Eleemoſynæ quæ per pactum ſacriſtijs, & infirmarijs monaſteriorum Monialium dari ſolent, non comprehenduntur in decreto, quo propinarum ſolutio per Moniales, dum ad habitum, vel ad profeſſionem admittuntur fieri ſolita interdicitur, Sel. *citato loco*, vbi refert ita deciſum ab eadem Sac. Congr. *in Vlixbonen. 5. Nouembris 1616.*

9\. Moniales, & cæteros Regulares, res etiam parui momenti ſibi donatas, aut aliàs acquiſitas, vti proprias retinere non poſſe, ſed ſuperiori illas tradere debere refert deciſum Armendar. *d.l.7.de Relig. num.77.*

10\. Monialibus minimè licere propria poſſidere, & ſi quid legatum, relictum, datum, donatumve fuerint, vel earum labore, ſeu induſtria partum, tradi debere Abbatiſſæ, quæ ex eo primùm Monialis ipſius. cuius cauſa id quæſitum eſt, neceſſitati prouidebit, reliquum conferendo in vſum monaſterij, aſſerit deciſum Armendar. *d.l.7. de Relig.num.75.*

11\. Moniales nec tanquam proprium poſſidere poſſe, quod ſuis manibus laborando acquirunt, vel eis à parentibus donatur, etiam quòd monaſterium eſſet pauperrimum, reſolutum refert Armendar. *d. l.7. de Relig. num.75.* vbi *num.76.* ſubdit hoc caſu ſuperiorem monaſterij ſi illud pauperrimum ſit, debere primum prouidere donatariæ, vel ei quæ laborando acquirit, de neceſſarijs, quod reliquum eſt, in commune conferri.

12\. Monialium nulli conceditur facultas diſponendi de cellis ſuis poſt obitum, ſed eæ dum vacauerint ſuperiorum arbitrio alijs Monialibus in Ordine ſenioribus diſtribui debent, ita Aldan. *in compend. canon. reſol. lib.1. tit. 10.num.4.* vbi refert deciſum à S.Congr.Epiſcop. *in Auerſana 26. Ianuarij 1604.* Nam cellarum vacatio quotieſcunque occurrerit per Monialium obitum, aut quemcunque alium caſum, fieri debet illarum diſtributio alijs profeſſione anterioribus Monialibus, ex eodem Aldan. *loc. cit. num.5.* vbi dicit ſic fuiſſe reſolutum *in Modenen. 10. April.1615.*

13\. Monialibus illicitum non eſſe habere de licentia ſuperioris quoſdam redditus vitalitios, ex quibus poſſint viuere, & prouidere ſuis particularibus neceſſitatibus pro victu, & veſtitu, ac alijs, quæ ſibi à monaſterijs non ſuppeditantur, & hoc caſu illas non peccare, nec Concil. in præſenti, quod loquitur de redditibus, vt proprijs, & irreuocabilibus per Prælatum, & ſine eius licentia diſtrahendis contrauenire tenent Cordub. *in tract. caſuum conſcientiæ. q.54.* Nauarr. *commento 2.de Regularib. num.14. & 18. verſ. ad quintum.* Azor. *d.p.1. lib.12.c.9.q.12.* Sanch. *in præcepta Decalogi. tom.2.lib.7.c.23.num.5.* Hieron.Roderic. *d.reſol.98.num.7.* Fr. Ioan. à Cruce *d.c.3.dub.2.* Fr.Ludou. Miranda *d.q.9. art.1.concl.2.* Soar. *tom.3.de Relig.lib. 8.c.14.ex num.12.* Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. Monialis pen.* Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha *in comment.ad cap.reatum 33. num.6. diſt.81.* Ego ipſe *d. alleg. 103. num.5.*

14\. Vtrùm autem Monialis, cui externus centum aureos ad ſuum libitum expendendos conceſſit, poſſit ex ſuperioris licentia, alicui ſæculari eos tradere, vt viginti ſibi quotannis ſoluat, dum vixerit, atque ea defuncta centum illos aureos ſibi retineat? Affirmant ſi ita conceſſi ſint centum illi aurei, vt concedens noluerit dominium in monaſterium transferri, ſed omnino cedere in Monialis vſum, & eadem Monialis acceptantis mens fuerit, Cordub. *d.q.54.dub.vlt.* Veg. *tom.2. cap.32.caſ.19.* Fr. Emman. *d.q.47.art.15.& in ſum.tom.1.cap.90.num.8. & 9. concl.3.& 4.* Sanch. *d.lib.7 c.22.num.16.* vbi aduertit, quòd quamuis Fr. Emman. *d.c.90.num.9.* & Veg. *cit loco*, dicant hodie attento Tridentino non licere Monialibus redditibus frui, loquuntur iuxta ſuam ſententiam, qua tenent ius commune correctum eſſe per hoc decretum.

15\. Licitam eſſe aliquarum Religionum conſuetudinem, in quibus ex ſuperiorum licentia certi annui redditus cuilibet Religioſo aſſignantur ad victum, & veſtitum, ita vt ſi deeſt aliquid, ipſi quærant; ſi autem ſupereſt, applicent pijs, & religioſis vſibus, dummodo Religioſi non excedant limites licentiæ illis conceſſæ, & parati ſint informationi legitimè faciendæ obtemperare, tenent Nauarr. *conſil.3. num.26.27. & 32.* Tapia *d.verb.ipſo ingreſſu,c.3,num.45.& 59.* Sanch. *d.c.22 nu.14.* vbi reſpondet *ad c.1. ſuprà proximum.*

16\. Superiore quantumuis requiſito neceſſaria Regularibus negante, vel ſubtrahente, etiam quia monaſterij facultates non ſuppetunt, ſi præfata neceſſitas ſit ad indiuidui ſuſtentationem, licere ipſis clam, vel eo inuito illa ſibi comparare, ſeu retinere, refert deciſum Armendar. *d.l.7.de Relig.num 82.& 83.*

17\. α *Nec deinceps liceat ſuperioribus bona ſtabilia*, &c.] An ex ſuperioris licentia iuſta aliqua de cauſa magnæ vtilitatis, vel neceſſitatis monaſterij, aut Ordinis liceat priuato Religioſo bona ſtabilia poſſidere? Negant Petrus Nauar. *de reſtitut.lib.3. cap.1.num.180.* Fr. Emman. *quæſt. regul.tom.3.q.29.art.12.* Quarant. *in ſumma Bullarij, verb caſus reſeruatus.* & alij, quos refert, & ſequitur Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum lib.8. quæſt.31.*

18\. Et ideo non licere Regularibus ex diſpoſitione inferiorum Summi Pontificis poſſidere, vel tenere agros, annuos redditus, vel bona immobilia, ſuperflua, ac proinde ſi propter talem licentiam poſſideant, non excuſari à culpa, nec à pœna, ipſo iure incurrenda, refert deciſum Armendar. *d.l.7.de Relig.num.64.& 65.*

19\. An Monachus factus Epiſcopus habeat bonorum, ſeu fructuum, dominium, & proprietatem? dixi *de officio & poteſt.Epiſcop.p.3.alleg.114. num.19. cum ſeqq.* & ibi citatis addo Aloyſ. Ricc. *in deciſ.curiæ Archiep. Neapol. deciſ.340. num.10. part.4.*

20\. Vtrùm autem profeſſio facta cum conditione, pacto, ſeu modo, de retinendo ſeu habendo proprio inualida ſit, dixi *in collect. ad cap.vlt.qui clerici, vel vouentes, & ad dict. cap.2. num.2. de ſtatu monachor.* & *ibi* citatis addo Aloyſ. Ricc. *d.deciſ.340.num.11.p.4.* Fr. Bartholom. de Vecchis *in praxi ſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouit. diſp.13.dub.1.num.11.* Hieron. *in compend.quæſt.regul.reſolut. 101. num.58.*

21\. β *Adminiſtratio autem bonorum*, &c.] Electionem officialiũ, qui adminiſtraturi ſunt monaſteriorum bona, ad monaſterij ſpectare ſuperiores, & ideò licèt Epiſcopus ſit eius ſuperior, ipſos tamen poſſe eligere officiales, reſolutum dicit Armendar. *d.l.7.de Relig. num.85.*

22\. Officiales electos pro adminiſtratione beneficiorum monaſterij à ſuperioribus eiuſdem poſſe, provt magis expedire videbitur, redditus ipſorum monaſteriorum in loco conuenienti etiam extra monaſterium conſeruare, & de eiſdem miniſtrare pro tempore neceſſitatis ipſis Monialibus, refert deciſum Armendar. *d.l.7. de Relig.numer.86.*

23\. Moniales deputatas in officiales redditu um monaſterij à ſuis ſuperioribus, eos adminiſtrare poſſe, reſolutum aſſerit Armendar. *d.l.7.de Relig.num.88.*

24\. De rebus, & bonis Regularium non alienandis extat decretum S. Congreg. Concilij S. D. N. Vrbani VIII. iuſſu editum incip. *S. Congreg. ſub dat. 7. Septembris 1624.*

&pu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& publicatum *die 16. eiuſdem menſis*, quod refert Caſtellin. *de elect. c. 20. pag. 456.*

25. *y Ad nutum ſuperiorum amouibiles.*] Qui ſcilicet diſtributionem bonorum habent. nam alios amouere non poſſe refert deciſum Armendar. *d. l. 7. de Religion. num.* 88. vbi ſubdit ſecus eſſe ſi adminiſtrationes huiuſmodi darentur in titulum, tunc enim admitterentur etiam illorum reſignationes, etiam in fauorem in forma Digni, & pro expreſſis eiuſdem Ordinis profeſſis.

26. Moniales illas, quæ à Capitulo ſui monaſterij in officiales huiuſmodi eligi ſolebant in adminiſtrationem bonorum immobilium dicti monaſterij, ſi dicto monaſterio viſum fuerit, amoueri poſſe dicit reſolutum Armendar. *d. loco num.* 89.

27. Licèt adminiſtrantes bona temporalia monaſteriorum, & officiales poſſint amoueri ad nutum ſuperiorum ex hoc text. in eo tamen non comprehendi officiales, qui bona temporalia non adminiſtrant, ſed hoc relinquitur diſpoſitioni iuris communis, & ſtatutorum Religionis, refert deciſum Armendar. *d. l. 7. de Relig. numer.* 90.

28. Procuratores monaſteriorum Monialium de triennio in triennium mutari debent, Aldan. *in compend. canon. reſol. lib. 4, tit. 2, num.* 10. vbi dicit reſolutum *in Orien.* 31. *Iulij* 1615.

29. *& Nihilque ſuperfluum in ea ſit.*] Peculium conceſſum Religioſo debere eſſe moderatum, & non ſuperfluum, dicit Sanch. *d. cap. 22. num.* 17. vbi *nu.* 18. quærit, & reſoluit, qua ſuperfluitatis culpa liberari valeant Religioſi ampliſſimos redditus habentes.

30. Arbitrio, & præfinitioni ſuperiorum ſtare debere Regulares quoad mobilium ſuperfluitatem, & conuenientiam, niſi de exceſſu arbitrij conſtiterit, habita tamen ratione perſonæ, officij, & Regularis ſtatus, paupertatis, quam profeſſi ſunt, etiam ceterarum itidem qualitatum, refert deciſum Armendar. *d. l. 7. de Relig. num.* 84.

An Religioſus ſit proprietarius, qui de licentia ſuperioris multa ſuperflua reſpectu ſui ſtatus poſſidet; vide Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib. 8. q. 95.*

31. *ε Quòd ſi quis aliter*, &c.] Vide Nauarr. *in cap. non dicatis 12. quæſt. 2. notab. 1. num. 33. 41. 48. cum ſeqq. & in cap. nullum 18. quæſt. 2. num. 3. cum ſeqq.* Ludouic. Beia *reſponſ. caſuum conſcientiæ, part. 3. caſ. 36. fol. mihi 380. & p. 4. caſ. 17. fol. 418. & caſ. 32. fol. 458. in edit. Vlixbonen.* Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib. 8. quæſt. 198. num. 2.* vbi ſubdit hanc pœnam apertè iudicis ſententiam poſtulare, idem aſſerit Sanchez *d. lib. 7. cap. 20. num.* 13. vbi etiam tenet hanc pœnam non incurri à dantibus, quamuis hi peccent contra paupertatis votum, ſed à retinentibus. Quibus alijs pœnis ſubiaceat Religioſus proprietarius, tradunt Coriolan. *de caſib. reſeru. part. 2. caſ. 4. num. 26. & 27.* Sanch. *d. cap. 20. ex num.* 11. Barthol. à S. Fauſto *d. quæſt.* 198. Ego ipſe *in collect. ad cap. cùm ad monaſterium, num. 5. & 6. de ſtat. monach.*

32. *ζ Is biennio actiua, & paſſiua voce priuatus ſit.*] Religioſum priuatum voce actiua, & paſſiua iuxta hoc decretum omni iure dandi vocem ad aliquem actum faciendum in Capitulo, & iure patiendi vocem datam de ipſo à Capitulo, Conuentu, vel Collegio, quoad ea, quæ ſibi ſunt oneri, & pœnæ, priuatum cenſeri conſuluit Nauarr. *conſ. 6. de elect. in antiq.* alias *conſ. etiam 6. de verb. ſignif. in nouis*, refert Sayr. *in florib. deciſ. ſub illo tit. de elect. deciſ. 6.*

De largitione munerum vtriuſque ſexus Regularibus
interdicta extat conſtitutio Clementis VIII. quæ incip. 33.
*Religioſè, ſub dat. 13. Kal. Iulij* 1594. quam referunt, & latè explicant Quarant. *in ſumma Bullar. verb. munerum largitio*, Fr. de Souſa *in ſpeciali tract. de largitione munerum*, Bartholom. à S. Fauſto *in theſauro Religioſ. lib. 8. quæſt. 199. cum multis ſeqq.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. munera, differ.* 1. Bonacin. *variar. tract. diſp. 3. de largitione munerum Regularibus vtriuſque ſexus interdicta.*

Regulares vtriuſque ſexus, & tam nouitij, quàm pro-
feſſi comprehenduntur ſub conſtitutione Pontificia, qua 34.
munerum largitio interdicitur, ex Sel. *in ſelect. canon. c. 33. num.* 11. vbi refert ſic fuiſſe reſolutum à ſacra Congregatione Epiſcoporum *in S. Seuerini 23. Iulij* 1603.

Moniales velatæ, tam intra, quàm ſupra numerum,
abſque dotali eleemoſyna nequaquam admitti poſſunt, 35.
huiuſmodi autẽ eleemoſynę dotales, etſi ſint Monialiũ, vel Conuerſarum intra numerum exiſtentium, emiſſa ab eis profeſſione expendi poſſunt in vſus communes neceſſarios monaſterijs; ſupernumerariorum autem dotes, poſt earundem profeſſionem omnino in emptionem bonorum ſtabilium monaſterij commodo conuerti debent, ita refert deciſum Aldan. *in compend. canon. reſolut. lib. 3. tit. 10. num.* 19.

Monialium dotes anno probationis durante depo-
nuntur iuxta formam in decreto generali præſcriptam, 36.
profeſſione verò emiſſa in bonis ſtabilibus, ſiue cenſibus, ad monaſterij vtilitatem implicentur, vt per Aldan. *citato loco.*

Dotales eleemoſynæ Monialium ſolui debent in ære,
neque aſſignatio bonorum ſtabilium, aut cenſuum per- 37.
mittitur, Aldan. *d. tit. 10. num.* 20. vbi dicit reſolutum per S. Congregat. Epiſcop. *in Camerinen. 28. Martij* 1588.

Dotales eleemoſynæ apud Monialium conſangui-
neos, vel affines nullatenus relinquantur, ſed antequam 38.
puellæ habitum ſuſcipiant, deponantur actualiter apud mercatorem, vel penes aliam perſonam fide, & facultatibus idoneam, vt ſtatim profeſſione emiſſa in emptione bonorum ſtabilium, aut annuorum redditutum illico implicentur. Aldan. *d. tit. 10. num.* 22. vbi dicit deciſum à S. Congreg. Epiſcop. *in Luſitan. 6. Iunij 1615. ad 3.*

Depoſitum dotalium eleemoſynarum in iis locis, in quibus non adſunt mercatores, aut banchi, fieri debent in manibus probi viri, & facultoſi, qui ad omne mandatum Monialium, & abſque aliqua exceptione eam ſoluturum ſe obliget, Aldan. *d. tit. 10. num.* 23. vbi teſtatur ita reſolutum à S. Congreg. Epiſcop. *in Camerinen. 15. Martij* 1594.

---

*Omnes Conuentus, ſeu monaſteria Mendicantium (Capuccinis exceptis, & Minoribus de Obſeruantia) poſſunt retinere, & poſſidere bona immobilia, & in omnibus monaſterijs tam virorum, quàm mulierum conſtituatur numerus, qui ex redditibus proprijs monaſterij ſuſtentari poſſit, vel ex conſuetis eleemoſynis monaſteria noua non erigantur, niſi cum licentia Epiſcopi.*

## CAPVT III.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Minores de Obſeruantia, & Capuccini ſunt incapaces hæreditariæ ſucceſſionis.*
3 *Eccleſia Fratrum Minorũ nõ poteſt validè inſtitui.*
4 *Conuentui Fratrum Minorum an poſſit legari.*
5 *Bona delata Religioſo, qui validam profeſſionem emiſit in Religione incapaci, acquiruntur venientibus ab inteſtato.*
6 *Moniales S. Claræ non comprehenduntur in hac exceptione.*

7 Mo-

7 *Moniales omnes cuiuſcumque Ordinis bona ſtabilia in communi habere poſſunt.*

8 *Congregatio totius Societatis IESV ceſſit cuicunque iuri prouenienti ex hoc decreto.*

9 *Quoad hoc, vt poſſit habere, & perpetuò poſſidere ſtabilia,*

10 *Societas IESV eſt capax acquiſitionis ſtabilium ad effectum vendendi.*

11 *Regularis ex indulto à Religione Fratrum Minorum de Obſeruantia ad tertium Ordinem S.Franciſci ex legitima cauſa tranſlatus recuperat ius ſuccedendi.*

12 *Religio Hieroſol. qualiter bona alienare poſſit.*

13 *Superiores monaſteriorum poſſunt ex fructibus bonorum pingues eleemoſynas facere.*

14 *Regularibus vendere non conuenit ſtabilia ad effectum emendi cenſus.*

15 *Domus profeſſæ Societatis IESV comprehenduntur in prohibitione de rebus Regul. non alienãdis.*

16 *Religio Theatinorum an comprehendatur.*

17 *Numerus ille Religioſorum in monaſterijs conſeruari debet, qui ex redditibus, vel conſuetis eleemoſynis commodè ſuſtentari valeat.*

18 *Pius V. idem ſtatuit.*

19 *Gregorius XIII.*

20 *Clemens VIII.*

21 *Paulus V.*

22 *Gregorius XV.*

23 *Vrbanus VIII.*

24 *S.Congreg.Regularium.*

25 *S.Congreg.Concilij.*

26 *Monialis ſufficienter dotata an poſſit admitti cum ſua dote vltra numerum.*

27 *Monaſteria non eriguntur ſine Epiſcopi in cuius diœceſi erigenda ſunt licentia priùs obtenta.*

28 *Epiſcopi cõſenſus non ſufficit in erigendis Regulariũ monaſterijs, niſi etiam Papæ auctoritas accedat.*

29 *Monialium monaſteria erigi & ędificari debent ſeruatis eiſdem ſolemnitatibus, quæ ſeruantur in erigendis Religioſorum monaſterijs.*

30 *Vicarius generalis non poteſt abſque ſpeciali mandato cõcedere licentiã ędificandi noua monaſteria.*

31 *Carmelitæ diſcalceati de ſola licentia Ordinarij poſſunt noua conſtruere monaſteria.*

32 *Monachi Congreg.S.Mariæ Fulienſis.*

33 *Clerici Regulares S.Pauli decollati.*

34 *Monaſteria in poſterum erigi non poſſunt niſi ſeruatis, &c.*

Concedit ſancta Synodus omnibus monaſterijs & domibus tam virorum, quàm mulierum & mendicantium [a], α *exceptis domibus Fratrum ſancti Franciſci* Capuccinorum, & eorum qui Minorum de Obſeruantia vocantur, etiam quibus aut ex conſtitutionibus ſuis erat prohibitum, aut ex priuilegio Apoſtolico non erat conceſſum, vt deinceps bona immobilia eis poſſidere liceat. Quòd ſi aliqua loca ex prædictis, quibus auctoritate Apoſtolica ſimilia bona poſſidere permiſſum erat, eis ſpoliata ſint, eadem omnia illis reſtituenda eſſe decernit. [b] In prædictis autem monaſterijs, & domibus tam virorum, quàm mulierum, bona immobilia poſſidentibus, vel non poſſidentibus, β *is tantùm numerus conſtituatur*, ac in poſterum conſeruetur, qui vel ex redditibus proprijs monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari, γ *nec de cætero ſimilia loca* erigantur ſine Epiſcopi, in cuius diœceſi erigenda ſunt, licentia priùs obtenta.

[a] Cap.exijt. qui ſeminat. §. porrò. de verb. ſignif. in 6.

[b] Conc.Arel. 4.c.8 Conc. Maguntiacũ c.19. c.1. & c.auctoritate de inſtit.cap. quoniam vt ait, de vita & honeſt. cler. c.vni. §.ſane vt hoc. de ſtat.reg.in 6.

1. Vide Nauarr. *de orat.cap.22.num.*82. Fr.Emman. *quæſt. regul. tom.3. quæſt.29. art.14.* Azor. *inſtit. moral.p.1.lib.12.cap.23.quæſt.*8. Fr.Ioan.à Cruce *de ſtatu Relig.lib.1.cap.4.* Fr.Ludou.Miranda *in man.Prelat.tom.1.q.11.art.6.& q.28. art.1.* D. Hieron.Venero, y Leyua *de examine Epiſcoporum, lib.6.c.13.à princ.*

2. α *Exceptis domibus Fratrum S. Franciſci*, &c.] Minores Obſeruantiæ, & Capuccinos eſſe incapaces hæreditarię ſucceſſionis, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, tenent Queſada *in ſuis quæſt.var.cap.22.num.25.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom.2. lib.7.c.25.num* 4. Nec per fideicommiſſum vniuerſale poſſe hæredes inſtitui, tradunt Cordub. *in reg. S.Franciſci cap.6.q.11. puncto* 1. Fr. Emman. *tom.2.q.78. art.2.* Sanchez *dict.cap.15.num.5.* Quamuis adijciatur clauſ. vt hæreditas vendatur, & in neceſſaria illis pretium cedat, adhuc inſtitutionem prorſus non valere, tenent Bald. Card. Anch. Felin. Dec. Gualdenſ. Montalu. Anton. Gabr. & alij, quos refert, & ſequitur Sanc. *d.cap.25. nu.*10.

3. Nec Fratrum Minorum Eccleſiam poſſe validè hæredem inſtitui, reſoluunt Queſada *d.cap.22.nu.*19. Cordub. *d.puncto* 1. Azor. *inſtit. moral. part.1.lib.12.cap.23. quæſt.*15. Sanch. *d.cap.25.num.*14.

4. Vtrùm autem Conuentui Fratrum Minorum poſſit legari? latè diſputat Sanch. *d.lib.7.c.26.per tot.*

5. Bona delata Religioſo, qui validam profeſſionẽ emiſit in Religione incapaci, nulla facta eorum diſpoſitione, acquiruntur venientibus ab inteſtato, etiamſi poſtea ex indulto tranſlatus ſit ad Religionem capacem, quia quoad bona iam delata ſucceſſioni ſecundæ Religionis capacis, ad quam fuit tranſlatus, locus amplius non eſt, nec bonorum renunciationi. Sel. *in ſelectis Canon. cap.22. num.5.* vbi ita fuiſſe deciſum refert *ſub die 17.Iunij* 1617.

6. In hac autem exceptione Fratrum Minorum de Obſeruantia non comprehendi Moniales S. Claræ refert deciſum Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ fol.* 158. *num.*3. Nam Moniales omnes cuiuſcunque Ordinis 7.
bona ſtabilia in communi habere poſſe, non obſtante earum regula, reſoluit Sel. *in ſelect. Canonic. cap.16. num.3.* vbi refert ita deciſum à S.Congregat.Epiſcop. *in Parmen. 16.Ianuarij* 1596.

Congregationem totius Societatis IESV de anno 8.
1565. ceſſiſſe cuicunque iuri prouenienti ex conceſſione Concilij in præſenti ad habenda bona immobilia in communi in domibus profeſſorum, vel eorum Eccleſijs, refert Sanchez *in præcepta Decalogi tom.2.lib.6.cap.18. num.*11.

Et hanc renunciationem intelligi quoad hoc, vt poſſit 9.
habere, & perpetuò poſſidere ſtabilia, non autem, vt capiat ad vendendum, conſuluit Menoch. *conſil.*1014. *num.*28. quem probat Rot. *in Romana legati* 10.*Maij* 1617. *coram bonæ memor. Buratto*, inter eius impreſſas *deciſ.* 245. *num.*17. & ideò hanc Societatem, & domum eſſe capa- 10.
cem acquiſitionis ſtabilium, ad effectum illa vendendi, & ex eorum pretio proprijs neceſſitatibus prouidendi, tenuerunt Mandoſ. *de priuileg. ad inſtar*, §.11.*nu.*12. Gabr. *conſil.28. in princ. & num.6. & 12. lib.1.* Iul. Negron. *in comment. regularum contrar. dictæ Societatis part.3. ſub num.7. pag.*76. Buratt. *d.deciſ.*245 *num.*16.

Regularis ex Indulto à Religione Fratrum Minorum 11.
de Obſeruantia ad tertium Ordinem ſancti Franciſci ex legitima cauſa tranſlatus recuperat ius ſuccedendi in bonis ſibi ex teſtamento, vel ab inteſtato poſt tranſlationem delatis, vt per Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib.3. tit.8. num.*12. vbi teſtatur ita reſolutum *in Lauitonen.* 22. *Ianuarij* 1622.

Religionis Hieroſolymitanę in bonorum alienatione, 12.

quæ

quæ eis obueniunt per ſucceſſionem ſuorum militum defunctorum, non eſt deneganda facultas, iuxta decretum de non alienandis, Aldan. *d. tit. 8. numer. 14.* vbi dicit
☞ deciſum *in Meleuitana 22. Ianuarij 1628.*

13. Superiores monaſteriorum, non obſtante decreto de rebus Regularium non alienandis, poſſunt ex fructibus bonorum pingues eleemoſynas facere, puta decem rubiorum tritici, & ſimilium, quia fructus non comprehenduntur in dicto decreto, Sel. *in ſelect. Canon. cap. 18. num. 3.*
☞ vbi dicit ita reſolutum *in nullius 18. Septembris 1627.*

14. Stabilia Regularibus vendere non conuenit ad effectum emendi cenſus, ex Sel. *citato loco, in Spoletana 12. Martij 1619.* nec pro fabrica monaſterij *in Meſſana 12. Martij 1619.*

15. Domus profeſſæ Societatis IESV comprehenduntur in prohibitione nuper edita, de rebus Regularium non alienandis, Aldan. *d. tit. 8. num. 15.* vbi teſtatur deci-
☞ ſum *ſub die 31. Iulij 1627.*

16. Religio Clericorum Regularium Theatinorum, quãdiu inſtitutum nihil bonorum ſtabilium poſſidendi retineat quoad bona immobilia non comprehenditur in prohibitione nuper edita de rebus Regularium nõ alienandis, Aldan. *d. tit. 8. num. 16.* vbi ait ſic deciſum *de anno 1625.*

17. ß *Is tantùm numerus conſtituatur,* &c.] Vide Nauarr. *de reddit. eccleſiaſt. quæſt. 1. monitu 62.* Quarant. *in ſumm. Bullarij verb. monaſteria Monialium, pag. mihi 359.* Fr. Emman. *quæſtion. regular. tom. 2. quæſt. 48 art. 1.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. moniales §. 6. pag. 156.* Piaſec. *in ſimili praxi p. 2. cap. 3. num. 55.* Azor. *inſtitut. moral. part. 1. lib. 13. cap. 9. q. 1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol. 202.* Campan. *in diuerſ. iuris Canonici rubr. 12. cap. 16. num. 7. & 14.* Fr. Ludou. Miranda *in fine Manualis Prælat.* vbi de ſacris Monialibus, *quæſt. 8. art. 6.* meipſum *de officio, & poteſtate Epiſcopi p. 3. allegat. 98.* ex quo loco multa me non citato deſumpſit Aloyſ. Ricc. *in deciſionib. Cur. Archiep. Neapolit. deciſ. 219. part. 4.*

18. Pius V. in ſua conſtitutione incip. *Circa paſtoralis officij, ſub dat. 4. Kal Iunij 1566.* diſtrictè præcipit ne plures Moniales in earum monaſterijs recipiantur, & admittantur, quàm ex proprijs redditibus ipſorum monaſteriorum, vel conſuetis eleemoſynis commodè ſuſtentari poſſint, refero Ego ipſe *d. alleg. 98. num. 2.*

19. Gregorius XIII. *in ſua conſtit.* incip. *Deo ſacris, de anno 1573.* iniunxit Ordinarijs, vt præfatum ſtatuant numerum in monaſterijs ſibi ſubiectis, & etiam exemptis, tradit Piaſec. *dict. p. 2. cap. 3. num. 55. in fine,* quem refero Ego ipſe *d. alleg. 98. num. 3.* Ex qua colligunt Nauarr. *in cap. ſtatuimus 19. q. 3. num. 57. verſ. tertiò nota,* Sanch. *d. lib. 7. cap. 23. num. 3.* Ego ipſe *d. alleg. 98. num. 3. in fine,* & me citato *in illo loco* Homobon. de Bonis *de examine eccleſ. tract. 12. cap. 3. q. 15. reſol. 3. pag. 455.* ſubdit Ordinarios locorum ſub pœna peccati mortalis ad id faciendum obligari.

20. Clemens VIII. *in decretis de reformat. Regular.* incip. *Nullus omnino, §. 14. ſub die 25. Iulij 1599.* vt refert Quarant. *verb. monaſteria & Conuentus, pag. mihi 421.* idem præcipit, & mandat, videlicet, vt in vnoquoque Conuentu Fratrum is tantùm deinceps conſtituatur, & in poſterũ retineatur numerus, qui ex redditibus illius proprijs, vel ex communibus conſuetis, vel etiam ſingulorum eleemoſynis, alijsve quibuſcunque obuentionibus in commune, vt præfertur, conferendis, commodè poſſit ſuſtentari, redditus verò, & ſupradicta omnia in communi loco, ac tuto diligenter aſſeruentur.

21. Paulus V. plura circa hoc ſtatuit in decreto de certo Religioſorum numero cuicunque monaſterio, Conuentui, ac Domui Regulari præfigendo, incipien. *Sanctiſſimus, ſub dat. 4. Decembris 1605.* quod fuerunt Quarant. *loco proximè citato, pag. 432.* & Caſtellin. *in addit. ad tract. de elect. pag. mihi 502.*

22. Gregorius XV. approbante S. Congregatione Illuſtriſſimorum DD. Cardinalium negotijs Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum *ſub die 17. Auguſti 1621.* reuocat licentias à Paulo V. conceſſas erigendi nouos Conuentus, volens quòd de cetero non erigantur, niſi in eo ſaltem duodecim Fratres ac Monachi, ſeu Religioſi habitare, atque ex redditibus ipſorum monaſteriorum, & conſuetis eleemoſynis commodè ſuſtentari poſsint.

S. D. N. Vrbanus Papa VIII. per ſuum Breue *ſub dat. 28. Auguſti 1624.* multa tulit circa modum erectionis nouorum Conuentuum, in quo reuocat licentias quaſcunque conceſſas contra tenorem decreti Gregorij XV. prohibens ſub pęna excommunicationis, ne facultatum per ipſum reuocatarum, ſeu annullatarum, ſeu alio quouis prætextu, ſeu cauſa poſſint finiri, & abſolui, refert Caſtellin. *in addit. ad tract. de elect. pag. 501.* 23.

Ordinationem S. Congregationis Regularium de nõ recipiendis vltra numerum præfixum, referunt Piaſec. *d. cap. 3. num. 55. in fin.* & Campan. *d. c. 16. num. 14.* ac Ego ipſe *d. alleg. 98. num. 4.* 24.

Nouiſſimè ſacra Congregatio Concilij Trid. *in decretis de celebratione Miſſarum, ſub die 21. Iunij 1625.* editis, poſt ordinationem traditam ad ſciendum quot redditus, & eleemoſynas monaſteria habere debeant, vt ex illis ſuſtentari poſsint, ſic ait: *deinceps verò monaſterium, Conuentus, Domus, vel Societas Religioſorum, ſeu Regularium nullibi recipiatur, niſi præter alia ad id requiſita in ſingulis eiuſmodi locis duodecim ſaltem Fratres, aut Monachi, ſeu Religioſi degere, & ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis detractis omnibus, vt ſuprà, detrahendis competenter ſuſtentari valeant ad præſcriptum decreti Gregorij XV. hac de re editi. Alioquin monaſteria, & loca huiuſmodi poſthac recipienda, in quibus duodecim Religioſi, vt ſuprà, ſuſtentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitauerint, Ordinarij loci viſitationi, correctioni, atque omnimodæ iuriſdictioni ſubiecta eſſe intelligantur.* 25.

Super quibus decretis poſtea eadem ſacra Congregatio, S. D. N. Vrbano VIII. approbante, aliquas edidit declarationes, quas originales, impreſſas quoque in typographia Camerali vidi de anno 1626. declarauit, vbi hæc numeri præfixio facta iam fuit in vim ſimilis decreti ſanctæ memoriæ Pauli V. abſque tamen computatione redituum cuiuſcunque Religioſi, eſſe iterum faciendam, ſeruata forma vltimi decreti hac de re editi. Declarauit etiam nouitios ad habitum Regularem admiſſos, poſſe admitti ad profeſſionem in monaſterijs, in quibus habita, vt ſuprà, præfixione numeri, commodè ali non poſſunt, ſi aliàs habiles exiſtant, ac deinde in aliquo alio monaſterio eiuſdem Religionis collocandos eſſe, vbi commodè ali poſſint. Denique cenſuit ſupradictum decretum, vbi cauetur, vt nullibi recipiantur Conuentus Regularium, niſi præter alia ad id requiſita, duodecim ſaltem Fratres in eis degere, & competenter ſuſtentari valeant, ita vt alioquin ſubſint iuriſdictioni ordinariæ comprehendere eas Religiones, quæ non conſueuerunt onera Miſſarum accipere, vt ſunt Religioſi Capuccinorum ac Societatis Ieſu, pariterque habere locum tam in Italia, ad quam eſt reſtrictum, quàm extra Italiam.

Cùm expletus eſt numerus perſonarum Religioſarum, quæ ali poſſunt ex annuis redditibus monaſterij, an poſſit aliqua ſufficienter dotata cum ſua dote ſupra illum numerum admitti? Affirmant Nauarr. *de redditibus quæſt. 1. monitu 62.* Soar. *de Relig. tractat. 3. lib. 4. cap. 9. nu. 17.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 23. num. 194.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 23. num. 4. verſ. tertia,* aduertentes textum in præſenti prohibere ne, quando monaſterium plures fœminas alere non poteſt, quàm in eo iam ſint, admittantur aliæ ſine dote expenſis monaſterij alendæ, & notat Sanch. *d. num. 4. verſ. ſecunda concluſio,* quòd quamuis attento iure antiquo *cap. vnici §. ſanè, de ſtatu Regular. lib. 6.* profeſſio Monialis receptæ in monaſterio non Mendicantium, vltra numerum earum, quæ ex redditibus monaſterij, & conſuetis eleemoſynis, abſque penuria ſuſtentari valerent, eſſet irrita, hodie tamen locum non habet, quia cõſuetudine abrogatum eſt, cùm compertum ſit plures ſæpe admitti, nec vnquam noſtris temporibus auditum ſit in controuerſiam verti valorem profeſſionis, ne dum illam irritari. 26.

γ *Nec de cætero ſimilia loca,* &c.] Vide Franc. Emman. *quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 23. art. 7. & tom. 2. quæſt. 49. artic. 3.* Zerol. *in praxi Epiſcopali p. 1. verb. monachi §. 1. & 2.* Piaſec. *in ſimili praxi part. 2. cap. 3. num 47.* Vgolin. *in tract. de poteſtate* 27.

ſtate

*ſtato Epiſcopi cap.* 20.§.6. Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib.* 7. *cap.*8. Aloyſ. Ricc. *in deciſionibus Curiæ Archiep. Neapol. part.*1. *deciſ.*182. *num.*4. *& part.*2. *deciſ.*75. Campan. *in diuerſor. iuris Canon. rubr.*12. *cap.*13. *num.*80. *&* 81. Fr. Ludou. Miranda *in manual. Prælat. tom.*1. *quæſt.*33. *art* 1. *concluſ.*3. Eraſm. à Cochier *de iuriſdict. Ordinarij in exemptos part.*1. *quæſt.*36. *& part.*2. *quæſt.*45. *num.*36. Nouar *in ſingular. concluſ.*10. Hieron. Venero, y Leyua *in examine Epiſcopor. lib.*6. *cap.*10. *ex numer.*1. metipſum *de offic. & poteſt. Epiſcopi part.*2. *alleg.*26. *ex num.*3.

28. In erigendis Regularium monaſterijs non ſufficere conſenſum Epiſcopi, niſi etiam Summi Pontificis auctoritas accedat, probat text. *in cap.*1. *de exceſſibus Prælat. lib.* 6. *& in cap. vnic. de relig. domibus eod. lib.* quorum diſpoſitionem non eſſe abrogatam per Concil. Trident. in præſenti deciſum referunt Zerol. *d.*§.2. & Campan. *d. num.* 80. *in fine*, ac Ego ipſe *d. alleg.*26. *num.*4.

Contra Sorb. *in compend. Mendicantium, verb. ædificare, in ſua annotat. verſ. circa*, §.20. & Fr. Emman. *d. quæſt.*49. *art.* 3. exiſtimantes Epiſcopi tantùm licentiam eſſe neceſſariam.

29. Bulla Clementis VIII. *incip. Quoniam ad inſtitutum* 99. *ſub dat. Romæ* 23. *Iulij* 1603. in qua habetur quomodo locorum Ordinarij Regularibus licentiam poſſint impartiri nouos conſtruendi Conuentus, habet etiam locum circa erigenda monaſteria Monialium, debent enim eędem ſolemnitates ſeruari in illis ædificandis, ſicut in illis Regularium, ita Sel. *in ſelect. canon cap.*90. *num.*4. vbi teſtatur ſic reſolutum *ſub die* 19. *Decembris* 1620.

30. Vicarius generalis non poteſt abſque ſpeciali mandato concedere licentiam ędificandi noua monaſteria, & Conuentus in loco ſuæ diœceſis ex eo, quia eſt de maioribus, Sel. *d. loco*, vbi refert deciſum *ſub die* 11. *Iulij* 1620.

31. Fratres igitur Ordinis Carmelitarum diſcalceatorum obtinuerunt vt vbique de ſola licentia Ordinarij poſſent noua conſtruere monaſteria ex conſtit. 10. Pauli V. incip. *Ad Eccleſiæ, de anno* 1605.

32. Monachi Congregationis B. Mariæ Fulienſis ex conceſſione eiuſdem Pauli V. *conſtit.* 51. *incip. Miniſterio, de anno* 1608. idem obtinuerunt.

33. Superiores Congregationis clericorum Regularium S. Pauli decollati ex cõceſſione eiuſdem Pauli V. *conſtit.* 64. *incip. Eccleſiæ, de anno* 1610. idem quoque obtinuerunt; quæ omnia ex meo tract. *de offic. Epiſcopi. vbi ſuprà.* illo non citato mutuatus fuit Aloyſ. Ricc. *dict. deciſ.*168. *part.*4.

34. Sed hęc monaſteriorum, aliorumque locorum Regularium quorumcunque nouorum erigẽdi, ſeu inſtituendi, cœptorumque finiendi facultates reuocatæ ſunt, & illa in poſterum erigi prohibentur, niſi ſeruatis conſtitutionibus Clementis VIII. & Gregorij XV. & Concil. Trident. in hoc decreto, ac cum licentia Ordinariorum, ita S.D.N. Vrbanus VIII. *conſtit.*25. *incip. Romanus Pontifex*, 28. *Auguſti* 1624.

---

## *De clauſura, & obedientia ſemper & in omnibus ſeruanda.*

## C A P V T IV.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Religioſus è Conuentu quomodo egredi valeat.*
3 *Clauſuræ violatio in Religioſi viris regulariter eſt peccatum veniale.*
4 *Clauſura violatur dimittendo habitum.*
5 *Proficiſcendo vltra mare, ſine debita ſuperioris licentia.*
6 *Curias Principum adeundo inconſulto ſuperiore.*
7 *Accedendo ad ſtudia nõ obtẽta à Pręlato facultate.*
8 *Illicitè tranſeundo ad aliam Religionem.*
9 *Religioſus à ſuperiore ſuo ſupra modum vexatus poteſt à monaſterio exire.*
10 *Appellatio datur à correctione quam facit Prælatus Regularis excedendo modum, & tranſgrediendo regulæ limites.*
11 *Appellatio interponitur à Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, & ab hoc ad Cardinalium Congregationem.*
12 *Religioſus iuſtè, ac legitimo iuris ordine in carcerem coniectus non poteſt fugere etiam prætextu ad ſuperiorem ſuum accedendi.*

PRohibet ſancta Synodus, ne quis Regularis, ſine ſui Superioris licentia, prædicationis, vel lectionis, aut cuiuſuis pij operis prætextu, [1] ſubijciat ſe obſequio alicuius Prælati, Principis, vel Vniuerſitatis, vel Communitatis, aut alterius cuiuſcumque perſonæ, ſeu loci, neque ei aliquod priuilegium, aut facultas, ab alijs ſuper ijs obtenta, ſuffragetur. Quod ſi contra fecerit, tanquam inobediens arbitrio Superioris puniatur. Nec liceat regularibus à ſuis conuentibus recedere, [a] *etiam prætextu ad ſuperiores ſuos accedendi*, niſi ab eiſdem miſſi, aut vocati fuerint. Qui verò ſine prædicto mandato, in ſcriptis obtento, repertus fuerit, ab Ordinarijs locorum tanquam deſertor ſui inſtituti puniatur. Illi autem, qui ſtudiorum cauſa ad Vniuerſitates mittuntur, in conuentibus tantùm habitent, alioquin ab Ordinarijs contra eos procedatur.

[a] Cap. quanto. de offic. ordin. Clem. ne in agro §. quia verò, de ſtatu mon.

1. VIde Nauarr. *commento* 2. *de Regularibus num.*61. *& commento* 3. *num.*50. Fr. Emman. *quæſt. regul. to.*1. *quæſt.* 30. *art.*3. *&* 4. *& tom.*2. *quæſt.*55. *art.*10. Azor *inſtit. moral. part.*1. *lib.*12. *cap.*11. *quæſt.*7. *&* 8. Sayr. *in claui Regia, lib.*2. *cap.*17. *& num.*37. Portel. *in dubijs regularibus, verb. Epiſcopus, num.*10. Franc. Leo, *in theſauro fori Eccleſiaſtici, p.*1. *c.*8. *nu.*15 *&* 16. Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib.*1. *cap.*8. *de voto obedientiæ.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rubr.*12. *cap.*9. latè Bartholom. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib.*6. *q.*158. *cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.*18. *cap.* 28. *&* 403. *cum ſeqq.* D. Hieron. Venero, y Leyua *in examine Epiſcopor lib.*6. *cap.*8. *ex num.*8.

2. Clemens VIII. *in ſuis decretis pro reformatione Regularium*, duas tulit ordinationes, quarum prima eſt, vt nullus è Conuentu egredi audeat niſi ex cauſa, & cum ſocio, licentiaque ſingulis vicibus impetrata, & benedictione accepta, qui non aliter eam concedat, niſi cauſa probata, ſociumque exituro adiungat non petentis rogatu, ſed arbitrio. Secunda verò eſt vt degentes extra clauſtra Conuentus ad ea reuocentur, nec de cætero niſi ex grauiſſima cauſa à Sede Apoſtolica approbanda huiuſmodi facultates concedi poſſint, refert Barthol. à S. Fauſto *d. lib.*6. *q.*62.

3. Vtrùm violatio clauſuræ in Monachis, ſeu Religioſis viris, ſit peccatum mortale? Veniale tantummodo eſſe regulariter, per ſe loquendo, tuentur Nauarr. *commento* 4. *de Regularibus nu.*29. *&* 30. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom.*1. *quæſt.*32. *art.*2. *concluſ.*1. *&* 2. Bonacin. *de clauſur. q.*2. *puncto* 1. *num.*2.

Contra Soar. *de Relig. tom.*4. *lib.*1. *cap.*6. *num.*5. *& ſeq.*

exiſtimantem hanc obligationem Religioſi ex ſuo genere mortalem eſſe.

Clauſuram multipliciter violari poſſe referunt ſuprà citati Doctores. Primò dimittendo habitum, de quo vide Fr. Emman. *tom.2. quæſt.76. art.6.* Filliuc. *tract.14. cap.8. quæſt.4. numer.*133. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.2. lib.6. cap.8. nu.49. cum ſeqq.* Barthol. à S. Fauſto *lib.6. q.203. cum ſeqq.* Campan. *d.c.9. nu.6.* Sanctarel. *de apoſtaſia cap.1. num.6. & 7.*

5. Secundò proficiſcendo vltra mare, ſine debita ſuperioris licentia, Bonacin. *d.q.2. puncto 4.*

6. Tertiò adeundo Curias Principum inconſulto ſuperiore, de quo Soar. *de cenſur. diſput.23. ſect.5. num.6.* Filliuc. *d.cap.8. quæſt.6. num.*140. *& ſeqq.* Sayr. *de cenſur. lib.3. c.34. num.27.* Bonacin. *de clauſura, quæſt.2. puncto 5.*

7. Quartò accedendo ad ſtudia non obtenta à Prælato facultate, Sayr. *d. lib.3. cap.33. à num.* 20. Filliuc. *d. cap.8. q.4. nu.*136. Sanch. *d. cap.8. num.72. cum ſeqq.* Sanctarel. *in tract. de apoſtaſia, cap.2.* Bonacin. *d.q.2. puncto 6.*

8. Quintò illicitè tranſeundo ad aliam Religionem, de quo Fr. Emman. *quæſt. regular. tom.1. quæſt.30. art.1. cum ſeqq.* Azor. *inſtitut. moral. part.1. lib.11. cap.16.* Leſſ. *de iuſtit. lib.2. cap.41. dub.15.* Soar. *de Relig. tom.4. lib.3. cap.2.* Sanch. *d. lib.6. cap.8.* Sanctarel. *de apoſtaſia,* Bonacin. *d. quæſt.2. puncto 11.* & plures per me citati *in collectan. ad cap. ne religioſi, de Regularibus.*

9. *a Etiam prætextu ad ſuperiores ſuos accedendi.*] Religioſum à ſuperiore ſuo ſupra modum vexatum poſſe à monaſterio exire, dummodo id faciat alium Superiorem adeundi gratia, cuius auctoritate ab iniqua vexatione liberetur, nec in apoſtaſiæ pœnas incurrere reſoluunt Nauarr. *commento 2. de Regul. num.61. & commento 3. num.51.* Aragon 2.2. *q.69. art.3.* Fr. Emmanuel. *quæſt. regular. tom.1. quæſt.30. art.3. & 4.* Azor. *d.p.1. lib.12. cap.11. quæſito 7. & 8.* Sayr. *in claui Regia, lib.12. cap.17. num.40.* Coriolan. *de caſibus reſeruatis, part.2. caſu 3. num.19. & caſu 5. de iudice regulari, §.10. num.27.* Bonacin. *de clauſura, & pœnis eam violantibus impoſitis, quæſt.2. puncto 11. §.1. num.9.* Octauian. Sparthar. *de modo corrigendi Regulares tract.3. part.4. cap.2. num.4.* nouiſſimè Tamburin. *tom.3. de iure Abbatum diſput.5. q.11. num.79.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.2. lib.6. cap.8. num.*102. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc.2. lib.8. cap.5. nu.12.* Laurent. de Peirinis *de ſubdito Religioſo, tom.1. q.1. de obedient. cap.20. in princ.* quorum plures, præcipuè Aragon. aſſerunt Concil. *in præſenti* intelligi de illo, qui ſuperiorem adit non ex aliqua graui, ſed leui, aut leuiſſima cauſa, intelligentes opinionem Bañes contrarium ſentientis *in 2.2. quæſt.12. art.1.* quando ex tali fuga ad Superiorem ſequeretur ſcandalum, & perturbatio magna Religionis propter ignorantiam cauſæ, qua dictus Religioſus mouetur ad talem fugam.

A correctione igitur, quam facit Prælatus Regularis, 10.
excedendo modum, & tranſgrediendo regulæ limites, dari appellationem, ſecus ſi non excederet, probat text. *in cap. de Priore, de appellat. & in cap. licet, de offic. ordinar.* Nauarr. *conſ.4. ſub tit. de appellat. & conſil. vnic. num.6. de ſentent. & re iud. & conſ. vnic. num.8. vt lite pend. & commento 3. de Regul. num.51.* Fr. Emman. *quæſt. regular. tom.1. quæſt.29. art.2. & tom.2. quæſt.53. art.10.* Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. Archiepiſcopi auctoritas, auctor.18. num.20. §. quinto, verſ. concluſionem,* Azor. *inſtitut. moral. part.1. lib.12. cap.11. quæſt.8.* Sayr. *d. cap.17. ex num.38.* Sigiſm. Scacc. *de appellat. quæſt.17. limit.26. num.8.* Cened. *canon. var. quæſt. lib.1. quæſt.26. num.22.* Fagundez *d. cap.5. num.13.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.2. lib.6. cap.8. num.*102. vbi cum Nauarr. Fr. Emman. Azor. & Sayr. *citatis locis,* dicit non obſtare Concilium in præſenti, quia non interdicit appellationem ad Superiorem, ſed receſſum à monaſterio prætextu adeundi ſuperiorem.

Vnde Sorb. *in compend. priuil. mendic. verb. appellare, in* 11.
*ſuis annotat. circa* §. 1. Fr. Emman. *tom.1. q.29. art.1.* Coriolan. *d. §.10. num.28.* Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Religion. lib.1. cap.6. dub.4.* Sanch. *d. lib.6. c.8. num.107. in fine,* referunt deciſum *de anno* 1587. vt appellatio hoc ordine interponatur à Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, & ab hoc ad Cardinalium Congregationem.

Religioſum iuſtè, ac legitimo iuris ordine ſeruato in 12.
carcerem coniectum non poſſe fugere, etiam prætextu ad ſuperiorem ſuum accedendi, ſed teneri ibi permanere etiam ante condemnationem, vbi Prælatus iuſſit illum ſtare, reſoluunt Caiet. 2.2. *quæſt.69. art.4. ad 2.* Nauar. *commento 4. de Regul. num.64.* Fr. Emman. *tom.2. q.22. art.6.* Sayr. *d. lib.12. cap.18. num.8.*

Contra Bañes 2.2. *q.69. art.4.* exiſtimantem poſſe fugere non quidem ad vagandum, aut habitum dimittendum, ſed ad impetrandam illius pœnæ veniam à ſuperiore Prælato, vel à Romano Pontifice.

---

*Clauſura monialium ſeruetur, & reſtituatur vbi violata fuerit, ſub pœnis, vt ibi Moniales ex legitima cauſa quandoque exeant, & ad breue tempus nullus ſepta monaſterij ingredi audeat ſine Epiſcopi licentia, vel ſuperioris, ſub pœna excommunicationis. Monaſteria Monialium exiſtentia extra vrbes, reducantur intra vrbes, aut oppida.*

## CAPVT V.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Pius V. ſuper clauſura & reformatione Monialium.*
3 *Idem Pius contra Moniales exeuntes à clauſura.*
4 *Gregorius XIII. circa loca, & alia clauſuræ pertinentia multa edidit.*
5 *Idem reuocat quaſcunque licentias ingrediendi monaſteria Monialium.*
6 *Prælati & alij Monialium curam habentes earum monaſteria ingredi non poſſunt, niſi in caſibus tantùm neceſſarijs.*
7 *Gregorius XIII. reuocat licentias, & quæcunque priuilegia ingrediendi Monialium monaſteria.*
8 *Sixtus V. ſimilem reuocationem fecit.*
9 *Paulus V. ſtatuit circa modum vtendi facultatibus conceſſis à Papa ingrediendi, &c.*
10 *Idem reuocauit omnes licentias ſecularibus mulieribus conceſſas.*
11 *Epiſcopus punit tam Regulares, quam ſeculares delinquentes circa clauſuram, vel bonorum adminiſtrationem Monialium etiam Regularibus ſubiectarum.*
12 *Epiſcopi in omnibus monaſteriis Monialium earum clauſuram vbi violata fuerit, reſtituere debent.*
13 *Epiſcopus poteſt & debet videre, an clauſura ſeruetur etiam in monaſterijs Monialium, quæ Regularibus ſubduntur.*
14 *Epiſcopus habet iuriſdictionem in Moniales, quæ priuilegio, vel indulto Papæ ſunt immunes in ijs, quæ ad clauſuram pertinent.*

15 *Monia-*

15 Moniales exemptæ poſſunt toties viſitari ab Epiſcopo quoad clauſuram quoties ei videbitur expedire.

16 Vicarius generalis ex officio poteſt viſitare clauſuram Monialium etiam Regularibus ſubiectarum.

17 Suffraganeus Epiſcopus non poteſt uti talis viſitare clauſuram Monialium abſque ſpeciali commiſſione Epiſcopi.

18 Moniales in ciuitate ſituatas, ſed alieno Epiſcopo ſubiectas viſitare poteſt Epiſcopus diœceſis.

19 Princeps abſque iuſta cauſa hoc auxilium denegantes non peccant, ſecus magiſtratus ſeculares.

20 Iudices Eccleſiaſtici poſſunt ſecularibus magiſtratibus iniungere pœnam excommunicationis vt præbeant auxilium.

21 Magiſtratus ſeculares qui.

22 Monialibus poſt profeſſionem non licet exire è monaſteris.

23 Nec ex cauſa quæ Epiſcopo legitima videatur, niſi ſit de expreſſis in iure.

24 Moniales an poſſint è monaſteris exire ex alijs caſibus ſimilibus, vel vrgentioribus, quàm expreſſis in conſt. Pij V.

25 Moniales poſſunt tempore belli à monaſterio exire.

26 Moniali non poteſt licentia concedi clauſtro egrediendi cauſa medendi morbo ita periculoſo, vt deſperaretur ſalus ea non egreſſa.

27 Abbatiſſa an poſſit exire pro præſtando iuramento fidelitatis ratione feudi.

28 Abbatiſſa non poteſt è monaſterio exire vt viſitet ædificium Eccleſiæ an ſibi placeat.

29 Monialis non poteſt egredi vt curam nepotum gerat.

30 Moniales quando poſſint tranſire de licentia ſuperioris de vno monaſterio ad aliud.

31 Moniales poſſunt ad aliam Religionem perfectiorem tranſire.

32 Moniali licitus eſt exitus, quæ dum in proprio monaſterio aliqua de cauſa commodè corrigi non poteſt, ad aliud monaſterium correctionis cauſa transfertur.

33 Monialis, quæ adeò incorrigibilis eſt, vt ipſius emendatio in nullo monaſterio ſperetur, eijci non poteſt.

34 Monialibus licitus eſt exitus quando auctoritate Prelati totus Monialium Conuentus locum mutat.

35 Monialibus conuerſis licitum eſt exire è monaſterio ad petendas eleemoſynas Conuentui neceſſarias, dum eas per alios commodè petere non poſſunt.

36 Moniales conuerſæ quæ ad quæſtuandum mitti poſſint.

37 Conuerſæ non debent permitti, vt exeant ad effectũ claudendi, vel aperiendi ianuam monaſterij.

38 Conuertitarum in monaſterijs, an & quando eis permittatur exire ad quæſtuandum.

39 Moniali non licet poſt profeſſionem exire è monaſterio niſi ex cauſa cognita & expreſsè in ſcriptis approbata per Epiſcopum.

40 Monialibus è monaſterio Sedi Apoſt. aut Regularibus ſubiecto exire non licet, niſi adſit conſenſus communis Epiſcopi diœceſani, & ſuperioris Regularis.

41 Vicarius generalis Epiſcopi ex officio poteſt moniali egrediendi licentiam concedere.

42 Moniales è ſuis monaſterijs egredientes, extra caſus exceptos ſunt ipſo iure excommunicatæ.

43 Monaſterij monialium intra ſepta ingredi nemini licet.

44 Monialium clauſuram ingredi nullus poteſt ad conſpergendum aqua benedicta cellas in die Sabbati ſancti.

45 Monialis nulla energumena intra monaſterij ſepta à quocunque Presbytero ſeculari, vel Regulari, etiam Confeſſario exorcizetur.

46 Monaſterij nomine quid comprehendatur.

47 Reges, & Reginæ non poſſunt Monialium monaſteria ingredi.

48 Fœminæ non poſſunt monaſteria Monialium ſine licentia ingredi.

49 Monaſterium ingrediens abſque ſuperioris licentia animo habitus Regularis aſſumendi & profitendi non incurrit excommunicationem.

50 Mulieres quæ ſunt in diſcordia cum maritis, debent ſi ſunt in monaſterijs Monialium tolerari.

51 Mulier quando debeat permitti ingredi monaſterium Monialium ſi timet ſæuitiam mariti.

52 Mulieres nuptæ in monaſterijs Monialium recipi non debent.

53 Viduæ in monaſterijs Monialium recipi non debent niſi Moniales fieri velint.

54 Matribus licentia ingrediendi monaſteria Monialium, præſtari non poteſt ad inuiſendas filias morti proximas.

55 Infantes diſcretione carẽtes admitti poſſunt ad clauſtra Monialium.

56 Pueri ſeptennes præſumuntur vſum rationis adepti.

57 Epiſcopi, ſeu eorum Vicarij ſpeciale mandatum habentes poſſunt concedere facultatem ingrediendi Monialium monaſteria etiam Summo Pont. ſubiecta.

58 Prouiſor à Capitulo nominatus poteſt in monaſterijs ſibi ſubiectis hanc licentiam concedere.

59 Monialium prefecta poteſt hanc licentiam concedere in caſibus repentinis.

60 Facultas ingrediendi monaſteria Monialium Regularibus ſubiecta pertinet ad earum ſuperiores Regulares.

61 Epiſcopi ingredientes Monialium monaſteria ſibi non ſubdita ſine ſuperioris licentia in ſcriptis, comprehenduntur hoc decreto.

62 Monaſterium ſi auctoritate Pont. cuidam ſoli Prælato Conuentuali ſubiectum ſit, ille ſolum, & non Generalis, aut Prouincialis licentiam ingreſſus in id monaſterium concedere poteſt.

63 Abbatiſſa non poteſt facultatem ingrediendi monaſterium concedere.

64 Superior iuſtè poteſt licentiam generalem concedere Abbatiſſis concedendi ingreſſus facultatem.

65 Fratribus Minoribus interdictus eſt in ſua regula ingreſſus abſque ſpeciali Papæ licentia ad monaſteria Monialium.

66 Licentia Sedis Apoſtol. exigitur ad ingreſſum in S. Claræ, & Conceptionis monaſteria ſubiecta Ordini Minorum.

67 Licentia ingrediendi intra ſepta monaſterij Monialium debet eſſe ſpecailis.

68 Finitur primo actu.

69 Extenditur ad ſocium obtinentis.

70 & verbis expreſſis debet eſſe conceſſa.

71 Licentia ingrediendi ſepta Monialium in ſcriptis ſub peccato mort. habenda eſt, etiamſi cauſa ingreſſus legitima ſit.

72 Niſi repentina ſuperueniat neceſſitas.

73 Monialium clauſtra ingredientes ſine licentia Epiſcopi vel ſuperioris in ſcriptis obtinenda pœnam excommunicationis incurit.

74 Excommunicatione reſeruata lata in ingredientes clauſtra Monialium non comprehenduntur niſi intrantes ex præſumptione, & prætextu licentiarum.

75 Excommunicatione hac reſeruata non afficitur ille, qui facultatem ingrediendi habet, ſed non ingreditur prætextu illius.

76 Cenſuræ, & pœnæ contra eos, qui aliquem in monaſteria Monialium ingredi faciunt, permittunt, vel amittunt.

77 Epiſcopi & ſuperiores Prælati quando poſſint ingredi Monialium monaſteria.

78 Facultas ingrediendi clauſtra Monialinm concedi non poteſt, niſi ob cauſam neceſſitatis.

79 Licentiam ingrediendi clauſtra Monialium obtinens ex cauſa, qua tunc ſuberat, ſed tempore ingreſſus ceſſauit, non eſt tutus in conſcientia ingrediendo.

80 Licentiam ingrediendi Monialium monaſteria obtinentes ex cauſa, ſi ingrediantur pro libito, incurrunt ipſo facto excommunicationem Papæ reſeruatam.

81 Neceſſitas non phyſicè, ſed moraliter in preſenti decreto accipienda.

82 Confeſſario quando liceat ingredi clauſtra Monialium.

83 Medico quando liceat.

84 Superiori cauſa viſitationis quando ſit licitus ingreſſus.

85 Monaſteria Monialium licitum eſt introire pro aliquo opere exercendo, quod commodè extra monaſterium fieri non poteſt.

86 Baiuli iuſtam ingreſſus cauſam habent.

87 Abbatiſſę ad electionem licitus eſt ſuperiori ingreſſus in monaſterium quoties magna ſubornationis ſuſpicio eſt.

88 Fœminæ intra Monialium monaſterium licitè intromitti poſſunt in obſequium, & famulatum Monialium.

89 Collectori Portugaliæ licet licentiam concedere introducendi mulieres in monaſterio Monialium pro earum ſeruitio.

90 Ancillæ laicæ non dantur in communi Monialibus S. Claræ.

91 Ancilla non datur pro educandis.

92 Puellarum ingreſſus in monaſterium Monialium licitus eſt educationis gratia.

93 Puellæ in monaſterijs educationis cauſa recipi non poſſunt minores ſeptennio, & maiores vigeſimoquinto.

94 Puella poſt preteritum tempus 25. annorum, intra quod in monaſterio morari conceditur educationis cauſa nullam cenſuram incurrit.

95 Conditiones quæ ſint neceſſariæ ad puellas in monaſterio Monialium educationis gratia collocandas.

96 Puella recipi non poſſunt educationis cauſa in monaſteriis Monialium, niſi præcedat omnium conſenſus.

97 Moniales in eorum monaſteriis quãdo puellas educationis cauſa recipere poſſint.

98 Iudex, aliique viri poſſunt monaſterium Monialiũ ingredi ad expellendum malefactorem.

99 Monaſteria Monialium ex iuſta cauſa & licentia ingredientes peccat mort. & cenſuris afficiuntur ſi finito miniſterio ſtatim non egrediantur.

100 Monaſteria Monialium frequentare interdictum eſt omnibus.

101 Collocatoria communia vbi retinenda.

102 Religioſi accedentes ad monaſteria Monialium incurrunt pœnas priuationis officiorum, vocis actiuæ & paſſiuæ, ipſo facto incurrendæ.

103 Regulares cuiuſcunque Ordinis probibentur accedere ad monaſteria Monialium ad colloquendum cum eis.

104 Regulares reperti abſque licentia cum Monialibus alloqui qualiter puniantur.

105 Vicarius Fratrum abſque Apoſtol. Sedis licentia Moniales alloquens incidit in pœnas.

109 Epiſcopi licentiam dare valent Religioſis alloquendi Moniales ſeruatis certis regulis.

107 Subcollector abſque Ordinarij licentia alloquens cum Monialibus poteſt excommunicari.

108 Monialium patres, fratres, & filij vt eaſdem alloquantur in temporibus non probibitis, licentiis non indigent.

109 Regulares adeuntes monaſteria Monialium abſque Epiſcopi licentia non incidunt in pœnam excommunicationis quam Epiſcopus ſuo edicto propoſuit.

110 Moniales exemptæ alloquentes cum viris contra probibitionem Epiſcopi non poſſunt ab eo puniri.

111 Moniali litteras ſcribens & mittens, an incidat in cenſuram comminatam ab Epiſcopo aduerſus euntes in monaſteria Monialium.

112 Excommunicatio Epiſcopalis aduerſus adeuntes monaſteria Monialium comprehendit accedentes ad exempta.

113 Licentiam alloquendi Moniales Regularibus ſubiectas an dare poſſit Epiſcopus.

114 Doctores de clauſura monaſteriorum virorum quoad ingreſſum fœminarum, agentes.

115 Horti & prata Religioſorum comprehenduntur ſub clauſura.

116 Monaſteria Monialium intra vrbes, & oppida frequentia reducenda.

117 Translatio Monialium ad Vrbes quomodo facienda.

118 Moniales ab vno monaſterio in recenter erectum non transferuntur niſi obtenta à Sede Apoſtol. vel à Congreg. ſpeciali facultate.

119 Moniales quando transferri poſſint in monaſteria nouiter erecta.

Boni-

BOnifacij [a] Octaui conſtitutionem, *α quæ incipit, Periculoſo*, renouans ſancta Synodus, vniuerſis Epiſcopis, *β ſub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternę*, præcipit, *γ vt in omnibus monaſterijs*, ſibi ſubiectis, ordinaria, in alijs verò Sedis Apoſtolicæ Auctoritate clauſuram Sanctimonialium vbi violata fuerit, diligenter reſtitui, & vbi inuiolata eſt, conſeruari maximè procurent, inobedientes, atque contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, aliasque pœnas, quacumque appellatione poſtpoſita compeſcentes, *δ innocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio* brachij ſęcularis. Quod auxilium vt præbeatur omnes Chriſtianos Principes hortatur ſancta Synodus, *ε & ſub excommunicationis pœna* ipſo facto incurrenda, omnibus *ζ magiſtratibus ſecularibus* iniungit. [b] *η Nemini autem Sanctimonialium* liceat poſt profeſſionem exire à monaſterio etiam ad breue tempus, quocumque prætextu, *θ niſi ex aliqua legitima cauſa, ι ab Epiſcopo approbanda*, indultis quibuſcumque & Priuilegijs non obſtantibus. [c] *κ ingredi autem intra ſepta λ monaſterij* nemini liceat, *μ cuiuſcumque generis, aut conditionis, ν ſexus, ξ vel ętatis fuerint, ο ſine Epiſcopi, π vel Superioris ρ licentia, σ in ſcriptis obtenta, τ ſub excommunicationis pœna* ipſo facto incurrenda. [d] *υ Dare autem tantum Epiſcopus, vel Superior licentiam* debet *φ in caſibus neceſſarijs*, neque alius vllo modo poſſit, etiam vigore cuiuſcumque facultatis, vel indulti hactenus conceſſi, vel in poſterum concedendi. *χ Et quia monaſteria* Sanctimonialium extra mœnia vrbis, vel oppidi conſtituta, malorum hominum prædæ, & alijs facinoribus ſine vlla ſæpe cuſtodia ſunt expoſita, curent Epiſcopi, & alij ſuperiores, ſi ita videbitur expedire, vt Sanctimoniales ex ijs ad noua, vel antiqua monaſteria intra vrbes, vel oppida frequentia reducantur, *ψ innocato etiam auxilio*, ſi opus fuerit, brachij ſæcularis. Impedientes verò, non obedientes, per cenſuras Eccleſiaſticas parere compellant.

a Cap.periculoſo, de ſtat. mon. in 6. decr. l.6. de ſtat. reg. c.1.

b Conc. Cabilonen.2.c. 57.61.63.

c Concil. Matiſcon.1.c.2. cõc.Arel.c.7.

d Cap.diffinimus 18. q. 2. c. periculoſo, de ſtatu mon. in 6.

1. VIde Nauarr. *in man.cap.27.num.*18.*& in cap.non dicatis* 12.*quæſt.*1.*num.*51.*& num.*72.*& in commento* 4.*de Regularibus num,*39. Fuſc. *de viſitat. lib.*2.*cap.*18. Iacob.de Graff. *in aureis deciſ. part.*1.*lib.*4.*cap.*23.*num.*6.*cum ſeqq.* Azor. *inſtitut. moral.part.*1.*lib.*12.*cap.*8.*à princip.* Zerol.*in praxi Epiſcopi, part.*1.*verb.Moniales,*§.3.*&* §.16. Fr.Emman. *quæſt. regul.tom,*2.*quæſt.*2.*artic.*7. Franc.Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. part.*2.*cap.*1.*num,*47.*cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in collect.deciſ.part.*4.*collect.*820.*& in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.*645.*in* 1.*edit.* aliàs *reſolut.*531.*in* 2.*edit.* Campan.*in diuerſor.iuris canon.rubr.*12.*cap.*16.*num.*18. Sanch.*in præcepta Decalogi, tom.*2.*lib.*6.*cap.*15. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.*2.*tit.*18.*l.*7.*de Religionibus num.*100.*cum ſeqq.* Boet.Epo *ad cap.monaſteria* 8.*num.*1.*de vita & honeſt. cleric.* Tamburin. *de iure Abbatiſſarum diſput.*21.*cum ſeqq.* Lezana *in ſumm. quæſt. Regul.cap.*25. Marcell. Vulpe *in praxi iud.fori Eccleſ.cap.*4. Portel. *in dub.Regul.verb. clauſura Monialium.* Gauant. *in man.Epiſcop.eod.verb.* Victorel. *de origine & clauſura Monialium.* Nouar. *in lucerna Regul. verb.clauſura, & verb.licentia.* Lauret.de Franchis *de controuerſ.inter Epiſcop. & Regul.q.*6.*verſ.*15. Laurent. de Perinis *in conſtit.ſui Ordinis Minimorum,conſtit.*6.*Pij V.ex num.*1. Hieron. Venero, y Leyua *in examine Epiſcop. lib.*6.*cap.*22. Bonacin.*de clauſura, & pœnis eam violantibus impoſitis, q.*4. Galarza *in opuſculo de clauſura Monialium*, metipſum *de officio,& poteſt. Epiſcopi,part.*3.*allegat.*102.

2. Pius V. in ſua conſtit. incip. *Circa paſtoralis, ſub dat.* 4.*Kal. Iunij* 1566. ſuper clauſura, & reformatione Monialium cuiuſcunque Ordinis Bonifacij VIII. conſtitutionem *in cap. periculoſo, de ſtatu Regul.lib.*6. & Concil. Trid. decretum in præſenti renouauit, quam refero Ego ipſe *d.alleg.*102.*num.*13. & Laurent. de Perinis *d.tom.*1.*conſtit. ſui Ordinis Minim. conſtit.*6.*Pij V.*

3. Idem Pius V. aliam edidit conſtitutionem incip. *Decori, ſub dat.Kal.Februarij* 1569. contra Moniales exeuntes à clauſura, niſi in quibuſdam caſibus, eaſque comitantes, vel receptantes, & contra ſuperiores exeundi licentiam concedentes, niſi in caſibus in ea expreſſis, eſt *in Bullario nouo tom.* 2.*Conſt.*8.*eiuſd. Pont. pag.*185. & refert Quarant. *in ſumm.Bullarij verb.monaſteria Monialium, pag.*450. & Ego ipſe *d.allegat.*102.*num.*14.

4. Gregorius XIII. *in ſua Conſtit.* incip. *Deo ſacris, ſub dat.* 3.*Kal.Ianuarij* 1572. circa loca,& alia clauſuræ pertinentia multa edidit, quam refert Quarant. *d.verb.monaſteria Monialium, pag.*443. & de ea meminit Sanch. *d.lib.*6.*cap.*15.*num.*6.

5. Idem alia *ſua Conſtitut.* incip. *Vbi gratiæ*, ſub *dat. Idibus Iunij* 1572. reuocat quaſcunque licentias ingrediendi monaſteria,& loca Monialium, & virorum cuiuſcunque Ordinis, & prohibet vti licentijs ab Epiſcopis, vel ſuperioribus conceſſis pro caſibus neceſſarijs, niſi in neceſſitatibus vrgentibus, eſt *in Bullario nouo tom.*2.*conſtit.*28.*eiuſdem Pontificis pag.*395. refert Quarant. *d.verb. monaſteria Monialium pag.*447.*& ſeq.* & Ego ipſe *d.alleg.*102.*num.*33.

Idem alia ſua conſtitutione incip.*Dubijs,ſub dat.*23.*Decembris* 1581. declarauit, quòd etiam Prælati, & alij Monialium curam habentes earum monaſteria ingredi non poſſint, niſi in caſibus tantùm neceſſarijs, eſt *in Bullario nouo tom.*2.*conſtit.*28.*eiuſdem Pontif.* & refert Quarant. *dict. verb.monſteria Monialium pag.*447. 6.

Idem alia ſua conſtitutione incipien. *Quæ ſanctimonialium, ſub dat.* 8.*Septembris* 1584. ſimilem generalem prædictarum licentiarum, & quorumcunque priuilegiorum reuocationem fecit, quam refero *d.allegat.*102.*num.*34. 7.

Sixtus V. *in ſua conſtit.* incip. *Sanctimonialium, ſub dat.*5.*Ianuarij* 1589. ſimilem aliam etiam generalem reuocationem fecit omnium licentiarum quarumcunque ingrediendi monaſteria, & ibi permanendi mulieribus ſecularibus cuiuſcunque ſtatus,& conditionis exiſtentibus, etiam Comitiſſis, Marchioniſſis, & Duciſſis conceſſarum. 8.

Paulus V. *in ſua conſtit.* incip. *Facultatum*, de qua *in Bullario nouo tom,*3.*conſtit.*52.*eiuſdem Pont.* ſtatuit circa modum vtendi facultatibus conceſſis à Romanis Pontificibus ingrediendi monaſteria Monialium, ac declarauit, & ordinauit, quòd nulla perſona cuiuſcunque gradus, & conditionis exiſtat, vigore licentiarum plura monaſteria pluribus vicibus ingrediatur, ſed quòd licentiæ huiuſmodi reſpectu vniuerſorũ, non autem aliquorũ, vel ſingulorum monaſteriorum ſuffragentur, ita vt cui bis in anno, ſeu amplius plura monaſteria ingredi conceditur, bis, vel ampliùs tantùm vniuerſa, non autem eorum aliqua, vel ſingula ingredi liceat, etiam ſi prædicta monaſteria in diuerſis ciuitatibus, terris, diœceſibus, & locis exiſtant. 9.

Idem alia ſua conſtit.incip. *Monialium, ſub die* 10.*Iulij* 1612. reuocauit omnes licentias ingrediendi monaſteria Monialium ſecularibus mulieribus, etiam Marchionali, & Ducali dignitate fulgentibus, eſt *in Bullario nouo tom.*3.*conſtitut.*74.*eiuſdem Pontificis*, & de illa meminit memoriale clericor. *num.*9.*cap.*12. 10.

Gregorius X V. *in ſua conſtitut. de exemptorum priuilegijs*, incip. *Inſerutabili, ſub dat.* 9.*Februarij* 1622. inter alia circa hanc materiam ſic loquitur. *Adhuc tam ſeculares, quàm Regulares huiuſmodi nullis priuilegijs, & exemptionibus tueri ſe poſſint, quominus ſi deliquerint circa perſonas intra ſepta degentes, aut circa clauſuram, vel circa bonorum adminiſtrationem monaſteriorum Monialium, etiam Regularibus ſubiectarum ab Epiſcopo loci ſimiliter, tanquam ad hoc Sedis Apoſtolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant.* Hactenus Gregorij conſtitutio, ſuper qua ſacra 11.

Illuſtriſſimorum Cardinalium Congreg. Concilij Trident. interpretum poſtea cenſuit illam in ſupradictis verbis habere locum in omnibus delictis, non autem in notorijs tantùm, & cum populi ſcandalo, quam declarationem apud Typographiam R. Cameræ Apoſtolicæ impreſſam vidi.

S. D. N. Vrbanus VIII. ſuo Motu proprio incip. *Sacroſanctum, Apoſtolatus miniſterium, ſub dat. 27. Octobris* 1624. ſimiles edidit reuocationes.

α *Quæ incipit, Periculoſo*, &c.] Vide Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſtit. 15. pag. 134. cum ſeqq.* vbi innouatur *cap. periculoſo, de ſtatu Regul lib. 6.* per decretum Concilij *in præſenti*, & vnum ac alterum optimè declaratur.

β *Sub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ.*] Dummodo id agerent quod poſſent, & quod tempus, locus, aut pertinacia Monialium permitterent. Ita Stephan. VVeyms *d. conſtitut. 15. numer. 15. pag. 149.*

12. γ *Vt in omnibus monaſterijs*, &c.] Vide Cochi. *de iuriſd. ordin. in exemptos p. 2. q. 45. num. 15. &* 81. Campan. *in diuerſ. iur. Canonic. rubr. 12. c. 13. num.* 38. Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 15. ex num.* 20. Bonacin. *de clauſur. quæſt. 1. puncto 2*, metipſum *d. alleg. 102. ex nu. 3.* Steph. VVeyms *d. conſtit. 15. num. 9.*

13. Epiſcopum poſſe, & debere videre, an clauſura ſeruetur non ſolùm in monaſterijs ſibi ſubiectis, ſed etiam in monaſterijs Monialium, quæ Regularibus ſubduntur, & non poſſe ab ipſis Regularibus impediri quominus ad hunc effectum ea viſitet, quoties id expedire iudicauerit, referunt deciſum Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. cenſura 1.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Moniales §. 4. & §. 8. verſ. 4.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcop. num. 44.* Ego ipſe *d. alleg. 102. numer. 7.* Tamburin. *de iure Abbatiſſarum diſput. 24. q. 9. num. 4.* Nouar. *in lucerna Regul. verb. clauſura num. 4.* Et nouiſſimè *in vna Colimbrien. die 26. Maij* 1640. *ſacra Congregat. Concil. cenſuit Epiſcopum Colimbrienſem vti Sedi Apoſtol. delegatum potuiſſe quoad clauſuram monaſteriorum Moniali͂u Conuentus de Cellas Ordinis Ciſtercienſis Regularibus eiuſdem Ordinis ſubiectum viſitare, etiam aſſumpto ſecum Vicario generali, & Confeſſario earundem Monialium, Monialesq; ipſas in ijs, quæ ad eandem clauſulam pertinẽt, examini ſubijcere, ſemotis etiam ſuſpicione violatæ clauſuræ, ac quacumque Superiorum Regularium negligentia, ipſiſq; inconſultis, & irrequiſitis. Ac inſuper eidem Epiſcopo licuiſſe Rectorem Collegij dicti Ordinis, ex ſupradicta cauſa inobedientem declarare in pœnam excommunicationis, ac aliàs comminatas incurriſſe.* I. Cardin. Pamphilius.

14. Et habere Epiſcopum iuriſdictionem in Moniales, quę priuilegio, vel indulto Papę ſunt immunes in ijs, quæ ad clauſuram, & ſpiritualium rerum curam pertinent, aſſerit reſolutum Armendar. *in addit. ad recop. legum. Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. num. 95.* quem refero Ego ipſe *d. alleg 102. num. 4.*

15. Et huiuſmodi Moniales exemptas poſſe toties viſitari ab Epiſcopo quoad obſeruantiam clauſuræ, quoties ei videbitur expedire, tenet Galet. *in d. Margarita caſuum conſcientiæ verb. Moniales 3.* citatus per me *d. alleg. 102. num. 5.* & faciunt quæ Armendar. *dict. lib. 1. tit. 6. l. 3. de viſitat. quoad Canonicos num. 18.* etiam ſine præſentia ſuorum ſuperiorum, vt per Sellium *in ſelectis Canonicis cap. 8. nu. 25.*
☞ vbi refert ita deciſum *in Verçellen. 22. Aprilis* 1617.

16. Facultas viſitandi clauſuram Monialium etiam Regularibus ſubiectarum tributa Epiſcopo tranſit in Vicarium generalem non habentem ad id ſpeciale mandatum, ex Sel. *d. cap. 8. num. 27.* vbi atteſtatur ſic reſolutum
☞ *ſub die 13. Maij* 1628.

17. Suffraganeus Epiſcopus vti ſuffraganeus non poteſt viſitare clauſuram Monialium abſque ſpeciali commiſſione, & mandato Epiſcopi, cùm non habeat exercitium iuriſdictionis, niſi ſibi tribuatur ab Epiſcopo, ſed tantùm vſum Pontificalium in diœceſi, ex Sel. *loco citato*, vbi
☞ dicit deciſum *ſub die 11. Maij* 1630.

18. Moniales in ciuitate ſituatas, ſed alieno Epiſcopo ſubiectas, viſitari debere ab Epiſcopo diœceſis, ſicut alias Moniales ſubiectas Regularibus, dicit deciſ͂u Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. Monialis 4.* quem refero Ego ipſe *d. alleg. 102. num. 6.*

Contra Sanch. *d. lib. 6. cap. 15. num. 21.* Ludou. Miranda *de ſacris Monialibus q. 2. art. 14. num. 3.* & Bonacin. *d. q. 1. puncto 6.* exiſtimantes non poſſe Epiſcopum ad clauſuram cogere Moniales exemptas ab eis, nec illis licere intrare huiuſmodi monaſteria exempta, Prælatiſque Regularibus ſubiecta, etiam prætextu videndi, an violata ibidem fuerit clauſura, niſi ſolummodo in caſu, quo publicè conſtaret illam eſſe violatam.

δ *Inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio*, &c.] Princeps 19.
abſque cauſa iuſta hoc auxilium denegantes minimè peccare, hoc ſolo Concilij Trid. decreto attento, quos ſolùm hortatur, ſecus de magiſtratibus ſecularibus, quos grauiſſimo præcepto ſub excommunicationis latæ pœna id auxilium impendere iubet, docent Nauarr. *comment. 4. de Regular. num. 46. verſ. ex quibus nota*, Sanch. *d. lib. 6. cap. 15. num. 22.* Bonacin. *d. tract. de clauſura q. 1. puncto 6. num. 2. & puncto 7. num. 4. in fine.*

ε *Et ſub excommunicationis pœna.*] Iudicet eccleſiaſti- 20.
cos poſſe omnibus magiſtratibus ſecularibus iniungere pœnam excommunicationis, vt præbeant auxilium brachij ſecularis, aſſerit Franc. Leo *in theſauro fori eccleſiaſt. part. 2. cap. 1. num. 47. in fine.*

ζ *Magiſtratibus ſæcularibus.*] Quinam ſint iſti magi- 21.
ſtratus ſeculares, tradunt Mari. Alter. *de cenſur.* vbi de Bulla in Cœna Domini, *lib. 5. diſp. 2. c. 1. col. 2. verſ. Magiſtratus*, Duard. *in Bullam Cœnæ Domini can. 19. q. 2. num. 2.* Bonacina *de clauſur. & pœnis eam violantibus impoſitis quæſt. 1. puncto 7. num. 4.*

η *Nemini autem Sanctimonialium*, &c.] Vide Nauarr. *in* 22.
*cap. ſtatuimus 19. quæſt. 3. num.* 47. Fuſc. *de viſitat. lib. 2. cap. 18. ex num. 17.* Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 14. ex num. 1.* Cened. ad Sextum *collect. 31.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 8. q. 3.* latè Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib. 1. cap. 5. dub. 2. cum ſeqq.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 15. nu. 24. cum multis ſeqq.* Bonacin. *d. tract. de clauſura q. 1.* metipſum *d. alleg. 102. nu. 15. cum ſeqq.* Steph. VVeyms *d. conſtit. 15. num. 17. cum ſeqq. pag. 150. & ſeq.* Rota coram Duran. *deciſ.* 359. vbi quòd Monialis, quæ monaſterio exiuit, compelli debet ſub cenſuris ad illud redire, prout etiam monaſterium ad eam recipiendam.

θ *Niſi ex aliqua legitima cauſa.*] Non intellexiſſe quam- 23.
cunque quæ Epiſcopo legitima videtur, ſed cauſas expreſſas *in cap. periculoſo, in princ. de ſtatu regular. lib. 6.* quod innouare prorſus intendebat, aduertit Sanch. *d. c. 15. nu. 31. in fine, & in d. cap. periculoſo*, Bonifacius propoſuit hanc, videlicet ſi periculum morbi ſubſit, putà peſtis, lepręepidemię, vel ſimilis, propter quod non poſſit tutò cum alijs in monaſterio commorari, vel ſi periculum ſubſit ſcandali, incendij, vel aliud ſimile, nam & in hoc ponit legitimam cauſam è monaſterio egrediendi, ita Stephan. VVeyms *d. conſt. 15. num. 18. pag. 150. in fine.* Pius autem V. *in ſuo Motu proprio*, incip. *Decori*, declarauit magnum incendium non excludi in eo text. cùm cauſis ibi expreſſis ſit ſimile, immo multo vrgentius, in hæc verba, *Ordinamus nulli Abbatiſſarum, Prioriſſarum, aliarumue Monialium de cætero, etiam infirmitatis, ſeu aliorum monaſteriorum, etiam eis ſubiectorum, aut domorum, parentum, aliorumue conſanguineorum viſitãdorum, aliaue occaſione, & prætextu, niſi ex cauſa magni incendij, vel infirmitatis, lepræ, aut epidemiæ*, &c. *à monaſterijs exire, ſed nec in prædictis caſibus extra illa, niſi ad neceſſarium tempus ſtare licere.* Nomine Epidemiæ debere intelligi non ſolùm ea, quæ verè peſtis eſt, ſed etiam ſimplicem epidemiam, reſoluunt Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 6. cap. 15. num. 35.* Villalob. *in ſum. part. 1. tract. 35. diffic. 45. num. 2.* Hieron. Roder. *in compend. quæſt. regul. reſol. 98. num. 19.* Sel. *in ſelectis Canon. cap. 15. num. 4.* vbi refert ſacram Congregationem Epiſcoporum ita reſcripſiſſe Nuncio Hiſpaniarum 8. *Nouembris* 1594. Lezana *in ſum. quæſt. Regul. cap. 25. num. 20.* Diana *moral. reſol. p. 2. tract. 1. miſcel. reſol. 23.* Ego ipſe *d. alleg. 102. num. 23.*

Vtrum autem Moniales poſſint è monaſterijs exire 24.
ex alijs caſibus ſimilibus, vel vrgentioribus? Affirmant Nauarr. *commento 4. de Regularibus num. 48. & in cap. ſtatuimus 19. q. 3. num. 49.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 1. q. 34. art. 3.*

art.3.paulo poſt princ.& art.5.Azor.d.part.1.lib.12.cap.8.q.1. verſ. tertiò, Llam.in methodo curat.in append.§.10. Fr.Ioan.à Cruce de ſtatu relig. lib.1.cap.5.dub.4.Sanch.d.lib.6.cap.15. num.37. Ego ipſe d. alleg.102.ex num.16 & me citato in illo loco Bonacin. d.tract.de clauſura q.1. puncto 9. num.6. Marcel.Vulpe in praxi iudic.fori eccleſ.cap.4.num.11. Lezana in ſum.quæſt.Regular.c.25.num.20.verſ. probabile etiam, Diana moral.reſolut.p.2.tract.1.miſcel.reſol.23. Doctor Sotus Medicus Matritenſ.in ſpeciali tractatu Hiſpanica lingua conſcripto, porque cauſas de infirmidad pueden las monias ſalir de ſus Conentos, Nouar.in lucerna Regul.verb.clauſura num.12.cum ſeqq.

Contra Collect. Compend. Mendicant.verb.clauſura Monialium, num.5. verſ. quæritur vtrùm miniſter generalis, Fuſc. de viſitat.lib.2. cap.18.num.17.Boll.in OEconom.Canon. claſſ.3.cap.4.num.10.Gutier.Canon.lib.1.cap.14.Cened. ad Sextum collect.31.num.2.Zerol.in praxi Epiſcop.part.1.verb. Moniales §.16.verſ.ſecundo, & part.2.eodem verb.in fine, addit ad Nauarr. conſ.70. in fine, de Regularib. Aloyſ.Ricc.in praxi rerum fori eccleſiaſt.deciſ.545.in 1.edit.aliàs reſolut.541. in 2. edit. Fr.Ludou. Mirand.de ſacris Monialibus q.3. art.4. Campan. d.rubr.12.cap.16 num.22.exiſtimantes caſus exceptos in d.Motu proprio Pij V. incip.Decori, non extendi ad caſus ſimiles, vel vrgentiores.

25. Moniales poſſe tempore belli è monaſterio exire, ſeque in locum tutum recipere, dum bellum contra hæreticos, aut infideles geritur, periculumque eſt, vt niſi Moniales monaſterio egrediantur, graui damno afficiantur, reſoluunt Azor. dict.part.1.lib.13.cap.8.q.1.ad fin.verſ.teriò quæres, Gutier.d.cap.14.num.9.Nauarr.d.comment.4.num.48. Sanchez d.cap.15.num.44.Bonacin. d.q.1.puncto 9.num.7.

Contra Zerol.d.verb.Moniales §.16.dub.2.

26. Moniali non poſſe licentiam concedi clauſtro egrediendi cauſa medendi morbo ita periculoſo, vt deſperaretur ſalus ea non egreſſa, niſi morbus adeò contagioſus eſſet, vt in reliqua ſerperet, tenent Gutier.d.cap.14.ex nu. 7. Fr.Ludouicus Miranda de ſacris Monialibus q.4. art.4. Cened.d collect.21.num.2.Fr.Emman.d.tom.1.quæſt.49.art. 3.Zerol.in praxi Epiſcop.part.2 verb.Moniales, in fine. Sanch. d.cap.15.num 39. Bonacin. d.q.1.puncto 9.num.18.Tamburin. de iure Abbatiſſarum diſput.20. quæſtione 3.Diana moral. reſol. part.5. tract.3. reſol.137. Ego ipſe dict. alleg.102.num. 21.in fine.

Contra Nauarr.d.commento 4.num.49. & ſeqq.Azor.d.p. 1.lib.13.cap.8. q.1. Soar.de Relig. tom.4.lib.1.cap.9. num.9. Laur.de Peirinis tom.3. priuil.in addit.ad conſtit. Pij V.cap.6. num.3.exiſtimantes poſſe Moniali licentiam concedi clauſtro egrediendi cauſa medendi morbo ita periculoſo, vt deſperaretur ſalus ea non egreſſa.

27. Abbatiſſam, vel Prioriſſam, quæ propter feudum tenetur præſtare iuramentum fidelitatis alicui domino ſeculari, ſi illud per procuratorem præſtare nequit, poſſe cum honeſta ſocietate exire, modò ſtatim præſtito iuramento, reuertatur, probat text.in c.1.§.verum, de ſtatu Regul.lib.6. docent Sanch.d.c 15.num.51.Bonacin. d.quæſt.1. puncto 9. num.9. aduertentes in hoc caſu ſuperioris licentiam petendam eſſe, quòd ſi nulla cauſa ductus illam deneget, hoc conſtito poſſe auctoritate iuris Abbatiſſam egredi.

28. Abbatiſſam non poſſe è monaſterio exire, vt viſitet ædificium Eccleſiæ, num ſibi placeat, vel vt cæmentarijs ſignificet qua forma conſtruendum ſit, reſoluunt Sanch.d.cap.15.num.52,Bonacin d.quæſt.1.puncto 9.nu.3.

29. Monialem non poſſe egredi, vt curam nepotum ſuorum gerat, etiamſi nepotes omnibus alijs propinquis deſtituti ſint, referunt deciſum Armendar.in addit.ad recop.legum Nauarræ, lib.2. tit.18.l.7.de Relig.num.105.Campan.d.cap.16.num.22.prope fin, Ego ipſe d.alleg.102.num.27. Bonacin.d.quæſt.1.puncto 9.num.4.vbi nu.5. ſubdit Monialem egredi non poſſe ad parentes conſanguineos, aut alios infirmitatis cauſa, ſeu alio prætextu viſitandos.

30. Moniales poſſe tranſire de licentia Superioris de vno monaſterio ad aliud, vel cauſa nouę fundationis, ſeu correctionis, vel reformationis, aut præfectionis, tradunt Nauarr.in dict. cap. ſtatuimus, numero 48. & conſ.57. numero 6.de Regul, Fr.Emman. dict.tom.1.quæſt.49. art.5. Sanch. d.cap.15.ex num.46. Armendar.d.l.7.de Relig.num.101. Zerol.d.part.1.verb.Moniales, §.16. & part.2. eod.verb.dub.8. & 12. Anton. Ricciul. de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium, lib.5.cap.5.num.11. Bonacin. d.puncto 9.num. 10.Portel. in dub.Regular. verb. clauſura Monialium num.20. & 21.Diana moral.reſol.tract.2.de dub.Regul.reſol.99.& 127. Caſtellin.de elect.cap.17.num.6.Gauant.in man.Epiſcop. var. clauſura num.14.Tamburin. de iure Abbatiſſar.diſp.21.quæſt. 1.cum ſeqq. Marcel.Vulpe in praxi iudic. fori eccleſ.cap.4.nu. 11.in fine, Lezana in ſum.quæſt.Regular. cap.25.nu.20.in fine. Ego ipſe d.alleg.102.num.25.aduertentes ad hoc tutius eſſe recurrere ad Sedem Apoſtolicam.

31. Moniales poſſe ad aliam Religionem perfectiorem tranſire docent Tapia, Zerol. Fr. Emman. & alij, quos refert Sanch. d.lib.6.cap.7.nu.6. quibus adde Anton.Ricciul. d.lib.5.cap.5.à princ.vbi ex num.4. ſubdit, neque Concil. Trid. neque conſtitutionem Pij V. prohibuiſſe hanc tranſlationem, Barthol.à S.Fauſto d.lib.5.q.327. Bonacin. d.q.1.puncto 9.num.11. metipſum ad c.licet 18.num.3.de Regul.contra Azor. d.part.1.lib.13.cap.8. quæſt.1.

32. Moniali licitum eſſe exitum, quæ dum in proprio monaſterio aliqua de cauſa commodè corrigi non poteſt, ad aliud monaſterium correctionis cauſa transfertur, tenent Sanch. d.lib.6.c.15. num.47. Ludouic. Miranda de ſacris Monialibus, q.3.art.2.verſ.quartus caſus, & art.3.Bonacin.d.q.1.puncto 9.num.13. Tamburin.vbi ſuprà diſp.21. q.3. Ego ipſe in collect.ad c.vlt.de Regularib.num.16.Et quod locorum Ordinarij, vel ſuperiores Regulares vno monaſterio in aliud transferre poſſint Monialem ſibi ſubiectam ex cauſa ſeditionis, vel incorrigibilitatis, aut criminis perpetrati, tradit Sel.d.cap.8.num.29.aſſerens ita reſolutum per S.Congr.Epiſcop. 27.Maij 1603.

33. Vtrùm Monialis, quæ adeò incorrigibilis eſt, vt ipſius emendatio, & correctio in nullo monaſterio ſperetur, eijci poſſit? Negatiuè cenſuit Rota in Vlixbonen.monaſterij 19.Nouembris 1625.coram R.D.meo Coccino Decano, & me citato docet Bonacin. d. puncto 9. num.14.

Contra Sanch.d.lib.6.cap.9.num.6. exiſtimantem talem Monialem in rigore eijci poſſe.

34. Monialibus licitum eſſe exitum quando auctoritate Prælati totus Monialium Conuentus locum mutat, reſoluunt Fr.Emman. tom.1.quæſt.49.art.5. Sanch. d.lib.6.cap. 16.nu.53. Ludou.Miranda de ſacris Monialibus, quæſt.3.art. 2.verſ.ſextus, Bonacin. d.puncto 9. num.8. Ego ipſe d. alleg. 102. num.27.

35. Monialibus conuerſis licitum eſſe exire è monaſterio ad petendas eleemoſynas Conuentui neceſſarias, dum eas per alios commodè petere non poſſunt, ſeruatis conditionibus præſcriptis in Motu Pij V. incip. Circa paſtoralis, & in alio Gregorij XIII. incip. Deo ſacris, tenent Bonacin.d.quæſt.1.puncto 9.num.15. vbi nu.16. ſubdit Moniales conuerſas poſſe adhuc ob receptam conſuetudinem recipi, & ad profeſſionem admitti, & citat pro ſe Sanch. d.cap.15.num.59. Soar. de Relig.tom.4. lib.1.cap.8. num.19. Fr.Emman.tom.1.quæſt.44.artic.4. col.3.verſ.ſecunda aſſertio, contra Nauarr. & Ludouic. Miranda de ſacris Monialib. quæſt.1. art.6.

36. Conuerſæ Moniales ad quæſtuandum mitti poſſunt, ſi aliter Moniales ſuſtentari non poſſint, dummodo ad minus 40.ætatis annum excedant, non ſint pulchræ, nec modo aliquo extra monaſterij clauſuram pernoctent, & in iſtis monaſterijs, quæ niſi dictas Conuerſas ad quæſtuandum mittant, manuteneri non poſſunt, deinceps puellis monaſticum habitum non tradi, nec educationis cauſa illæ in eis introduci poſſunt abſque Sedis Apoſtolicæ ſpeciali licentia, ita Aldan. in compendio canonic. reſolut. lib.2.tit.10. num.2. vbi tenet, quòd ita cenſuit ſacra Congregat. Epiſcop. in Bononien.14. Aprilis 1615.

37. Conuerſæ non debent permitti vt exeant, aut videri ſe ſinant, ad effectum claudendi, vel aperiendi ianuam monaſterij, ſed id muneris alteri extra clauſuram degenti committatur, ex Aldan. d.tit.10. num.4. vbi refert deciſum ſub die 20. Septembris 1594.

38. Conuertitarum in monaſterijs, dummodo ita pauperes exiſtant, vt niſi Moniales ad quæſtuandum tranſmittant, aliunde commodè ſuſtentari nequeant, permittendum

dum ad quæſtuandum exire; dummodo ad minus 40. earum ætatis annum excedant, non ſint pulchræ, nec modo aliquo extra monaſterij clauſuram pernoctent, ita Aldan. *d. titul.*10. *num.*5. referens ſic deciſum *in d. Bononien.*

39. *ι Ab Epiſcopo approbanda.* ] In ſcriptis ſcilicet, definiuit Pius V. prædicto Motu proprio, incip. *Decori,* ibi, *ex cauſa cognita, & expreſſè in ſcriptis approbata,* cuius auctoritate ita reſoluunt Miranda *d. q.*3. *art.*6. *concluſ.*2. Soar. *de Relig. tom.*4. *lib.*1. *cap.*9. *num.*16. Bonacina *d. puncto* 8. *num.*4. vbi *nu.*5. ſubdit licentiam non tenere, ſi ſolo verbo detur.

40. Monialibus igitur è monaſterio, Sedi Apoſtolicæ, aut ſuperioribus Regularibus ſubiecto, exire non licere, niſi adſit conſenſus communis Epiſcopi diœceſani, & ſuperioris Regularis, ſi illi ſubiectæ exiſtant, ita vt ſi illæ, quæ poteſtati Regularium ſubijciuntur, ſine Bulla & licentia Ordinarij egreſſæ fuerint, per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia Iuris remedia debent ipſæ, & earum Superiores (de quorum licentia è monaſterio fuerint egreſſæ) ab eodem Ordinario puniri, non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, referunt deciſum Campan. *d. rubr.*12. *cap.*16. *num.*22. *propè finem,* Stephan. VVeyms *d. conſtitut.*15. *num.*19. *pag.*151. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.*2. *tit.*18. *l.*7. *num.*103. Ego ipſe *d. alleg.*102. *num.*28. *propè fin.* Ioan. Sanci. *in ſelect. diſp.*50. *num.*25. *verſ. obiter,* vbi aduertit diuerſam poni per Concilium licentiam ad exitum è monaſterio, & licentiam ad ingreſſum, quia ad exeundum videtur Concilium neceſſariò requirere licentiam Epiſcopi, nec ſatis eſſe licentiam alterius Superioris, cui ſubiacet monaſterium; ad ingrediendum verò Epiſcopi licentiam deſiderari ſi ei ſubiaceat, vel alterius Superioris tantùm, cui monaſterium ſubditur.

Contra Nauarr. *conſil.*6. incip. *An Generalis, ſub num.*6. *de ſtatu Monach. & commento* 4. *de Regularib. num.*60. *verſ. tertio.* Fr. Emman. *tom.*1. *quæſt.*49. *artic.*3. Ludou. Miranda *de ſacris Monial. quæſt.*3. *art.*6. *concluſ.*1. Soar. *de Relig. tom.*4. *lib.*1. *cap.*9. *num.*13. Bonacina *d. quæſt.*1. *punct.*8. *num.*1. Lezana *d. c.*25. *num.*21. Tambur. *d. diſp.*20. *quæſt.*6. Azor. *d. p.*1. *lib.*13. *cap.*8. *quæſt.*1. Sanchez *d. lib.*6. *cap.*15. *num.*28. exiſtimantes Moniales in caſibus exceptis poſſe exire è monaſterio, abſque vllo conſcientiæ ſcrupulo cum ſola licentia ſuorum Generalium, aut Prouincialium Prælatorum, quibus fuerit ſubiecta, ſine vlla alia approbatione Epiſcopi ſecularis, aſſerentes in Hiſpania ſolùm Superioris licentiam eſſe neceſſariam.

41. Vicarium generalem Epiſcopi, abſque ſpeciali eius commiſſione, hanc egreſſus Monialis è monaſterio licentiam concedere poſſe tuentur Llamas *d. quæſt.*1. *punct.*8. *num.*3. Ego ipſe *d. alleg.*102. *num.*28. *propè fin.* extendentes ad vicarium Capituli Sede vacante. Sanchez *d. cap.*15. *num.*30. Victorel. *de origine & clauſur. Monial.* § *an ſolus Epiſcopus,* Tambur. *d. diſp.*20. *quæſt.*5.

42. Moniales è ſuis monaſterijs egredientes, extra caſus exceptos, ipſo iure eſſe excommunicatas excommunicatione maiori latæ ſententiæ Summo Pontifici reſeruata, & in eandem incurrere Prælatos eiſdem exeundi licentiam quocunque modo concedentes, necnon & ipſas comitantes, ac perſonas illarum receptatrices, cenſuit Pius V. *in d. ſua conſtit.* incip. *Decori,* & tradunt Nauarr. *in d. cap. ſtatuimus, num.*57. Zerol. *p.*1. *verb. Moniales,* §.16. *dub.*1. Azor. *d. p.*1. *lib.*13. *cap.*8. *quæſt.*1. *verſ. tertiò quæres,* Fr. Ludou. Miranda *d. q.*3. *art.*6. Sanch. *d. cap.*15. *num.*72. Bonacina *d. q.*1. *puncto* 8. *num.*6. Ego ipſe *d. alleg.*102. *num.*29. & 30. reſoluentes ſupradictam pœnam contra recipientes & concomitantes prædictas Moniales egredientes è ſuis monaſterijs non videri comprehendere illos, qui compaſſione quadam naturali in extrema, vel graui neceſſitate id faciunt.

43. *κ Ingredi autem intra ſepta, &c.* ] Vide Concil. Bracharen. IV. *act.*5. *cap.*5. *de Monialib.* Auiles *ad cap.*1. *Prætor. fol.*50. *num.*29. Læl. Zech. *de caſib. reſeru. caſ.*10. *in princip.* Fuſc. *de viſit. lib.*2. *cap.*18. *ex num.*24. Fr. Emman. *tom.*1. *q.*46. *art.*1. *cum ſeqq. & quæſt.*47. *art.*4. *cum ſeqq.* Azor. *d. p.*1. *lib.*13. *cap.*8. *quæſt.*6. Fr. Ioan. de la Cruce *de ſtatu Relig. lib.*1. *cap.*5. *dub.*2. Franc. Leo *in theſauro fori eccleſiaſt. p.*2. *cap.*1. *num.*52. Nauarr. *in cap. ſtatuimus* 19. *q.*3. *ex num.*59. Ludou. Beia *reſponſ. caſuum conſcient. p.*1. *caſu* 30. Quarant. *in ſum. Bullarij, verb. monaſteria Monialium,* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.*648. *in* 1. *edit.* aliàs *reſolut.*544. *in* 2. *edit.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rubr.*12. *cap.*16. *ex num.*24. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.*2. *lib.*6. *cap.*16. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.*2. *tit.*18. *l.*7. *de Religionibus ex num.*106. Fr. Ludouic. Miranda *poſt man. Prælat. in tract. de ſacris Monialib. q.*2. & 4. Vgolin. *de offic. Epiſcopi, cap.*21. §.3. Bonacina *de clauſura, & pœnis eam violantibus impoſitis, q.*4. metipſum *d. p.*3. *alleg.*102. *num.*32. *cum ſeqq.* Stephan. VVeyms *d. conſtit.*15. *num.*23. *cum ſeqq.*

Monialium clauſuram ingredi nullus poteſt ad con- 44.
ſpergendum cellas Monialium, aut alia loca aqua benedicta in die Sabbati ſancti, aut quolibet alio tempore, vt per Aldan. *d. tit. num.*25. vbi refert ita reſolutum per S. Congregatio. Epiſcopi *ſub die* 13. *Septembris* 1583.

Monialis nulla energumena intra monaſterij ſepta à 45.
quocunque Presbytero ſeculari, vel Regulari, etiam cōfeſſario exorcizetur, ſed ad Eccleſiam exteriorem eiuſdem monaſterij, obtenta priùs à S. Congregat. licentia, ea de cauſa deducatur, vel transferatur; in tranſlatione autem huiuſmodi, ſicut & in actu exorcizationis, honeſtæ perſonæ conſanguineæ, vel aliæ mulieres prouectæ ætatis, ac probæ conuerſationis energumenam comitentur, exorciſta ſit ad actum huiuſmodi ab Ordinario approbatus, exorcizatio minori, quo fieri poteſt, fiat ſtrepitu, Eccleſię ianua eo vſque occluſa remaneat, quouſque exorcizatione completa ad monaſteria energumena reducatur. Cæterùm tam in reditu, quàm in acceſſu ad Eccleſiam, & monaſterium reſpectiuè, rectè, & ſine diuerticulo tendatur, refert deciſum Aldan. *d. tit.*10. *num.*26.

*λ Monaſterij.* ] Quid nomine monaſterij comprehen- 46.
datur quando interdicitur hic ingreſſus: vide Fr. Emman. *tom.*1. *q.*46. *art.*1. *in fine,* Coriolan. *de caſib. reſeruat. p.*2. *caſu* 3. *q.*2. *num.*29. Sanchez *d. lib.*6. *c.*16. *num.*11. Soar. *de Relig. tom.*4. *lib.*1. *cap.*10. *num.*6. & 7. Bonacin. *d. tract. de clauſura, q.*4. *puncto* 1. *num.*1.

*μ Cuiuſcunque generis, aut conditionis.* ] Reges igitur, Re- 47.
ginas, Imperatores, Imperatrices, aliaſque cuiuſcunque dignitatis perſonas non poſſe monaſteria Monialium ingredi probabiliter dici poſſe cenſet Bonacina *d. puncto* 1. *num.*4.

Contra Fr. Emman. *tom.*1. *q.*48. *art.*1. & Sanchez *d. cap.*16. *num.*3. exiſtimantes Regibus, Reginis, Imperatori, & Imperatrici filijs, ac filiabus, eorum interdictum non eſſe ingreſſum in monaſteria Monialium.

*ν Sexus.* ] Fœminas non poſſe monaſteria Monialium 48.
ſine licentia ingredi, reſoluit Bonacin. *d. tract. de clauſura, quæſt.*4. *puncto* 1. *num.*3. & monaſteria Monialium ingredi deinceps non permittitur mulieribus ſecularibus, ne quidem fundatricibus, aut donatricibus ad breue, vel ad longum tempus, etiamſi à Sede Apoſtolica ſpecialiter hoc eis eſſet indultum, cùm Pauli V. Conſtitutione de anno 1612. edita, id fuerit in genere reuocatum, vt per Sel. *d. cap.*8. *num.*30.

Non incurrere excommunicationem in hoc cap. 49.
comminatam, quę abſque vlla Superioris licentia monaſterium ingreditur animo habitus Regularis aſſumendi, & profitendi, reſoluit Sanchez *d. lib.*6. *cap.*16. *num.*74.

Vtrùm autem interdictus ſit hic ingreſſus Moniali ex legitima licentia egreſſæ à ſuo, vt transferatur in aliud monaſterium, vide Llam. *in methodo curat. in append.* §.11. *ad fin.* Sanchez *d. cap.*16. *num.*9. & 10. Bonacina *d. puncto* 1. *num.*3.

Mulieres, quæ ſunt in diſcordia cum maritis, & eorum 50.
ſæuitiam timet, ſi extra culpam ſunt, quādiu iuſtam cauſam timendi habuerint, debere, ſi ſunt in monaſterijs, tolerari, in poſterum verò huiuſmodi mulieres non debere recipi, referunt deciſum Zerol. *p.*1. *verb. moniales,* §.12. Campan. *d. c.*16. *num.*30. Fr. Emman. *in collect. priuileg. tom.*2. *pag.*521. Ego ipſe *d. alleg.*102. *num.*66. *in med.* me citato Bonacina *d. quæſt.*4. *punct.*3. *nu.*17. Stephan. VVeyms *d. conſtit.*15. *num.*34. *pag.*155.

Si mulier aliqua venerit in ſuſpicionem marito, quòd 51.
timet ne ab eo aliqua vis ei inferatur, debere permitti,

vt poſſit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vt poſſit ingredi monaſterium Monialium, ſi modò cõſtitutiones monaſterij non repugnant, & accedat conſenſus ſuperiorum Abbatiſſæ, & Monialium, & cauſa ceſſante ingreſſus debere inde exire, & ſi ſemel exierit nunquam poſtea in idem monaſterium ingredi poſſe; & teneri ad clauſuram, ſicut alias Moniales ſine ancillis, &c. referunt deciſum Zerol. *d. verb. Moniales*, §.12. Fr. Ioannes à Cruce *d. cap. 5. dub. 2. concluſ. 3. in fine*, Campan. *loco proximè citato*, Ego ipſe *d. num. 66. in fine*.

52. Mulieres nuptas in monaſterijs Monialium recipi non debere aſſerit Lodou. Mirand. *de ſacris monialib. q. 2. art. 6. concluſ. vnic.* vbi refert reiectam fuiſſe à ſacra Congregatione petitionem cuiuſdam Comitiſſæ, quæ propter quandam infirmitatem à ſuo marito volebat ſeparari, & cum tribus filiabus ingredi quoddam Monialium monaſterium, refero Ego ipſe *d. nu. 66. in fin.* Et ſi fuerint intra ſepta monaſterij ſine licentia Sedis Apoſt. ſunt expellendæ, ſecundùm Stephan. VVeyms *d. conſtit. 15. num. 34. in princ. pag. 155.*

53. Viduas, quæ viris mortuis honeſtatis cauſa ſe contulerunt in monaſterium, modò ſint bonæ exiſtimationis, & famæ, legibuſque Monialium pareant, tolerari debere; de cætero tamen nullas huiuſmodi viduas recipere debere, niſi Moniales fieri vellent, deciſum referunt Ludou. Miranda *d. art. 6. concluſ. vnic.* Campan. *d. cap. 16. nu. 30. verſ. & reſpectu, & num. 31. verſ. tandem*, Lezana *d. c. 25. nu. 28. & 30.* Tambur. *d. diſp. 24. q. 14. num. 3.* Nouar. *verb. educatio, num. 13.* Ego ipſe *d. alleg. 102. num. 67.* & me citato *in illo loco* Homobon. de Bonis *in examine eccleſ. tract. 9. quæſt. 31. in fine*, reſoluentes etiam non poſſe Epiſcopum dare licentiam viduæ ingredi volenti, ac in habitu laicali permanere, etiam ſi toto tempore vitæ ſuæ illic degere, nec ampliùs inde exire vellet. vide Stephan. VVeyms *d. conſtit. 15. num. 32. & 33. pag. 155.*

54. Non poſſe præſtari matribus licentiam ingrediendi monaſteria Monialium, etiam ad inuiſendas filias morti proximas, referunt deciſum Zerol. *p. 1. verb. Moniales*, §.8. *verſ. ſecundò*, Quarant. *d. verb. monaſteria Monialium, verſ. ſed an liceat, pag. mihi 453.* Fr. Ioan. à Cruce *d. c. 5. dub. 2. concluſ. 3. not. 3.* Fr. Emman. *tom. 1. q. 46. art. 11.* Fr. Ludou. Miranda *de ſacris monialib. q. 2. art. 8.* Ego ipſe *d. alleg. 102. nu. 68.* Lezana *d. cap. 25. num. 31.* Tambur. *d. diſp. 24. quæſt. 17.*

55. ξ *Vel ætatis fuerit.* ] Infantes diſcretione carentes admitti poſſe ad clauſtra Monialium, nec illas eos admittentes incurrere aliquam excommunicationem, cùm nec ipſi ad peccandum incitare poſſint, reſoluunt Nauarr. *commento 4. de Regular. num. 59.* Henriq. *in ſum. lib. 13. c. 42. §. 3. in commento lit. S.* Gambar. *de caſib. reſeru. cap. 15. caſ. 6. num. 37. fol. 147.* Sorb. *verb. ingreſſus num. 2.* Llam. *in methodo curat. in append.* §.8. Corduba *q. 69.* Azor. *d. lib. 13. cap. 8. q. 5.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſiaſt. deciſ. 648. in 1. edit.* aliàs *reſol. 544. num. 6. in 2. edit.* Ludou. Miranda *d. q. 2. art. 1. concl. 1.* Fr. Emman. *tom. 1. q. 46. art. 1.* Soar. *de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 10. num. 2.* Sanch. *d. lib. 6. cap. 16. ex nu. 8.* Ego ipſe *d. alleg. 102. num. 32.* Granado *in 1. 2. D. Thomæ controu. 7. tract. 3. p. 1. diſp. 6. ſect. 5.* Hieron. Roderic. *in compendio q. Regul. reſol. 26. num. 7.* Diana *moral. reſolut. part. 3. tract. 2. reſolut. 67. verſ. nota tertiò.* Lezana *in ſumm. q. Regul. cap. 25. num. 24.* Tamburin. *de iure Abbatiſſar. diſp. 22. q. 4.* & me citato Bonacin. *d. tract. de clauſura quæſt. 4. puncto 1. nu. 5.* aduertentes Concilium in præſenti excludens omnes cuiuuis ætatis, loqui de habentibus vſum rationis, & de illis, qui ad peccandum mouere poſſunt, vt ſunt fatui, qui licèt intrando non peccent, peccant tamen Moniales eos admittentes. Contra Comitul. *reſponſ. moral. lib. 6. q. 19. nu. 6. & q. 22.* exiſtimantem Moniales puerum, puellamve infantem intra monaſterij ſepta recipientes, eſſe excommunicatas, quem ſequitur Sel. *d. cap. 18. num. 18.* referens ſacram Congregationem Epiſcoporum ſic cenſuiſſe *in Cremen. 12. Februarij* 1585.

56. Pueros igitur ſeptennes præſumendos vſum rationis adeptos, ac proinde comprehendi ſub hac prohibitione, ſecus ſi nondum ſeptennes, tenent Sanch. *d. c. 16. num. 7.* Bonacin. *d. punct. 1. num. 6.*

57. ο *Sine Epiſcopi.* ] Epiſcopum, aut eius Vicarium generalem ſpeciale mandatum habẽtem in monaſterijs ſibi ſubiectis auctoritate ordinaria, in alijs verò Summo Pontif. ſubiectis delegata auctoritate poſſe concedere facultatem ingrediendi Monialium monaſteria, referunt deciſ. Armend. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religion. num. 109.* Bonacin. *d. quæſt. 4. puncto 2. num. 2.* Tambur. *diſput. 23. q. 1. num. 3. & quæſt. 2. num. 1.* Nouar. *in lucerna Regul. verb. licentia, num. 3.* Ego ipſe *d. allegat. 102. num. 38.*

58. Prouiſorem à Capitulo nominatum poſſe in monaſterijs ſibi ſubiectis huiuſmodi licentiam, concedere, tenet Fr. Ioan. à Cruce *d. cap. 5. dub. 2. concluſ. 3. num. 1.* quem refero Ego ipſe *d. allegat. 102. num. 38. in fine.*

59. Præfectam Monialium poſſe huiuſmodi licentiam concedere in caſibus repentinis, ſi Epiſcopus longè abſit, tradunt Fr. Emman. *tom. 1. q. 46. art. 2. in fine*, Campan. *d. cap. 16. num. 20.*

60. π *Vel Superioris.* ] Facultatem ingrediendi monaſteria Monialium Regularibus ſubiecta pertinere ad earum ſuperiores Regulares, quorum eſt Monialibus clauſuram indicere, non verò ad Epiſcopos, tenent Nauarr. *d. commento 4. num. 60.* Llam. *in method. curat. in append.* §. 5. & 6. Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 1. lib. 4. cap. 23. num. 6.* Azor. *p. 1. lib. 13. c. 8. q. 7.* Fr. Emman. *tom. 1. q. 46. art. 2.* Ludou. Miranda *d. q. 2. art. 2.* Campan. *d. rubr. 12. cap. 16. num. 31.* Sanch. *d. lib. 7. cap. 16. num. 13.* Soar. *tom. 4. de Relig. tract. 1. lib. 1. cap. 10. num. 12.* Laurent. de Peirinis *in conſtit. ſui Ordinis Minim. tom. 2. conſtit. 6. Pij V. num. 29. & in formul. lit. M. cap. 3. num. 3.* Lezana *d. cap. 25. num. 25.* Tambur. *diſp. 23. q. 1. nu. 6.* Andr. Victorel. *de origine & clauſ. Monial. pag. 31.* Ego ipſe *d. alleg. 102. num. 40. & 41.* me citato Bonacina *d. quæſt. 4. puncto 2. num. 3.*

Contra Læl. Zech. *de Republ. eccleſiaſt. tit. de Regularib. cap. 3. num. 5.* & Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. Moniales*, §. 8. *verſ. quartò*, exiſtimantes Epiſcopum poſſe hanc facultatem concedere in monaſterijs, quæ Regularibus ſubiecta ſunt.

61. Vnde ſub decreto Concilij in præſenti includi Epiſcopos ingredientes Monialium monaſteria ſibi non ſubdita, ſine ſuperioris licentia in ſcriptis, reſoluunt Nauarr. *d. nu. 39. ad med. verſ. quartus*, Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 393. num. 5. & 20.* Ego ipſe *d. allegat. 102. num. 42.* Tambur. *de iure Abbatiſſ. diſp. 24. quæſt. 9. nu. 1. verſ. & ſignanter.* Et ideo Epiſcopi extra propriam, & in aliena diœceſi commorantes non poſſunt accedere, nec ingredi Monialium ſepta ſine licentia Epiſcopi prohibentis ne quis accedat ad monaſterium Monialium, vt per Aldan. *in compend. Canonic. reſolut. lib. 3. tit. 25. num. 8.* vbi teſtatur ſic reſolutum *in Ianuen. 10. Maij* 1631.

62. Si auctoritate Pontificia monaſterium cuidam ſoli peculiari Prælato conuentuali ſubiectum eſſet, non poſſe Generalem, aut Prouincialem licentiam ingreſſus in id monaſterium concedere, quod nullam iuriſdictionem in illud habeant, at poſſe dum viſitant inquirere, an Prælatus ille iuſtè vſus fuerit hac facultate, tradunt Fr. Emman. *tom. 1. quæſt. 47. artic. 5.* Bonacin. *d. tract. de clauſura q. 4. puncto 2. num. 4.* Sanch. *d. cap. 16. num. 16.* vbi ſubdit propter eandem rationem idem dicendum eſſe de Epiſcopo, reſpectu clerici ſecularis, cui ſoli monaſterium illud ſubderetur.

63. Abbatiſſam non poſſe facultatem ingrediendi monaſterium concedere, tenent Nauarr. *commento 4. de Regularib. num. 59. verſ. tertiò*, Azor. *part. 1 lib. 13. cap. 8. q. 6.* Fr. Emman. *tom. 1. quæſt. 46. art. 2. verſ. obſerua*, Sanch. *d. lib. 6. c. 16. num. 22.* Bonacin. *d. quæſt. 4. puncto 2. num. 5.*

64. Superiorem tamen iuſtè poſſe licentiam generalem concedere Abbatiſſis, aut Confeſſarijs, concedendæ huius ingreſſus facultatis in caſibus frequenter occurrentibus, ne paſſim Epiſcopus, ſeu Prælatus Regularis, qui non tam præ manibus habentur, adiri debeant, tenent Fr. Emman. *d. q. 46. artic. 2. propè fin.* plures apud Sanch. *d. c. 16. num. 23.* Bonacin. *d. puncto 2. nu. 5. verſ. hoc tamen.* Contra Soar. *de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 10. num. 14.*

65. Fratribus Minoribus interdictum eſſe in ſua regula ingreſſum abſque ſpeciali Summi Pontificis licentia ad monaſteria Monialium, aduertunt Fr. Emman. *d. quæſt. 46. art. 3. in princ.* Sanch. *d. cap. 16. num. 17. & 18.* Ludou. Miranda

randa *de ſacris monialib. quæſt. 2. art. 3. concluſ. 1.* Bonacin. *d. puncto 2. num. 7.* hinc inferentes Cardinalem Epiſcopum, aut alium habentem priuilegium ingrediendi monaſteria Monialium cum ſocijs, quos ſecum aſſumere voluerit, non poſſe Fratres Minores eligere; excipiunt tamen Fratres Minores rogatos à Prælatis curam Monialium habentibus, vt ſibi opem in eo miniſterio ferant.

66. Ad ingreſſum etiam in ſanctæ Claræ, & Conceptionis monaſteria Ordini Minorum ſubiecta præter caſus in earum Monialium regula exceptos, exigi Sedis Apoſtolicæ licentiam, tenent Ludou. Mirand. *d. quæſt. 2. art. 3.* Sanch. *d. cap. 16. num. 20.* Bonacin. *d. puncto 2. num. 6.*

67. *p Licentia.* ] Debere eſſe ſpecialem, & non ſufficere generalem, tenent Sanch. *d. lib. 6. cap. 16. num. 28.* Mirand. *de ſacris monialib. q. 2. art. 2. ad fin.* Bonacin. *d. quæſt. 4. puncto 3. num. 1.*

68. Et primo actu finiri reſoluunt Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſiaſt. reſolut. 545. in 2. edit.* Sbroz *de offic vicar. lib. 2. q. 211.* Salas *de legib. diſp. 17. ſect. 13. num. 62.* Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 23. q. 3.* Vgolin. *de offic. Epiſcopi part. 1. cap. 21. §. 3.* Salas *de legib. diſp. 17. ſect. 13. num. 62.* Diana *moral. reſol. tract. 2. de dub. Regul. reſol. 38.* Tambur. *de iure Abbatiſſ. diſp. 26. q. 1. num. 2.* Ego ipſe *d. alleg. 102. num. 59.* Contra Bonacin. *dict. puncto 3. num. 8.*

69. Et exter.di ad ſocium obtinentis, obſeruant Fr. Emman *tom. 3. q. 6. art. 2.* Galet. *in margarita caſuum conſcientię, verb. licentia 2.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſiaſt. deciſ. 649. in 1. edit.* alias *reſolut. 632. in 2. edit.*

70. *σ In ſcriptis obtenta.* ] Licentiam autem iſtam ingrediendi inſcriptis obtineri voluit Tridentina Synodus, vt maturiorem haberet Superioris ſcribentis deliberationem, & quoad ingredientem certiorem datæ licentiæ probationem, vt aduertit Stephan. VVeyms *d. conſtit. 15. num. 25. pag. 152.* Victorel. *de origine & clauſura Monialium, §. an ad eiuſdam culpam,* Tambur. *de iure Abbatiſſar. diſp. 20. quæſt. 6.* Ego ipſe *d. alleg. 102. num. 28. verſ. vtrùm hæc licentia, & num. 57. in fine,* ſecundùm nouiſſim. Lugdun. impreſſ. Diana *moral. reſolut. p. 3. tract. 2. reſolut. 129.* Nullatenus igitur ſufficere tacitam Superioris licentiam, quæ ex ſcientia, & patientia eorum facilè contradicere potentium colligitur, nec oretenus, & verbis expreſſis conceſſam aſſerunt Confert. *in priuileg. Mendic. tit. 20. cap. 6.* Sanchez *d. cap. 16. num. 29. cum ſeqq.* Bonacina *d. puncto 3. num. 2.*

71. Vnde hanc licentiæ ſolemnitatem, vt in ſcriptis concedenda ſit, ita obligare, vt lethalis culpa ſit eam omittere, pœnaque contra ingredientes ſine licentia impoſita incurratur, etiamſi cauſa ingreſſus legitima ſit, atque à legitimo Superiore oretenus conceſſa, reſoluunt Sanchez *dict. cap. 16. num. 31.* Bonacina *d. puncto 3. num. 3.*

Contra Ludou. Miranda *de ſacris Monialibus, q. 3. art. 2. ad fin.* & alios exiſtimantes ſcripturam neceſſariam non eſſe quando cauſa ingreſſus clara eſt.

72. Si repentina ſuperueniat neceſſitas, quæ aditum ad Superiorem non permittat, licitum videri ad monaſteria ingreſſum ſine licentia in ſcriptis obtenta, quia hic caſus per epijKeiam exceptus videtur, alioquin repentinæ neceſſitati conſultum non eſſet, aſſerunt Nauarr. *commento 4. de Regularib. num. 60. verſ. quartò,* Azor. *part. 1. lib. 13. cap. 8. quæſt. 8.* Fr. Emanuel. *tom. 1. quæſt. 46. art. 2. ad fin.* Sanchez *d. c. 16. num. 34.* Bonacina *d. quæſt. 4. puncto 3. num. 2. verſ. dixi,* qui duo vltimo loco citati addunt in caſu repentinæ neceſſitatis, quæ aditum ad Superiorem non permittit, pro obtinenda vllo modo licentia, prædictam licentiam ab Abbatiſſa petendam eſſe, ſi tempus vacet ad illam petendam.

73. *τ Sub excommunicationis pœna,* &c. ] Ingredientes clauſtra Monialium, ſine licentia Epiſcopi, vel ſuperioris, vt ſuprà, in ſcriptis obtenta pœnam excommunicationis incurrere per hunc text. tenent Bonacin. *d. tract. de clauſur. quæſt. 4. puncto 5. num. 1.* vbi *num. 2. verſ. obſerua,* ſubdit huiuſmodi excommunicationem in hoc cap. comminatam non eſſe reſeruatam, additque præſumentes ingredi monaſteria Monialium prætextu facultatum à Summo Pontifice, Legato, Epiſcopo, vel alijs conceſſarum ante Motum proprium Gregor. XIII. incip. *Vbi gratia,* incurrere ipſo facto excommunicationis pœnam, à qua niſi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, abſolutionis beneficium obtineri nequeat.

74. Qua quidem reſeruata excommunicatione non comprehendi, niſi intrantes ex præſumptione, & prætextu licentiarum ab Epiſcopis, vel Superioribus conceſſarum ſine ſufficienti ratione, & cauſa, vel à Summis Pontificibus iam reuocatarum; intrantes verò ſine tali facultate incurrere tantùm cenſuram comminatam in hoc cap. quæ cùm non ſit reſeruata, aboleri poſſe ab Epiſcopo, ex *cap. nuper, de ſent. excomm.* tenent Llam. *in method. curat. in append. §. 13.* Soar. *de cenſur. tom. 5. diſp. 22. ſect. 6. ſub num. 11.* Fr. Emman. *tom. 1. quæſt. 48. art. 2.* Sayr. *de cenſur. lib. 3. cap. 31. num. 10.* Zerol. *p. 1. verb. Moniales, §. 8.* Ludou. Miranda *de ſacris Monialib. q. 2. art. 12. concl. 1. & 2.* Campan. *d. rub. 12. cap. 16. num. 24.* Ego ipſe *d. alleg. 102. num. 34.* me citato Bonacin. *d. quæſt. 4. puncto 5. num. 4.*

Contra Nauarr. *in man. c. 27. num. 105. excom. 61. & commento 4. de Regular. ſub num. 62. verſic. quarto,* Quarant. *verb. monaſteria Monialium, verſ. amplia dictam conſtit.* Azor. *d. lib. 13. cap. 8. quæſt. vlt.* Ludouic. Beia *reſponſ. caſuum conſcient. part. 1. caſu 3.* Coriolan. *de caſibus reſeru. part. 2. caſ. 3. num. 40.* exiſtimantes ſub dicta excommunicatione reſeruata comprehendi etiam intrantes ſepta monaſterij non habentes licentiam.

75. Reſeruata excommunicatione non affici illum, qui facultatem ingrediendi habet, ſed non ingreditur prætextu facultatis, perinde ſe gerens, ac ſi illam non haberet, reſoluunt Nauarr. *d. commento 4. num. 62. notab. 4.* Sanchez *d. cap. 16. num. 80.* Bonacin. *d. quæſt. 4. puncto 5. num. 5.* vbi *num. 6.* ſubdit ingredientem prætextu facultatis inualidè conceſſæ non affici, reſeruata illa excommunicatione Gregorij XIII. ſed Concilij Tridentini *in præſenti,* & *num. 7.* addit eum qui tempore ingreſſus confingeret ſe habere aliquam facultatem ingrediendi clauſtra Monialium, obtentam poſt præfatum Gregorij XIII. Motum, non affici reſeruata illius excommunicatione, ſed Concil. Trident. & *num. 8.* ſubijcit, quòd ingrediens Monialium cœnobia, prætextu facultatum, putans ſibi licitum eſſe ingreſſum, non incidere in excommunicationem reſeruatam.

76. De cenſuris, & pœnis contra eos, aliquem in monaſteria Monialium ingredi faciunt, permittunt, vel admittunt, vide Fr. Emman. *tom. 1. quæſt. 47. art. 3.* Fr. Ludou. Miranda *de ſacris Monialib. quæſt. 2. art. 12. concluſ. 3.* Sanchez *dict. cap. 16. num. 83. cum ſeqq.* Bonacina *dict. quæſtione 4. puncto 6.*

77. *υ Dare autem tantùm Epiſcopus, vel Superior licentiam,* &c. ] Licentiam ingrediendi Monialium monaſteria dare tantùm poteſt Epiſcopus, in monaſterijs ſcilicet ſibi ſubiectis, vt tenent citati ſuprà *à num. 65.* Nauar. *in cap. ſtatuimus 19. q. 3. num. 60.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 1. q. 46. art. 2.* nam in non ſibi ſubiectis ſuperior illorum debet licentiam concedere, vt ex Sanchez reſoluit Ioan. Sanci. *in ſelect. diſp. 50. num 25. verſ. deinde,* vbi aduertit quòd licèt Concilium in pręſenti dicat hanc licentiam dandam fore tantùm ab Epiſcopo, praxis quotidiana teſtatur illam poſſe Epiſcopum committere Vicario, qui cauſam ingrediendi examinat, & ſi ſufficientem eſſe repererit, licentiam præſtet, & citat Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. c. 16. num. 14.* Fr. Emman. *d. art. 2.* & alios. De licentia ad exeundum vide ſuprà *num. 45.* Epiſcopos, & Superiores Prælatos, viſitationis gratia, ſeu alterius rei neceſſariè poſſe ingredi Monialium monaſteria ſibi ſubiecta, dummodo intrent pro tam vrgenti neceſſitate, pro quanta ipſi ad intrandum licentiam poſſint dare alijs, tradunt Nauarr. *conſ. 9. incip. An Epiſcopus, de ſtatu Monachor. in nouis,* Hieron. Llam. *in methodo curat. in append. §. 7.* Fr. Emman. *tom. 1. q. 45. art. 5. in princ.* Azor. *d. lib. 13. cap. 8. q. 9.* Sanch. *d. lib. 6. c. 16. num. 25.* Ludou. Miranda *d. q. 2. art. 14. concluſ. 1. & 2.* Steph. VVeyms *d. conſtit. 15. num. 24. pag. 152.* Ego ipſe *d. alleg. 102. num. 43.* & colligitur ex *d. Conſtit.* incip. *Dubijs,* Gregorij XIII. vbi imponuntur pœnæ contra Pręlatos omnes, tã ſeculares, quàm Regulares, abſque neceſſitate monaſteria ſibi ſubiecta ingrediẽtes, de quibus agunt Aloyſ. Ricc. *in d. praxi fori eccleſ. reſolut. 544. n. 3. in 2. edit.* Sanch. *d. c. 16. ex n. 98.* Bonac. *d. punct. 4. nu. 11. cum ſeqq.*

78. *In caſibus neceſſarijs.* ] Facultatem ingrediendi clau-
ſtra Monialium concedi non poſſe, niſi ob cauſam ne-
ceſſitatis monaſterij, ſeu Monialium manifeſtam, cui ali-
ter commodè occurri non poſſit, quàm ingreſſu extra-
neorum in monaſterium, tenet Bonacina *d. quæſt. 4. puncto
4. num. 1.*

79. Illum, qui licentiam ingrediendi cœnobia Monialium
obtinuit ex cauſa, quæ ſuberat tempore conceſſionis li-
centiæ, ſed tempore ingreſſus ceſſauit, non eſſe tutum in
conſcientia ingrediendo, reſoluit Bonacina *d. puncto 4. nu.
19.* vbi *num. 20.* tenet eum, qui licentiam obtinuit ex cau-
ſa, quam falsò narrauit ſuperiori, non poſſe licitè ingredi
ſi tempore ingreſſus iuſta cauſa ſuperueniat, & *num. 21.*
ſubdit non eſſe licitum ingreſſum ſi ſuperior conſcius
erat nullitatis cauſæ, & nihilominus licentiam concede-
re voluit.

80. Obtinentes licentiam ingrediendi ex cauſa ſi ingre-
diantur pro libito & ſine neceſſaria cauſa, adhuc incurre-
re ipſo facto excommunicationem Papæ reſeruatam
per d. conſtit. Gregorij XIII. incip. *Vbi gratiæ*, obſeruant
Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. cap. 3. num. 55.* Galet. *in margarita
caſuum conſcient. verb. Monialis, pag. mihi* 174.

81. Neceſſitatem, de qua Concilium *in præcitatis verbis*, &
Gregor. XIII. *in d. Conſtit.* incip. *Vbi gratiæ*, loquuntur,
non eſſe accipiendam phyſicè pro ſtrictiſſima neceſſita-
te, ſed moraliter, tradunt Fr. Emman. *d. q. 46. art. 4.* Ludo-
uic. Miranda *d. q. 2. art. 4. concl. 2.* Campan. *d. rubr. 12. c. 16.
num. 25.* Sanch. *d. c. 16. num. 40.* Ego ipſe *d. alleg. 102. num. 48.*
me citato Bonacin. *d. punct. 4. num. 2.* obſeruantes mino-
rem cauſam requiri in concedenda licentia fœminis,
quàm viris, matri, aut ſorori, quàm alijs, & minorem
cauſam ſufficere ad ingrediendum in loca ſtatim poſt
clauſuræ ianuam exiſtentia, quàm ad loca interiora.

82. I. Iuſtam cauſam Confeſſario ſubeſſe, dum alicuius
Monialis confeſſionem ex præcepto regulæ, vel ex pecu-
liari ipſius deuotione, aut conſolatione excepturus eſt,
quam commodè ad feneſtellam audire non poteſt, vt ſi
Monialis ſit ſurda, aut ob infirmitatem decumbat in le-
cto, tradunt Fr. Emman. *tom. 1. quæſt. 47. art. 4.* Ludou. Mi-
randa *d. quæſt. 2. art. 7.* Sanch. *d. cap. 16. num. 45.* Ego ipſe *d.
allegat. 102. num. 49.* me citato Bonacin. *d. quæſt. 4. punct. 4.
num. 4.* Addit Sanch. *eod. cap. 16. num 46.* Sacerdotem Re-
ligioſum ſemper poſſe dum monaſterium ingreditur cũ
vno ſocio ingredi, & *num. 47.* ſubdit, in ijs caſibus, in qui-
bus, Sacerdos cum ſocio, cuius opera indiget, ingredi po-
teſt, neceſſariam non eſſe peculiarem pro ſocio licen-
tiam, ſed ſufficere licentiam ipſi Sacerdoti explicitè con-
ceſſam. Et probabile eſt Confeſſarium poſſe intrare
clauſuram non ſolùm quando regula confiteri præcipit,
ſed etiam quoties infirma dixerit ſe indigere Sacramen-
to Pœnitentiæ, Portel. *in dub. Regul. verb. clauſura Monia-
lium, num. 9.* Villalob. *in ſumm. tom. 2. tract. 35. diffic. 47. num. 4.*
Diana *p. 4. tract. 2. reſol. 67. verſ. notandum.*

83. II. Medicum cauſa grauis infirmitatis cùm neceſſi-
tas exegerit poſſe ingredi; dummodo non abſque duo-
bus ſocijs de familia monaſterij introducatur, nec ab in-
uicem intra monaſterium ſeparentur, aſſerunt Campan.
*d. c. 16. nu. 27. verſ. & cùm in ſecunda.* Tamburin. *d. diſp. 24. q.
6.* Ludou. Miranda *d. q. 2. art. 7. concl. vnic. verſ. quintus caſus,*
Ego ipſe *d. allegat. 102. num. 52. & 53.* vbi obſeruò minimè
requiri, quòd ſit Doctor, aut graduatus, & *num. 54.* idem
dico de minutore, ſiue tonſore, dummodo antea Medi-
cus ſanguinis emiſſionem determinauerit expedire, &
neceſſarium eſſe, & quòd hæc licentia Medicis, Chirur-
gicis, & operarijs concedi ſolita ſingulis quibuſque tri-
meſtribus renouari debeat, reſoluit Sel. *in ſelect. canon. cap.
18. num. 28.* aſſerens ſic fuiſſe decifum per S. Congregat.
Regul. *in Camerinen. 27. Martij* 1588.

84. III. Licitum eſſe ſuperiori cum decenti comitatu à
Gregorio XIII. præſcripto *in d. Conſtit.* incip. *Vbi gratiæ*, in-
greſſum cauſa viſitandi officinas, Conuentus cellas Mo-
nialium, ſeu dormitorium, ſupellectilem, ædificium con-
ſtruendum, aut minans ruinam, dicunt Llam. *in d. append.
§. 7.* Sanch. *d. cap. 16. num. 54.* Ludouic. Miranda *d. quæſt. 2.
art. 14.* Ego ipſe *d. allegat. 102. num. 6.* me citato Bonacin. *d.
puncto 4. num. 6.*

IV. Licitum eſſe introire pro aliquo opere exercen- 85.
do, quod commodè extra monaſterium fieri non poteſt,
veluti ſi ſint fabricatores, fabri lignarij, molitores, putea-
rij, & putatores, & alij artifices ad res neceſſarias, tra-
dunt Llam. *in d. append. §. 6.* Ludouic. Miranda *d. concluſ.
vnic. verſ. ſeptimus caſus eſt.* Campan. *d. cap. 16. num. 26.* Ego
ipſe *dicta allegat. 102. num. 54.*

V. Baiulos iuſtam ingreſſus cauſam habere, dum ali- 86.
quod onus in monaſterium deferendum eſt, quod à Mo-
nialibus commodè portari nequit, tenent Llam. *in d. ap-
pend. §. 6.* Ludouic. Miranda *d. quæſt. 2. art. 17. ſub fin.* Sanch.
*d. c. 16. num. 16.* Bonacin. *d. puncto 4. num. 8.* vbi intelligit mo-
dò baiuli aliquid portent in vtilitatem monaſterij. Tam-
bur. *d. diſp. 24. quæſt. 6. num. 6. & quæſt. 7.*

VI. Licitum eſſe ſuperiori ingreſſum in monaſterium 87.
ad electionem Abbatiſſæ, quoties magna ſubornationis
ſuſpicio eſt, ſeu quoties electio canonicè fieri non po-
teſt, niſi ipſe in Monaſterium ingrediatur, reſoluunt Na-
uarr. *d. commento 4. num. 59.* Fr. Emman. *tom. 1. quæſt. 46. art. 5.
ad fin.* Ludouic. Miranda *d. tract. de ſacris monialibus, quæſt. 2.
artic. 15. concluſ. 3.* Sanch. *d. lib. 6. cap. 16. num. 50.* Ego ipſe
*d. allegat. 102. num. 46.* me citato Bonacin. *d. puncto 4. num. 7.*
Conſecratio autem, & benedictio Monialium fieri po-
teſt in Eccleſia exteriori; Monialibus illis tantummodo
adhibitis, quæ erunt neceſſariæ, Sel. *in ſelectis canon. c. 12.
nu. 25.* vbi refert deciſum *in Hieracen. 27. Iunij* 1627.

VII. Intra monaſterium licitè intromitti poſſe fœ- 88.
minas in obſequium & famulatum Monialium, dummo-
do ſint honeſtæ vitæ, & è monaſterio non egrediantur,
atteſtantur Fr. Emman. *tom. 1. quæſt. 47. artic. 7. & 8.* Cam-
pan. *d. rubr. 12. c. 16. num. 28.* Sanch. *d. c. 16. num. 66.* Ludouic.
Miranda *d. quæſt. 2. art. 5. concl. 2. & art. 9.* Soar. *de Relig. tom.
4. lib. 1. cap. 10. num. 20.* Ego ipſe *d. allegat. 102. num. 61.* & me
citato Bonacin. *dict. puncto 4. num. 10.* multipliciter decla-
rantes.

Collectori Portugaliæ licet licentiam concedere Mo- 89.
nialibus introducendi mulieres in monaſterio pro ea-
rum ſeruitio, ita Sel. *d. cap. 18. num. 25.* atteſtans ſic deci-
diſſe ſacram Congregationem Epiſcoporum *in Vlixbo-
nen. 31. Ianuarij* 1615.

Ancillæ laicæ non dantur in communi Monialibus S. 90.
Claræ, ex eodem Sel. *d. loco*, vbi refert ſic reſolutum per
eandem S. Congregat. *in Tarentina 12. Aprilis, & in Fogli-
gnen. 22. Nouembris* 1619.

Ancilla non datur pro educandis, ex eod. Sel. *d. cap. 18.
num. 29.* vbi dicit deciſum ab eadem ſacra Congregat. *in 91.
Neapolitana 12. Martij* 1619.

VIII. Licitum eſſe puellarum ingreſſum in mona- 92.
ſterium Monalium educationis gratia, tradũt Quarant.
*d. verb. monaſteria Monialium, pag. mihi* 449. Zerol. *part. 1.
verb. Moniales, §. 10.* Piaſec. *in ſimili praxi Epiſcop. part. 2.
cap. 3. nu. 57.* Campan. *d. cap. 16. nu 28. verſ. ſecundus,* Azor.
*d. lib. 13. c. 8. quæſ. 4.* Fr. Ioan. à Cruce *d. cap. 5. dub. 2. prope fin.*
Fr. Emman. *tom. 1. quæſt. 46. art. 10.* Ludouic. Miranda *dict.
quæſt. 2. artic. 6.* Sanch. *d. lib. 6. cap. 16. ex num. 61.* Soar. *de
Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 10. num. 21.* Ego ipſe *d. allegat. 102.
num. 62.* me citato Bonacin. *d. puncto 4. num. 15.* Marcel.
Vulpe *in d. praxi iudic. fori Eccleſ. cap. 4. num. 16.* Gauant.
*in man. Epiſcop. verb. Monialium educatio*, Lezana *in ſumm.
quæſt. Regul. cap. 25. num. 29.* Andr. Victorel. *de origine &
clauſura Monial. §. de puellis ſecular. pag. 42.* Tamburin. *de
iure Abbatiſſ. diſput. 1. quæſt. 1. num. 2. cum ſeqq.* & in eodem
monaſterio pluſquam duæ ſorores educationis cauſa
permitti poſſunt, Sel. *d. cap. 12. num. 45.* vbi ita refert de-
ciſum in S. Congregat. Epiſcop. & Regularium.

Et huiuſmodi puellas cauſa educationis in monaſte- 93.
rijs recipi non poſſe minores ſeptennio, & maiores vige-
ſimoquinto, referunt deciſum Zerol. *p. 1. verb. Moniales
§. 11.* Galet. *in margarita caſuum cõſcientiæ verb. Monialis 5.*
Aloyſ. Ricc. *in praxi rerũ fori Eccleſ. reſol. 641. in 2. edit.* Ego
ipſe *d. allegat. 102. num. 64.* Stephan. VVeyms *d. conſtit. 15.
num. 30.* Lezana *d. cap. 25. num. 29.*

Poſtquam verò præterijt tempus vigintiquinque an- 94.
norum, intra quod illic morari cõceditur ex cauſa edu-
cationis, ſi ſtatim puella non egrediatur, nec ipſam, nec
quamuis aliam excommunicationem, aut cenſuram in-
currere,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

currere, ſed poſſe Epiſcopum terminum conſtituere, intra quem eligat puella vtrùm velit Monialis fieri, aut à monaſterio egredi, deciſum referunt Franc.Leo *in theſauro fori Eccleſ.part.2.cap.16.num.54.*Campan.*d.c.16.num.29.*Ego ipſe *d.allegat.102.num.65.*me citato Bonacin.*dict.puncto 4. num.16.* Tamburin.*d.diſput.1. quæſt.2. num.9.*Nouar.*in Lucerna Reg.verb.educatio 9.*

95. Conditiones autem neceſſarias ad puellas in monaſterio Monialium educationis gratia collocandas referunt Quarant.Fr.Ioan.à Cruce, & Piaſec. *locis proximè citatis*, Fuſc.*de viſitat.lib.2.cap.18.num.28.cum ſeqq.*Bonacin.*d. num.19.* Ego ipſe *d.allegat.102.num.63.* Tamburin. *d.diſput.1.q.2.*

Prima eſt, vt monaſterium conſueuerit huiuſmodi puellas recipere. Secunda, vt non ſint ſupra numerum præfixum. Tertia, vt adſit conſenſus Abbatiſſæ,& aliarum Monialium, & ſuperioris licentia. Quarta, vt veſtitu honeſto, & virginibus conuenienti vtantur. Quinta, vt ancillas, ſecum non adducant. Sexta, vt exiſtant in loco ſeparato à dormitorio Monialium, & à loco in quo Moniales operibus manuum vacare conſueuerunt. Septima, vt è monaſterio nõ egrediantur, & ſemel egreſſæ nequeant iterum admitti, niſi fortè Moniales fieri vellent. Octaua, quòd quolibet ſemeſtri eis anticipata ſoluatur portio pro alimentis. Et circa ſeptimam conditionem aduertit Stephan. VVeyms *d. conſtit.15. num.32. in fine* ſacram Congr. cenſuiſſe quòd licentia dari debeat puellis, quæ educationis gratia in monaſterijs degunt exeundi ad balnea curandæ valetudinis gratia, iiſdemque permitti redire iterum ad idem monaſterium, ſi recta à balneis eò ſe recipiant cum intentione obſeruandi conditiones, quæ priùs fuerunt præſcriptæ.

96. Puellæ recipi non poſſunt educationis cauſa in monaſterijs Monialium, niſi præcedat omnium conſenſus ſingulariter præſtitus, & non eſt ſtandum ſimpliciter relationi Abbatiſſæ, vt per Sel. *d.cap.18.ex num.28.*qui aſſerit ita reſolutum per S. Congreg. Epiſcop. *in Amelien.4. Ianuarij* 1608.

97. Moniales in earum monaſterijs puellas educationis cauſa, niſi eadem monaſteria capacia, & pro dictis puellis educandis loca particularia deſtinata, & conſtituta ſint, retinere, & reſpectiuè recipere non poſſunt, ex Sel. *d. loco*, vbi refert deciſum ab eadem S.Congregat.*in S.Seuerini 16.Ianuarij* 1615.

98. IX. Iudicem, alioſque viros poſſe monaſterium ingredi ad expellendum malefactorem, qui non vult inde exire, tradunt Fr.Emman.*tom.1.quæſt.47.artic.4. ad fin. verſ. nec his obſtat.* Sanchez *d.cap.16.num.7.& ſeq.*Bonacin. *dicto puncto 4.num.13.*

99. Supradictos omnes ex iuſta cauſa monaſteria ingredientes, grauiter peccare contra obligationem clauſuræ, & cenſuris affici, ſi finito miniſterio, cuius cauſa ingreſſi ſunt, ſtatim non egrediantur, tenent Bonacin.*d.puncto 4. num.22.* Breuiter tamen morantem in inuiſendis officinis, non ſolùm à mortali, verùm etiam à veniali excuſari, reſoluunt Fr.Emman.*tom.1. quæſt.47. artic.11.*Molfeſ. *in ſumm. tract.7.cap.20. num.42.*Ludouic.Miranda *d.quæſt.2.art.20.*Sanch.*d.cap.16.num.69.*

100. Omnibus tam laicis, quàm Clericis, & Regularibus interdictum eſſe à iure communi ad Monialium monaſteria accedere, illaque frequentare, per *cap. periculoſo, de ſtatu Regul.lib.6.& cap.monaſteria, de vit.& honeſt.cleric.*tradunt Zerol.*part.1.verb.Moniales §.7.*Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ.c.393.num.16.cum ſeqq.*Bonacin.*d.tract.de clauſura quæſt.3.puncto 4.*Lezana *d.cap.25.num.36.*

101. Collocutoria communia in monaſterijs Monialium retineri debent in loco claro, & aperto, vt Moniales alloquentes ab omnibus commodè perſpici valeant, ac in eorundem Collocutoriorum ianua nil permittatur, quo intus vllo modo claudi valeat, vt per Sel.*d.cap.18.num.35.* vbi refert deciſum à Sac.Congregat.Epiſcop. *in Fauentina 7.Martij* 1617.

102. Contra Religioſos accedentes ad monaſteria Monialium impoſitam eſſe pœnam priuationis officiorum, vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrenda, patet ex decreto S. Congreg. iuſſu Sixti V. edito *de anno* 1590. quod refert Bonacin. *d. puncto 4. num.3.* vbi *num.4.* tenet prædictum decretum ſub mortali obligare, & *num.5.* reſoluit Religioſum præfatis pœnis affici vnico acceſſu, & *num.6.* ſubdit Religioſum teneri in conſcientia pœnam priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ ſponte ſubire ante ſententiam iudicis declaratoriam, de hoc decreto meminit Steph.VVeyms *d.conſtit.15.num.28.*

Regulares cuiuſcunque Ordinis, militiæ, Societatis, 103.
vel Congregationis ad monaſteria Monialium, etiam ſui Ordinis ad colloquendum, ſiue tractandum cum eis ſine ſacræ Congregationis licentia particulari deſuper edito decreto, accedere prohibentur. Cui prohibitioni etiam ſubiacent milites Regulares Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani, & præter pœnas in prædicto decreto contentas, incurrunt etiam peccatum mortale, & ab huiuſmodi pœnis non poſſunt abſolui, nec rehabilitari ab alijs, præterquam à Sede Apoſtolica, aut ſacra Congregatione, quibus tamen non ſubiacent Regulares accedentes ad monaſteria puellis, vel mulieribus ſecularibus inibi degentibus loquendi cauſa; nec etiam comprehenduntur ſupradicto decreto litteras ad Moniales mittentes, quamuis tam huiuſmodi Religioſi, quàm Moniales ſint debitè corrigendi, ac puniendi à ſuperioribus, quibus in delinquentes huiuſmodi competit iuriſdictio, vt per Sel.*d.cap.18.num.40.*vbi refert ſic fuiſſe deciſum per ſacræ Congregat.Epiſcop.*ſub die 22.Auguſti,& 7.Septembris* 1605.De hoc decreto, & illius materia, vide Bonacin.*de clauſur.quæſt.2.puncto 4.num.3.*Coriolan.*de caſibus reſeruat. part.2. caſu 3.num.42.*Campan.*d.cap.16. num.43.verſ.Illuſtriſſimi.* Laurent.de Peirinis *tom.2. priuileg.Minimor.in conſt.6.Pij V.num.36.*Lezana *in ſumm.quæſt. Regul. cap.25.num.37.verſ.quod decretum.* Diana *moral.reſol.part.1. tract.10.reſol.22.* Tambur.*de iure Abbatiſſar.diſp.25.quæſt.5.* Laurent.de Franchis *de controuerſ.inter Epiſcop.& Regular. pag.*225.

Regulares cuiuſcunque Ordinis, aut Congregationis 104.
exiſtant, quotieſcunque abſque ſacræ Congregationis licentia Moniales alloqui reperti fuerint, carcerentur, eorumque ſuperioribus, iuxta ſacri Concilij decretum puniendi conſignentur, qui ſuperiores deinde ſacram Congregationem, ac Ordinarium de executione certiores reddant, Sel.*d.cap.18.num.41.*vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum per eandem ſacram Congregat.*in Fauentina 7.Martij* 1617.

Vicarius Fratrum abſque Apoſtolicæ Sedis licentia 105.
Moniales alloquens in pœnas in decreto generali contentas incidit, dummodo idem Vicarius in Prioris abſentia eiuſdem Prioris Officij munus non obeat, Sel. *d. cap.18.num.43.* vbi dicit deciſum ab eadem ſacra Congregatione *ſub die 1.Septembris* 1617.

Nouiſſimè per ſacram Congregationem Concil. Tri-
dentin.ſpeciali decreto *ſub dat.12.Kalend.Decembris* 1623. 106.
de mandato S.D.N. Vrbani VIII. conceſſum fuit Epiſcopis, vt licentiam dare valeant Religioſis alloquendi Moniales ſeruatis certis regulis,& conditionibus ibidem expreſſis. Regularis abſque legitima licentia accedens ad monaſterium Monialium Regularibus ſubiectarum, ibique in loco colloquijs deſtinato cum Moniali colloquens, poteſt ſtante dicta conſtit.fel.rec.Gregor.XV. à diœceſano Epiſcopo, tanquam Sede Apoſtol. delegato coërceri, & puniri, ita Sel.*d.cap.18.num.50.*vbi refert deciſum *de anno* 1624.

Subcollector, abſque Ordinarij licentia alloquens 107.
cum Monialibus poteſt excommunicari, vt per Sel. *dict. cap.18.num.51.*vbi atteſtatur reſolutum *in Hipporegien.13. Maij* 1628.

Monialium patres, ac fratres, & filij, vt eaſdem allo-
quantur in temporibus non prohibitis, licentijs non in- 108.
digent, ex Sel.*d.cap.18.num.54.*vbi ait deciſum 15.*Ianuarij 1616.& 15.Martij eiuſdem anni.*

Regulares adeuntes monaſteria Monialium abſque
Epiſcopi licentia non incidunt in pœnam excommuni- 109.
cationis, quam Epiſcopus ſuo edicto propoſuit, ſi Regulares habent ex priuilegio non poſſe ab Epiſcopis excommunicari, & aliàs ſic excommunicati non poſſunt abſolui à ſuis ſuperioribus, ſed ab Epiſcopo, qui ſibi hanc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hanc abſolutionem reſeruauit; ita plures, quos refero Ego ipſe d. alleg. 102. num. 73. quibus addo Marcel. Vulpe in d. praxi cap. 4. num. 8. Lezana d. cap. 25. num. 35. Tamburin. d. diſput. 25. quæſt. 9. & me citato reſoluit Bonacin. d. puncto 4. num. 8. vbi obſeruat Religioſos hoc tempore alloquentes Moniales abſque licentia, etiamſi alloquantur in monaſterijs Regularibus ſubiectis, puniri poſſe ab Epiſcopo, ex Bulla Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs incip. Inſcrutabili, ſub dat. 9. Februarij 1622.

110. Conſtitutione Prouincialis Mediolanen. ſtante quòd alloquentes cum Monialibus puniantur, dubitatum fuit, an alloquentes ſine licentia cum Monialibus exemptis poſſint puniri ab Epiſcopo, & etiam ipſæ Moniales exemptæ? fuit reſolutum non poſſe puniri Moniales exemptas, vt teſtatur Sel. in ſelect. Canon. cap. 30. num. 12. ſub die 8. Auguſti 1621.

111. An autem ſcribens litteras Moniali, & mittens, incidat in præfatam cenſuram comminatam ab Epiſcopo aduersùs euntes in monaſteria Monialium? Negant Aloyſ. Ricc. in praxi aurea reſol. 65. Ego ipſe d. allegat. 102. ex num. 81. & me citato Homobon. de Bonis de examine Eccleſiaſt. tract. 11. cap. 3. quæſt. 3. ſuppoſ. 2. Tamburin. d. diſput. 25. quæſt. vltim. & Illuſtriſſ. D. meus Rodericus à Cunha in comment. ad cap. reatum 33. ſub num. 8. diſt. 81. vbi etiam differit, an incurrat excommunicationem, qui ſub illius pœna prohibitus eſt ne ad Monialem ſcribat, ſi tamen ſcribendo, epiſtola non perueniat ad illam. Aduertit tamen Stephan. VVeyms d. conſtitut. 15. nu. 27. pag. 153. Moniales nihil dare, nihil accipere poſſe abſque Superioris licentia, & conſequenter non poſſe dare nec accipere litteras, aut dona, cùm nullum habeant arbitrium, ſed dependeat ipſarum voluntas à voluntate Superioris per ſpontaneam abdicationem, niſi aliquid datum, vel miſſum fuerit loco eleemoſynæ, & litteræ reſpexerint vtilitatem monaſterij.

112. Prædictam cenſuram per ſtatutum, aut edictum Epiſcopale ipſo iure aduersùs adeuntes monaſteria Monialium, & cum illis alloquentes, comprehendere etiam accedentes ad monaſteria exempta Monialium ſubdita Regularibus, qui non ſubſunt iuriſdictioni Epiſcoporum exiſtentia intra ſuam diœceſim, reſoluunt Roland. à Valle conſil. 33. num. 32. vol. 3. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 393. num. 22. & ſeq. Campan. in diuer. iuris Canon. rubr. 12. c. 16. num. 45. Ego ipſe d. allegat. 102. num. 75. & me citato Bonacin. d. tract. de clauſura quæſt. 3. puncto 4. num. 1. propè fin. latè Lauret. de Franchis d. loco pag. 228. cum ſeqq.

113. Facultatem concedendi licentiam adeundi ad colloquium cum Monialibus Regularibus ſubiectis ſpectare ad ipſos ſuperiores Regulares, niſi eſſet conſuetudo legitimè præſcripta, vt huiuſmodi licentiæ, etiam quoad monaſteria, quæ Regularibus ſubſunt, ab Epiſcopo tantùm, vel ab Epiſcopo, & ſuperiore Regulari coniunctiuè obtinerentur, referunt Quarant. d. verb. monaſteria Monialium, verſ. hinc tangenda, pag. 453. Piaſec. in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 3. num. 54. Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. num. 99. Campan. d. cap. 16. num. 45. Ego ipſe d. alleg. 102. num. 76. & me citato Homobon. de Bonis de examine Eccleſiaſt. tract. 11. cap. 2. q. 1. in fine. Tamburin. diſput. 26. quæſt. 2.

Sed re maturiùs conſiderata videtur rectiùs licentiam huiuſmodi alloquendi Moniales Regularibus ſubiectas concedendam eſſe ab Epiſcopo, ſeu eius Vicario generali, & à ſuperiore Regulari, cui Moniales ipſæ ſubiectæ ſunt, coniunctim, ita vt idem Epiſcopus, ſeu eius Vicarius primo loco ſubſcribat. Idem quoque ſeruandum videtur quoad licentiam eorum, quibus ordinariè intra ſepta monaſteriorum eorundem Monialium ingredi neceſſe eſt, repentinis tamen caſibus extremæ neceſsitatis exceptis, in quibus licentiam alterius ſubſcriptione roborare ſufficit. Edicta verò, quibus perſonis ſecularibus ad earundem Monialium monaſteria acceſſus prohibetur, ab Epiſcopo dumtaxat ſubſcribenda & publicanda ſunt. Sel. d. cap. 30. num. 14. vbi refert ita fuiſſe deciſum per Sacr. Congregat. Epiſcop. in Camerinen. 21. Februarij 1617.

114. De clauſura monaſteriorum virorum, quoad ingreſſum fœminarum in ea, vide Fr. Emman. tom. 1. quæſt. 48. art. 3. & 4. Fr. Ioan. à Cruce d. cap. 5. dub. 1. concluſ. 1. Aloyſ. Ricc. in d. praxi rerum fori Eccleſiaſt. reſol. 544. num. 8. in 2. edit. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 17. Bonacin. d. tract. de clauſura quæſt. 5. Lezana dict. cap. 10. num. 11.
metipſum d. alleg. 102. ex num. 85. & quòd horti, & prata 115.
Religioſorum monaſterijs eorum cõtigui comprehenduntur conſtitutione Pij V. ita vt mulieres ſi in eos ingreſſæ fuerint, abſolutione indigeant, tenet Aldan. in compend. Canon. reſol. lib. 3. tit. 5. numer. 12. vbi refert ita fuiſſe reſolutum in Sacr. Congregat. Epiſcop. 13. Septembris 1583. & ſacriſtia choro contigua alicuius monaſterij Religioſorum eſt ſub clauſura comprehenſa, ex eodem Aldan. citato loco, vbi teſtatur ita deciſum ab eadem Sacr. Congregat. in Sulmonen. 10. Auguſti 1615.

x *Et quia monaſteria, &c.*] Vide Vgolin. de officio Epiſcop. 116.
cap. 21. in princip. num. 1. D. Hieron. Venero, y Leyua in examine Epiſcoporum lib. 6. cap. 21. num. 13. Zerol. in praxi Epiſcop. part. 1. verb. Moniales §. 17. vbi refert deciſum, iſtã tranſlationem faciendam eſſe ad aliud monaſterium eiuſdem Ordinis, & hoc quando immineret ſcandalum, vel propter ſupereminentem aëris peſtilentis cauſam, & quòd monaſterij tranſlatio debet fieri ſimul cum introitibus, & redditibus, quos illud habebat, eleganter Stephan. VVeyms d. conſtit. 15. num. 47. vbi ait ideo Tridentinam Synodum monaſteria Monialium, quæ ruri in pagis, & extra mœnia vrbis, vel oppidi conſtituta ſunt intra vrbes, vel oppida frequentia reducenda cenſuiſſe, quia ſæpe ſine cuſtodia ſunt expoſita malorum hominum prædæ, & alijs facinoribus, & concludit his verbis. Vnde Moniales, quę habent monaſteria excurſionibus piratarum, vel aliorum malorum hominum expoſita, omnino reduci debent ad vrbes, vel oppida clauſa, adeò vt receptum ſit ex eodem decreto Concilij ipſos Ordinarios tanquam Sedis Apoſtol. Ordinarios (etiamſi iſtam auctoritatem ſpecialiter non expreſſerit Concilium) ſic ad vrbes & oppida cogere, & transferre poſſe monaſteria etiam exempta, & Sedi Apoſtol. immediatè ſubiecta. Neque verò tunc ſolum transferri debent, quando malorum hominum periculis ſunt expoſita; ſed tunc etiam quando ſuperuenit alia finalis cauſa ex contagio, vel aere infecto; quemadmodum Epiſcopo Nolano per Congregationem Interpp. pridem reſcriptum fertur, vt Monialibus Collegij Nolani petentibus tranſitum ad aliud monaſterium ſub eadem regula propter peſtilentem quandam aquæ defluxum ex vicino monte benignè deberet annuere, ſi ita eſſet. Imò verò tranſlatio monaſterij faciẽda ſi illi immineat ſcandalum publicum, ſed tamen quando ex tali cauſa fit, non facile ad aliud quàm eiuſdem Ordinis monaſterium id fieri debet, & redditus monaſterij ſic tranſlati applicari debent monaſterio, ad quod fit tranſlatio, non etiam applicare poſſunt in aliam cauſam ſimilem, &c. Hactenus Stephan. VVeyms d. loco.

Et tranſlationem fieri debere in aurora, vt à paucis 117.
Moniales conſpici poſſint, atque à perſonis grauibus, & honeſtis, & ſanguine eis proximioribus coniunctis deducantur, aſſerit deciſum Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. num. 100. quem refero Ego ipſe d. allegat. 102. num. 26.

Moniales ab vno monaſterio non transferunt loco- 118.
rum Ordinarij, aut ſuperiores Regulares in monaſteria recenter erecta pro nouitiarum in eo introducendarum inſtitutione, niſi obtenta à Sede Apoſtolica, vel à ſacra Congregatione ſpeciali facultate, ita Aldan. d. tit. 5. num. 14. vbi teſtatur ſic reſolutum à ſacra Congregat. Epiſcoporum in Tortonen. 27. Maij 1603. quia Monialium tranſlatio Apoſtolica Sede inconſulta minimè fieri poteſt, ex eodem Aldan. dict. tit. 5. num. 15. vbi refert deciſum per eandem ſacræ Congregat. in Barchinonen. 10. Aprilis 1615.

Moniales transferri non poſſunt in monaſteria noui- 119.
ter erecta, niſi eadem monaſteria, auctoritate Apoſtolica, extructa fuiſſe priùs conſtiterit, ipſaque præuia viſitatione earundẽ Monialium capacia, eiſque accommodata, atque ita abſoluta reperta fuerint, vt cæmen-

tarijs, alijſve fabris nulla ædificationis cauſa in ipſa poſtea ingrediẽdi neceſſitas relinquatur, Aldan. *d. tit. 5. n. 18.* ☞ vbi teſtatur ita fuiſſe deciſum *in Vlixbonen. 17. Iulij* 1615.

*ℓ Inuocato etiam auxilio, &c.*] Vide Stephan. VVeyms *d. conſtit. 15. num. 11. pag.* 147. vbi dicit quod ad hoc vt maioris efficaciæ hoc decretum haberetur, voluit eadem ſancta Synodus vt contradictores, & inobedientes per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas appellatione poſtpoſita compeſcerentur, inuocato etiam ad id in caſu neceſſitatis auxilio brachij ſecularis.

---

*Superiores quicunque eligantur per vota ſecreta, aliàs electio nulla ſit.*

## CAPVT VI.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Suffragia ſecretò in rebus grauibus ferri debent.*
3 *Votare ſecretò maiorem libertatem ad votandum habet.*
4 *Electio non deſinit eſſe ſecreta propter puram, & ſimplicem oſtenſionem ſchedulæ.*
5 *Oſtenſio vnius ſchedulæ non officit ſecretę electioni.*
6 *Electio reputatur ſecreta, & Canonica ſi electi fuerunt à ſuperioribus aliqui, qui vota omnium eligentium recipiant.*
7 *Abbatiſſarum in electione poſſunt vota per Epiſcopum cum Vicario oretenus accipi.*
8 *Electio erit nulla ſi in Bullis confirmationis exprimerentur nomina eligentium.*
9 *Eligentes per ſchedulam aliquo patenti ſigno ſignatam faciunt electionem non ſecretam, & peccant mortaliter.*
10 *Capitula permitti non debent vt fiat aliquid ex quo publicari poſſint nomina eligentium.*
11 *Præſidentes Capituli non poſſunt præcipere ſcrutatoribus ne recipiant ſuffragia vltra certum numerum, &c.*
12 *Electio vti non ſecreta quibus caſibus ſit nulla.*
13 *Procuratores legitimè conſtituti ad eligendum non excluduntur, dummodo non habeant ſpeciale mandatum de eligenda certa perſona.*
14 *Electio dicitur Canonica quamuis quis electorum ante ſcrutiniũ dicat ſe velle eligere hunc, vel illũ.*
15 *Electio Regularium ita debet fieri per vota ſecreta, vt non poſſit fieri per viam compromiſſi, aut inſpirationis.*
16 *Electio Abbatiſſæ facta per vota non ſecreta per ignorantiam huius decreti non valet, nec Epiſcopus poteſt diſpenſare.*
17 *Electio irrita eſt ſi aliquis contra huius decreti conſtitutionem electus fuerit.*
18 *Vota an ſufficiant quòd ſint ſecreta, abſque alia forma.*

IN electione Superiorum quorumcumque, Abbatum temporalium, & aliorum Officialium, ac Generalium & Abbatiſſarum, atque aliarum Præpoſitarum, quo omnia rectè, & ſine vlla fraude fiant, in primis ſancta Synodus diſtrictè præcipit omnes ſupradictos eligi debere *a per vota ſecreta*, ita vt ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur. Nec in poſterum liceat, Pouinciales, aut Abbates Priores aut alios quoſcumque Titulares ad effectum electionis faciendæ conſtituere, aut voces & ſuffragia abſentium ſupplere. *ß Si verò contra huius decreti conſtitutionem* aliquis electus fuerit, electio irrita ſit, & is, qui ad hunc effectum ſe in Prouincialem, Abbatem, aut Priorem creari permiſerit, deinceps ad omnia officia in religione obtinenda inhabilis exiſtat, facultateſque ſuper his conceſſæ, eo ipſo abrogatæ cenſeantur, & ſi in poſterum aliæ concedantur, tanquam ſurreptitiæ habeantur.

1. VIde Nauarr. *conſil. 4. in antiq.* aliàs *conſil 9. in nou. de electione*. Sayr. *in floribus deciſ. ſub eodem tit. deciſ.* 4. Quarant. *in ſumm. Bullarij verb. Abbatiſſa*, Fr. Emman. *q. regular. tom. 2. quæſt. 51. art. 6. &* 8. Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Abbatiſſa* § 6. Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 13. c. 10. quæſt. 2.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. part. 1. cap. 4. nu. 32. & ſeq.* Aloyſ. Ricc. *in collectan. deciſ. part. 4. collect. 751. & in deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapolitan. deciſ. 197. part. 4.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 4. num. 183. cum ſeqq.* Molſeſ. *in ſumm. tract. 6. cap. 16. num. 153.* Hieron. Venero, y Leyua *in examine Epiſcop. lib. 6. cap. 18. num. 11. cum ſeqq.* Duran. *deciſ. 232. num. 1.*

2. *a Per vota ſecreta.*] Quando igitur de rebus grauibus ineunda erunt ſuffragia, eadem ſecretò ferantur, vt ſine timore quiſque quod ſenſerit liberè loquatur, vt ait Octau. Frangip. *in direct. Eccleſiaſt. diſcipl. tit. de decanis collegiatis Eccleſiarum num. 32.* votare enim ſecretò minus
3. inconueniẽtium, & maiorem libertatem ad votandum Chriſtiane habere, quàm votare publicè, tradunt Bobadil. *in ſua Politica lib. 3. cap. 7. num. 38.* Cur. Philip. *part. 1. §. 1. num. 22.* & quamuis in actibus capitularibus de iure non requiratur, quòd vota præſtarentur ſecreta, expediret tamen quòd in omnibus votaretur ſecretò, obſeruant Nicol. Garc. *d. cap. 4. num. 185.* & Caſtellin. *in ad d. tract. de elect. pag. 495.*

4. Puram, & ſimplicem oſtenſionem ſchedulæ ſecretò factam ab aliquo ex electoribus ad effectum, vt videat quem ipſe eligat, non tollere quin electio ſubſequens immediatè ſit ſecreta, tradũt Nauarr. *conſ. 7. in antiq.* aliàs *4. in nou. de elect.* Fr. Emman. *in ſumm. part. 1. cap. 102. nu. 4.* Caſtellin. *in tract. de elect. cap. 4. num. 3.* obſeruantes eo caſu electionem eſſe irritam, & nullam, quando electorum vota, culpa, & dolo totius, vel maioris partis Capituli publicarentur, vel quando manifeſtatio vnius, vel plurium votorum eſt realis cauſa, vel præſumptiua rationabiliter, quòd electio ſequatur in hanc, vel illam perſonam particularem ex vi illius oſtenſionis.

Vnde ex hoc decreto colligunt Nicol. Garc. *de benefic.* 5.
*part. 5. cap. 4. num. 183.* & Molteſ. *in ſumm. part. 1. tract. 6. cap. 16. num. 153.* quòd oſtenſio vnius ſchedulæ, ſiue fiat per malitiam, ſiue per errorem, dummodo non cauſet effectum, de quo *ſuprà*, non officit ſecretæ electioni; ſi tamen maior pars ſuffragiorum oſtenderetur, eſſet nulla electio, ex quo ante publicationem ſcrutinij electio manifeſtaretur contra formam Concilij in præſenti. Verùm Rota *in Treuer. Abbatiæ S. Maximini 20. Nouembris 1624. coram R. D. meo Coccino Decano*, impreſſa per Maſſobr. *in praxi habendi concurſum prælud. 8. in princ. numer. 53. & 67.* cenſuit electionem eſſe nullam, etiamſi vnicum tantùm ſuffragium publicetur, prout refert Sigiſm. à Bononia *de elect. dub. 31. ex num. 4.*

Si electi fuerunt à Superioribus aliqui, qui vota om- 6.
nium

nium eligentium recipiant, electionem reputari ſecretam, & canonicam, referunt deciſum Nicol. Garc. *d. cap.4. num.* 189. Aloyſ. Ricc. *d. Neapol. deciſ.* 197. *num.* 2. *part.* 4. Caſtellin. *de election. cap.4. num.* 4. Sigiſmund. à Bononia *in ſimili tract. dubit.* 27. *num.* 11. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 1. *diſput.* 5. *queſt.* 6. *num.* 8.

7. In electione Abbatiſſarum, vel alterius Superioriſſæ poſſe vota ſingularum Monialium per Epiſcopum vnà cum Vicario, vel alio viro aſſumpto oretenus accipi, licèt quatuor, aut quinque ea ſciant, ſi hoc eſt iuxta formam ſtatutorum Religionis, referunt deciſum Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. Abbatiſſa*, Nicol. Garc. *d. num.* 189. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol.* 637. *in* 2. *edit.* Molfeſ. *d. part.* 1. *tract.* 6. *cap.* 16. *num.* 154. Caſtellin. *d. cap.* 4. *num.* 4. *& cap.* 5. *num.* 28. Fr. Sigiſm. à Bononia *d. dub.* 27. *num.* 11. Tamburin. *d. diſputat.* 28 *queſt.* 4.

8. Ita ſtrictè hoc decretum eſſe intelligendum, vt ſi poſt electionem factam in Bullis confirmationis, ſeu patentibus exprimerentur nomina eligentium, electio eſſet nulla, refert deciſum Caſtellin. *d. cap.* 4. *num.* 61.

9. Eligentes per ſchedulam aliquo patenti ſigno ſignatam, vt innoteſcat ſcrutatoribus, vel vni ex illis, quòd talis elector eligit illum nominatum in ſchedula facere electionem non ſecretam, & peccare mortaliter, ac proinde ſic electum factum de hoc certum, teneri reſignare prælaturam, ſiue officium, vel petere à Sanctiſſimo confirmationem cum diſpenſatione, referunt deciſum Laurent. de Perinis *tomo* 1. *de Relig. ſubdito, & Prælato, queſtione* 1. *de obedientia, cap.* 21. Caſtellin. *dict. capitul.* 4. *num.* 61.

10. Aduertit Fr. Emman. *quaſt regular. tom.* 2. *quaſt.* 52. *artic.* 9. intentionem Concilij in præſenti fuiſſe ſtatuere, quòd Capitula facerent electiones ſecretas in hoc ſenſu, id eſt, quòd non permittant fieri aliquid, ex quo publicari poſſint nomina eligentium, & ſi tale quid factum fuerit, electio non valet, & ſubdit ex doctrina Nauarr. *d. conſil.* 9. *de elect. in nou.* quòd hoc habet locum in electione per ſcrutinium, non autem in electione per compromiſſum.

11. Vtrùm autem in electione Superiorum Regularium Præſidens Capituli poſſit præcipere ſcrutatoribus ſub præcepto ſanctæ obedientiæ & pœna excommunicationis latè ſententiæ, ne recipiant ſuffragia oretenus tradi ſolita pro aliquibus vltra certum numerum electioni inſufficientem, ſed eo completo dicant electoribus ad aures, provt ſeruari dicitur, vt dent alijs eorum vota? & an electio hoc modo celebrata ſit valida? deciſum fuiſſe *de anno* 1625. refert Caſtellin. *d. cap.* 4. *num.* 66. hanc eligendi rationem, quæ libertati electionis, ac naturali conſenſui aduerſatur, omnino improbari, electioneſque hactenus celebratas ſi ſcrutatores præcepto ſuperioris obtemperantes ſingulorum eligentium vota non receperint, pro Canonicis non haberi.

12. Electionem eſſe nullam, quando aliqui ex electoribus vnicam ſchedulam recipiunt vnico nomine ſcriptam, & nomen electi notum ſcribæ, vel alteri reponunt in capſula, ſimiliter qui accipiunt de manu ſcribæ duas ſchedulas, & vnam quam voluerint, reponunt, alteram ſcindunt, quia ſcriba potuit reuelare talem, qui non habuit, niſi vnam ſchedulam, vel talem, qui non habuit duas, referunt deciſum Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *num.* 193. Aloyſ. Ricc. *d. Neapol. deciſ.* 197. *num.* 8. *part.* 4. Caſtellin. *de elect. cap.* 5. *num.* 25. Fr. Sigiſm. à Bononia *de elect. dub.* 31. *num.* 6. Rot. *in Treueren. Abbatia S. Maximini* 20. *Nouembris* 1624. *coram R. D. meo Coccino Decano*, impreſſa per Maſſobr. *in praxi habendi concurſum prælud.* 8. *in princ. num.* 69. ſecundùm Romanam impreſſ.

Procuratores legitimè conſtitutos cum generali man- 13.
dato ad eligendum ab ijs, qui legitimè impediti ſunt, non excludi, dummodo non habent ſpeciale mandatum de eligenda certa perſona, quia tunc votum non poſſet eſſe ſecretum, refert deciſum Nicol. Garc. *dict. capitul.* 4. *numero* 200.

Si quis electorum ante ſcrutinium verbo dicat ſe vel- 14.
le eligere hunc, vel illum, non propter hoc tolli, quin electio ſit ſecreta, eo quia potuit pro altera ſuffragium præſtare, tradunt Nicol. Garc. *d. cap* 4. *num.* 196. Caſtellin. *dicto cap.* 5. *num.* 26. *in fine*.

Electionem Regularium ita debere fieri per vota ſe- 15.
creta, vt non poſſit fieri per viam compromiſſi, aut inſpirationis, referunt deciſum Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *num.* 204. Caſtellin. *de elect. cap.* 7. *num.* 7. *verſ. ad quorum*, Fr. Sigiſm. à Bononia *de elect. dub.* 2. *num.* 7. *& dub.* 31. *num.* 14. *verſ. & inſuper*, contra Fr. Emman. *in ſumm. part.* 1. *cap.* 102. *num.* 2. *& cap.* 105. *num.* 3. *& queſt. regul. tom.* 2. *quaſt.* 51. *art.* 9. *in fine*.

Electionem Abbatiſſæ factam per vota non ſecreta 16.
per ignorantiam huius decreti non valere, nec Epiſcopum poſſe diſpenſare, vt valeat referunt deciſum Aloyſ. Ricc. *d. Neapolit. deciſ.* 197. *num.* 7. *part.* 4. Molfeſ. *d. part.* 1. *tract.* 6. *cap.* 16. *num.* 156. Nouar. *in ſingul. concluſ.* 86. *num.* 3. Fr. Sigiſm. à Bononia *de elect. dub.* 31. *num.* 10.

β *Si verò contra huius decreti conſtitutionem*, &c.] Vide 17.
Nauarr. *conſil.* 2. *num.* 4. *de elect. in antiq.* aliàs *conſil.* 8. *num.* 2. *eod. tit. in nou.* Fr. Sigiſm. à Bononia *dubit.* 8. *num.* 8.

Vtrùm autem hodie ſufficiat, quòd vota ſint ſecre- 18.
ta ex diſpoſitione prædicti decreti, abſque alia forma? Affirmat Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *quaſt.* 23. *artic.* 15. *concluſ.* 2. *circa med.* aſſerens diſpoſitionem text. *in cap. quia propter, de elect.* modò ſublatam eſſe per Concilium in præſenti.

Negant Fr. Emman. *in ſumm. part.* 1. *cap.* 102. *num.* 2. Zerol. *in praxi Epiſcop. part.* 1. *verb. Abbatiſſa*, §. 6. Azor. *inſtitut. moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 10. *quaſt.* 2. Fr. Sigiſm. à Bononia *de elect. dub.* 27. *num.* 10. *&* 11. Rota *in Meten. monaſterij* 5. *Iulij* 1621. *in fine verſ. Denique, coram R. D. meo Coccino Decano*, & iterum *in Treueren. Abbatia ſancti Maximini* 20. *Nouembris* 1624. *coram eodem*, impreſſ. per Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, prælud.* 8. *in princ. num.* 68. ſecundùm Rom. impreſſ. meritò obſeruantes, quòd quando diſponitur, quòd omnes electiones Regularium debeant fieri per vota ſecreta, non tamen cenſetur ſublata forma *d. cap. quia propter*, ſed adhuc in ſuo robore perſeuerant, ſunt verba Rotæ *in d. Meten. monaſterij*.

---

*Monialium ſuperior eligatur non minor* 40. *annis, & quæ poſt octo annos profeſſionis laudabiliter vixerit, & ſi talis non ſit in monaſterio, eligatur ex alio, vt in text. vel ex eodem monaſterio vna eligatur, quæ trigeſimum annum compleuerit, & vnicuique monaſterio ſit vnica ſuperior. Et Epiſcopus in huiuſmodi electionibus ſicut & Regularis ſuperior ſtent ante cancellorum feneſtellam ad audienda ſingulorum vota.*

## CAPVT VII.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Abbatiſſa, vel Prioriſſa eſſe non poteſt illegitima abſque Papæ diſpenſatione, ſecluſis Religionum priuilegijs.*
3 *Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ officij non ſunt capaces illegitimæ, & quæcumque quæ virgines non ſunt.*
4 *Bigama Monialis abſque diſpenſatione in Abbatiſſam eligi non poteſt.*

*Barboſ. Collect. in Concil. Trid.*

5 *Infamis non poteſt in Abbatiſſum eligi.*

6 *Abbatiſſæ in electione duæ partes concurrere debēt ex tripartito numero Monialium.*

7 *Abbatiſſæ in electione dare votum non poteſt earum ſuperior in caſu diſcordiæ,*

8 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare in ætate 40. annorum quæ ad Abbatiſſatus officium requiritur.*

9 *Electio Abbatiſſæ minoris 40. annorum eſt nulla ſi in monaſterio non deerant aliæ quadragenariæ.*

10 *Conſtitutio Gregorij XIII. habet locum in omnibus Monialium monaſterijs quarumuis militiarum.*

11 *Abbatiſſæ expleto officiorum ſuorum triennio non poſſunt denuo eligi ad eadem officia.*

12 *Abbatiſſę ſoror poteſt ſuccedere in officio ſorori.*

13 *Monialium ſcrutatores in electione Abbatiſſarum non poſſunt ſupplere pro numero vocum requiſitarum.*

14 *Abbatiſſa non poteſt duobus monaſterijs præfici.*

15 *Epiſcopus qui Abbatiſſę electioni prǽeſt, clauſtra monaſterij non ingreditur, ſed ante cancellorum feneſtellam vota ſingulorum audire & recipere debet.*

16 *Epiſcopus poteſt vnà cum ſuperioribus Regularibus quoruncunque Abbatiſſarum electionibus per ſe, vel per alium intereſſe.*

ABbatiſſa, [a] & prioriſſa, & quocumque alio nomine Præfecta, vel Præpoſita appelletur, eligatur *α non minor annis quadraginta*, & quæ octo annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit. Quod ſi his qualitatibus non reperiatur in eodem monaſterio, ex alio eiuſdem Ordinis eligi poſſit. Si hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni præeſt, videatur, ex ijs, [b] quæ in eodem monaſterio annum trigeſimum exceſſerint & quinque ſaltem annis poſt profeſſionem rectè vixerint, Epiſcopo, vel alio Superiore conſentiente, eligatur. [c] *β Duobus verò monaſterijs nulla præficiatur.* Et, ſi qua duo vel plura quocunque modo obtinet, cogatur vno excepto, intra ſex menſes cætera reſignare. Poſt id verò tempus, niſi reſignauerit, omnia ipſo iure vacent. *γ Is verò, qui electioni præeſt, Epiſcopus*, ſiue alius Superior, clauſtra monaſterii non ingrediatur, ſed ante cancellorum feneſtellam vota ſingularum audiat, vel accipiat. In reliquis ſeruentur ſingulorum Ordinum, vel monaſteriorum conſtitutiones.

a Concil. Carthag. 3. Concil. Ag. c. 19. c. ſanctimon. 20. quæſt. 1.
b Cap. indemnitatib. de elec. in 6.
c Concil. Agat. cap. 57. c. vnum 21. q. 1. Concil. Cabilonen. cap. 32.

1. VIde Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 15. *art.* 3. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 10. *à princip.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.* 1. *verb. Abbatiſſa*, §. 1 Piaſec. *in ſimili praxi part.* 1. *cap.* 2. *de benedict. Epiſcop. num.* 3. *pag.* 71. *& part.* 2. *cap.* 3 *nu.* 57. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. part.* 2. *cap.* 1, *nu.* 45. *cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 166. *in princip.* Nicol. Garc. *de beneſic. part.* 7. *cap.* 4. *num.* 42. *& num.* 71. Viuian. *in praxi iuriſpatronat. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 7. *cum ſequentibus* Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſiaſt. enarrat ſub tit. de elect. num.* 9. Campan. *in diuerſor. iuris canon. rubr.* 7. *cap.* 6. *num.* 89. Molfeſ. *in ſumma Theologia moralis, tract.* 6. *cap.* 7. *num.* 46. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. tract.* 12. *cap.* 3. *quæſt.* 15. *ſuppoſit.* 4. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curia Archiepiſc. Neapolitan. part.* 4. *deciſ.* 281. *num.* 3. *& deciſ.* 309. Portel. *in dubijs regularibus verb. Abbatiſſa, ex num.* 2. Nouar. *in ſingularibus concluſ.* 13. 87. & 88. Hieron. Venero, y Leiua *in examine Epiſcop. lib.* 6. *cap.* 28. Hieron. Roderic. *in compendio quæſtione Regularibus reſolut.* 2. *à numer.* 1. Lauret. de Franchis *in controuerſ. inter Epiſcop. & Regular. pag.* 153. *cum ſeq.* Lezana *in ſumm. quæſtione Regul. capitul.* 26. Tambur. *de iure Abbatiſſar. diſputat.* 28.

2. Illegitimam non poſſe abſque diſpenſatione Papæ, ſeclusis Religionum priuilegijs, eſſe Abbatiſſam, vel Prioriſſam, tenent Maiol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 10. *in fine*, Mandoſ *de ſignatura gratiæ, tit. de diſpenſat. ſuper defectu natal. in fine*, Nauarr. *in man. cap.* 27. *num.* 201. *& commento* 2. *de Regularibus num.* 60. Fr. Emman. *in ſumm. tom.* 2. *cap.* 29. *num* 12. Soar. *tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 50. *ſect.* 5. *num.* 15. Sayr. *in ſimili tract. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 3. *in fine*, Flamin. Pariſ. *de reſignat. beneſic. lib.* 3. *quæſt.* 12. *num.* 11. Bellet. *diſquiſit. cleric. part.* 1. *tit. de diſciplin. cleric.* §. 3. *num.* 50. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 19. *&* 20. Sigiſmund. à Bononia *de elect. dub.* 72. Sanctarel. *variar. reſolut. quæſt.* 40. *num.* 7. Ego ipſe *in collectan. ad c.* 1. *num.* 7. *de filijs Presbyt.* Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib.* 1. *tit.* 28. *nu.* 10. vbi refert deciſum *ſub die* 27. *Aprilis* 1630. electionem Monialis illegitimæ in Abbatiſſam abſque diſpenſatione Apoſtolica, eſſe de Iure irritam. Homobon. *de ſtatib. p.* 1. *cap.* 24. Nald. *in ſum verb. Abbatiſſa num.* 2. Azeued. *conſ.* 24. *num.* 8. Caſtellin. *de elect. cap.* 17. *numer.* 5. Tamburin *de iure Abbatiſſar. diſputat.* 28. *quæſt.* 11. nouiſſimè D. Felician. de Vega Archiep. Mexican. *in relect. ad cap. cùm deputati, numer.* 24. *de iudic.*

Contra Fr. Emman. ſibi contrarium *quæſt. regular. tom.* 1. *quæſt.* 13. *art.* 1. Portel. *in dubijs Regular. verb. Abbatiſſa, num.* 6. Hieron. Roderic. *d. reſol.* 2. *num.* 21. Fr. Ludou. Miranda *de ſacris Monialib. quæſt.* 6. *art.* 3. Lezana *d. cap.* 26. *nu.* 6. Diana *moral. p.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 101. Sel. *in ſelect. canon. cap.* 29. *nu.* 23. vbi refert ita deciſum *in Corduben. de anno* 1582. exiſtimantes illegitimam poſſe abſque diſpenſatione Papæ eſſe Abbatiſſam.

3. Nec ſolas illegitimas, ſed etiam quaſcunque, quæ virgines non ſunt, excludi ab Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ officio, per *cap. iuuenculas* 20. *quæſt.* 1. *& cap.* 2. 1. *quæſt.* 7. tuentur Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, tit. diſpenſatio pro corrupta, ſtatim in princip. & §. ſeq. in addit. ad Lap. allegat.* 60. *litt. N.* Sel. *de beneſ. p.* 4. *quæſt.* 7. *num.* 7. Maiol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 13. Viuald. *in candel. aureo, part.* 3. *cap.* 5. *nu.* 13. *in* 2. *edit.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 2. *quæſt.* 54. *art.* 3. Lauor. *var. lucubr. tom.* 1. *tit.* 4. *c.* 24. *num.* 10. Caſtellin. *de elect. cap.* 17. *nu.* 5. 14. *&* 17. Diana *d. p.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 99. Lauret. de Franchis *vbi ſuprà pag.* 158. *in reſp. ad* 6. Lezana *d. cap.* 26. *nu.* 5. Sel. *in ſelect. Canon. cap.* 29. *num.* 8. vbi refert reſolutum per S. Congregat. Epiſcop. *in Sarzanen.* 15. *Iulij* 1616. pariter reſoluentes in hoc ſolum Pontificem poſſe diſpenſare.

Contra Sanch. *d. cap.* 5. *num.* 22. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 9. Portel. *in dubijs regular. verb. Abbatiſſa, nu.* 10. Soar. *de Relig. tom.* 4. *cap.* 6. *num.* 16. Hieron. Roder. *d. reſol.* 2. *num.* 26. exiſtimantes ad Abbatiſſæ munus non deſiderari virginitatem, niſi vbi mos eſſet impartiendi Abbatiſſis benedictionem ſpecialem Virginum propriam, ſeu conſecrationem.

4. Bigamam Monialem abſque diſpenſatione in Abbatiſſam eligi non poſſe per *cap.* 2. *diſt.* 78. reſoluunt Maiol. *d. cap.* 29. *num.* 14. Viuald. *d. cap.* 5. *nu.* 8. obſeruantes quoad hunc effectum dici etiam bigamam, quæ poſt caſtitatis votum præuaricata eſt, refert Sanch. *d. cap.* 5. *nu.* 23. Lezana *d. cap.* 26. *num.* 7. Tamburin. *d. diſp.* 28. *quæſt.* 13.

5. Infamem non poſſe in Abbatiſſam eligi, reſoluunt Maiol. *d. cap.* 29 *num.* 12. *&* 13. Viuald. *d. cap.* 5. *nu.* 11. Sanch. *d. cap.* 5. *num.* 24. extendentes ſiue infamia ſit iuris, ſiue facti. Lezana *d. cap.* 26. *num.* 7. *in fine.* Portel. *in dub. Regul. verb. Abbatiſſa, num.* 1.

6. Ex tripartito numero Monialium duas partes concurrere debere in electione Abbatiſſæ, niſi alia fuerit loci conſuetudo, & ſi fuerint diſcordes, poſſe Epiſcopum nominare vnam, quam magis idoneam iudicauerit, refert deciſum Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 57. *verſ. in monaſterijs*, quem citat Zype. *d. num.* 9. *verſic. Abbatiſſa, in fine*, Aldan. *d. tit.* 28. *num.* 26. vbi aſſerit reſolutum per ſacram Congregationem Epiſcoporum *in Aſſiſien.* 20. *Nouembris*

*uembris* 1585. Circa verò primam partem adeſt Rotæ deciſio *coram Duran* 232.*num.*3. ibi, *Quod verò vlterius deducebatur in electione Abbatiſſæ requiri duas ex tribus partibus Capituli, per text. in cap. indemnitatibus*, §. *ſanè, in princ. de elect. lib* 6. *domini dixerunt non eſſe verum, ſed ſufficere maiorem partem eligentium, habito reſpectu ad Capitulum, vt dictum eſt ex reg. text. in cap. quia propter* 32. *de elect. & in cap. dudum, cum alijs eiuſdem tit. de elect. lib.* 6. *& clarè, deducitur ex tex. in d.* §. *ſanè, verſ. verùm ſi que, vſque ad fin.* Nauarr. *conſ.* 5. *de elect. & in ſpecie* Miranda *in man. Prælat. Regul. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 27. *concluſ.* 2. *& idem in tract. de Monial. q.* 7. *art.* 4. Anton. Cuch. *inſt. maior. Canon. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 291. Rodrig. *to.* 2. *q. Regul. q.* 55. *art.* 4. *qui ibidem art.* 1. *in princ. dicit hoc idem cautum eſſe in ſtatutis Ordinis Ciſtercienſis. Neque obſtat text. in d.* §. *ſanè in princ. quia quod ibi dicitur de duabus partibus, procedit ad effectum, vt electa à duabus partibus poſſit confirmari appellatione remota, etiamſi à minori parte contra eius perſonam defectus obijciantur: non vt autẽ propterea electio à maiori parte facta nõ teneat, quia aliter text. ille eſſet ſibi contrarius in d. verſic. verùm.* Mirand. *de monialib.* & Cuch. *vbi ſuprà*. Hactenus deciſio, cui tamen videtur aduerſari alia eiuſdem Rotæ apud Tamburin. *poſt tom.* 3. *de iure Abbatum deciſ.* 17. *num.* 5.

7. In caſu diſcordiæ inter Moniales volentes eligere, non poſſe ſuperiorem ipſarum, aut ſcrutatorem dare votum in electione Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ refert deciſum Lauor. *var. lucubrat. tit.* 4. *cap.* 24. *num.* 42.

8. α *Non minor annis quadraginta.* ] Vide Hieron. Roderic. *d. reſol.* 2. *num.* 5. Tamburin. *d. diſp.* 28. *q.* 2. *num.* 4. Laurent. de Franchis *vbi ſupra pag.* 154. *in reſp. ad* 1. Lezana *d. cap.* 26. *num.* 3. Rota apud eundem Tamburin. *poſt tom.* 3. *ſui tract. de iure Abbatum deciſ.* 17. *n.* 2. Circa quam ætatem non poſſe Epiſcopum diſpẽſare, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Epiſcopis num.* 102. reſoluunt. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *q.* 9. Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *num.* 71. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.* 309. *num.* 9. *part.* 4. Sigiſm. à Bononia *de elect. dub.* 62. *nu.* 6. Nouarr. *in ſingularib. concl.* 13. *num.* 2. vbi *num.* 3. contra Garc. *citato loco* tenet, quòd prædicti quadraginta anni non requiruntur completi.

9. Electio Abbatiſſæ, quæ ætatem 40. annorum requiſitam non habebat, ſi in monaſterio non deerant aliæ Moniales quadragenariæ atque habiles, licèt non adeò idoneæ, ſicut electa, eſt nulla, ita Aldan. *d. tit.* 28. *num.* 11. referens ſic fuiſſe deciſum *in Viterbien.* 16. *Maij* 1623.

10. Conſtitutio Gregorij XIII. ſuper mutatione officij Abbatiſſæ, ac Prioriſſæ Monialium in Italia exiſtentium, ſingulis quibuſque triennijs, obſeruari debet in omnibus Monialium monaſterijs quarumuis militiarum, etiam Hieroſolymitanorum, Aldan. *d. tit.* 28. *num.* 12. dicens ſic fuiſſe reſolutum per ſacram Congregationem Epiſcop. *ſub die* 22. *Maij* 1604.

Abbatiſſæ, aut Prioriſſæ expleto officiorum triennio 11.
non poſſunt denuò eligi ad eadem officia, abſque Sedis Apoſtolicæ, aut ſacræ Congr. licentia, prout aſſerit deciſum Aldan. *d. loco*.

Abbatiſſæ ſoror poteſt ſuccedere in officio ſorori, ſi 12.
Canonicè eligatur, dummodo non adſit aliquod impedimentum legitimum circa eius perſonam, vel prohibeatur per conſtitutiones Ordinis, ita Aldan. *d. tit.* 28. *nu.* 15. vbi refert deciſum ab eadem S. Congreg. *in Vlixbonen.* 19. *Aprilis* 1619.

Monialium ſcrutatores in electione Abbatiſſarum, & 13.
aliarum ſuperiorum, non poſſunt ſupplere pro numero vocum requiſitarum in huiuſmodi electione, ſeu in caſu diſcordiæ. Aldan. *d. tit.* 28. *num.* 20. vbi aſſerit reſolutum *ſub die* 24. *Maij* 1621.

β *Duobus verò monaſterijs nulla præficiatur.* ] Vide Flam. 14.
Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 3. *q.* 18. *num.* 40. vbi *num.* 43. ſubdit Abbatiſſam non poſſe præfici, & habere duo monaſteria, etiam ſi vnum habeat in titulum, aliud verò in commendam.

γ *Is verò, qui electioni præeſt Epiſcopus*, &c. ] Vide Nauarr. 15.
*in cap. ſtatuimus* 19. *q.* 3. *num.* 59. Franc. Leo *d. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 46. Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 1. *quæſt.* 46. *art.* 5. Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 2. *concl.* 3. *notab.* 3. *propè fin.* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *q.* 2. *a.* 15. *concl.* 3. *& q.* 7. *art.* 3. *concl.* 3. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 50. Hieron. Venero *in examine Epiſcop. lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 7. & 8. metipſum *de officio. & poteſt. Epiſcopi part.* 3. *alleg.* 102. *num.* 46. obſeruantes, quòd ſi Prælati prudenter iudicent non poſſe fieri canonicè dictam electionem ipſis non intrãtibus ob inquietudinem Monialium, & ſuſpicionem ſubornationis votorum inter ipſas ſubortę, aut ob alias iuſtas cauſas à ſuperioribus prudenter arbitrandas, tunc ſolum licitè poterunt prædicta ingredi monaſteria, ibiq; ipſarum Monialiũ vota audire.

Nouiſſimè Gregorius XV. fel. rec. in ſua conſtit. 16.
de exemptorum priuileg. incip. *Inſcrutabili*, *ſub dat.* 9. *Februarij* 1622. circa hanc materiam electionis Abbatiſſarum ſtatuit in hæc verba. *Ac ſimiliter poſſit Epiſcopus vnà cum ſuperioribus Regularibus quarumcunque Abbatiſſarum, Prioriſſarum, Præfectarum, vel Præpoſitarum eorundem monaſteriorum quocunque nomine appellentur, electionibus per ſe, vel per alium intereſſe, ac præſidere, abſque vlla tamen ipſorum monaſteriorum impenſa.* Hactenus dicta conſtitutio, ſuper qua poſtea ſacra Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium Concil. Trid. interpretum cenſuit ius confirmandi Abbatiſſas, minimè fuiſſe Epiſcopis per eiuſmodi conſtitutionem attributum, quam quidem declarationem originalem præ manibus habui, impreſſamque vidi in Typographia Cameræ Apoſtolicæ de anno 1624.

---

*Monaſteria Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta deputent perſonas quolibet triennio, quæ liberè ſtatuant, & deliberent, ac viſitent, & ſi negligentes fuerint, ſuppleat Metropolitanus Prouinciæ.*

## CAPVT VIII.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Capitulum generale triennale ſi non conuocauerint Regulares à quibus ad id ſint compellendi.*

MOnaſteria omnia, quæ generalibus Capitulis, aut Epiſcopis non ſubſunt, nec ſuos habent ordinarios regulares Viſitatores, ſed ſub immediata Sedis Apoſtolicæ, protectione, ac directione regi conſueuerunt, teneantur infra annum à fine præſentis Concilij, & deinde quolibet triennio ſeſe in congregationes redigere, iuxta formam conſtitutionis Innocentij III. in [a] Concilio generali, quæ incipit: In ſingulis ibiq. certas regulares perſonas deputare, quæ de modo, & ordine, de prædictis congregationibus erigendis, ac ſtatutis in eis exequendis deliberent, & ſtatuant. α *Quòd ſi in his negligentes* fuerint, liceat Metropolitano, in cuius prouincia prædicta monaſteria ſunt, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato, eos pro prædictis cauſis conuocare. Quòd ſi infra limites vnius prouinciæ non ſit ſufficiens talium monaſteriorum numerus ad erigendam congregationem, poſſint duarum, vel trium prouinciarũ monaſteria vnam facere congregationẽ. Ipſis autem cõgregationib. conſtitutis illarum generalia Capitula, & ab illis electi Pręſides, vel Viſitatores eandẽ habeãt auctoritatem in ſuę cõgregationis monaſteria,

[a] Cap. in ſingulis. de ſtatu monach.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ac regulares in eis commorantes, quam alij Præſides, ac Viſitatores in cæteris habent Ordinibus: teneanturque ſuæ congregationis monaſteria frequenter viſitare: & illorum reformationi incumbere: & ea obſeruare, quæ in ſacris Canonibus, & in hoc ſacro Concilio ſunt decreta. Quòd ſi etiam, Metropolitano inſtante, prædicta exequi non curauerint: Epiſcopus, in quorum diœceſibus loca prædicta ſita ſint, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, ſubdantur.

1. VIde Nauarr. *commento 3. de Regular. num. 3. verſ. ſextò. & in cap. ſtatuimus 19. quæſt. 3. num. 22. verſ. quartò*, Hieronym. Venero, y Leyua *in examine Epiſcopor. lib. 6. cap. 21. num. 7.* nouiſſimè Stephan. VVeyms *in conſtitutiones 24 ex Iure antiquo deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſtit. 14. pag. 125. cum ſeq.* vbi dicitur innouari cap. *in ſingulis Regnis, de ſtatu monach.* per hoc decretum Concilij, & vnum ac alterum diuerſimodè declaratur.

1. *a Quòd ſi in his negligentes, &c.*] Regulares, qui ob Prælatorum negligentiam, Capitulum generale triennale non conuocauerint, à Metropolitano Prouinciæ, vbi monaſteria eorum ſunt, ad id compellendos eſſe; ſin verò illo inſtante, ne dùm ſe in Congregationem redegerint, nec Capitula triennalia fuerint, Epiſcopis ordinarijs loci tanquam à Sede Apoſtolica ad id delegatis, ſubijci per hunc textum conſuluit Nauarr. *conſil. 83. de Regularib. in antiq.* aliàs *conſil. 18. de ſtatu Monachor. in nouis*, & tenent Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo titulo de Regularib. deciſ. 89.* Hieronym. Venero *dict. libro 6. capitul. 8. num. 12.*

---

## *Monaſteria Sanctimonialium Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta ab Epiſcopis locorum gubernentur.*

## CAPVT IX.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Moniales Sedis Apoſtolicæ ſubiectæ ab Epiſcopo ſunt gubernandæ ſpirituali gubernio, ſed non temporali.*
3 *Adminiſtratores bonorum temporalium Monialium quis deputare valet.*
4 *Officiales, & miniſtri monaſteriorum Monialium quibus qualitatibus eligendi.*
5 *Moniales in refectorio communi concedere, & in loco etiam communi laborare debent.*
6 *Monialibus non committiur clauis cuſtodiæ ſanctiſſimi Sacramenti.*
7 *Reliquiæ non in monaſterijs Monialium, ſed in exterioribus Eccleſiis aſſeruari debent.*

MOnaſteria Sanctimonialium, ſanctæ Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta, etiam ſub nomine Capitulorũ ſancti Petri, vel ſancti Ioannis, vel aliàs quomodocunque nuncupentur, [a] ab Epiſcopis tanquam dictæ Sedis delegatis gubernentur, non obſtantibus quibuſcumque. Quę verò à deputatis in Capitulis generalibus, vel ab alijs regularibus reguntur, ſub eorum cura & cuſtodia relinquantur.

a Cap. cognouimus. 18. q. 1.

1. VIde de materia Hieronym. Venero, y Leyua *in examine Epiſcoporum lib. 6. cap. 21. num. 5.* Stephan. Daluin *de poteſt. Epiſcop. & Abbatum, cap. 30. num. 6.* Non poſſunt hæc monaſteria exempta viſitari à Capitulo, Sede vacante Abb. *in cap. cùm olim num. 3.* & *ibi* Felin. *num. 3. ad fin. de maiorit. & obedient.* Rota *in Burgen. iuris viſitandi 1. Iulij 1596. coram Orano.*

2. Moniales Sedi Apoſtolicæ ſubiectas ab Epiſcopo eſſe gubernandas ſpirituali gubernio, ſed non temporali, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religionib. num. 93. vbi num. ſeq.* ſubdit pariter reſolutum per hoc decretum nullam iuriſdictionem eſſe conceſſam Epiſcopo in monaſterijs Sedi Apoſtolicę immediatè ſubiectis, niſi in concernentibus ſpiritualia, in temporalibus verò nihil agere poſſe.

3. Ordinarij, nec Regulares, etiam in Capitulis eorum generalibus, non poſſunt deputare adminiſtratores bonorum temporalium Monialium particulares Religioſos cuiuſcunque gradus, aut præeminentię, etiamſi ſuperiores monaſteriorum fuerint, vt refert deciſum Sel. *in ſelect. Canon. 29. num. 12.*

Quoad officiales, aut miniſtros monaſteriorum Monialium, ætas nulla determinata eſt, ſed eligendi ſunt, qui morum grauitate, virtutumque ornamentis, & alijs honeſtis qualitatibus ſunt præditi, vt per Sel. *dict. cap. 29. num. 13.* 4.

Moniales in refectorio communi comedere, & in loco etiam communi laborare debent, ex eod. Sel. *citato loco*, qui refert ita deciſum à Sac. Congreg. Epiſcop. *in Meſſanen. 1. Auguſti 1603.* 5.

Monialibus non committitur clauis cuſtodiæ ſanctiſſimi Sacramenti, ſed penes eum Sacerdotem ſemper eſſe debet, ad quem ſpectat illud adminiſtrandi cura, Sel. *d. cap. 29. num. 25.* vbi aſſerit ita reſolutum ab eadem Sacr. Congregat. *in Valli ſoletana 12. Ianuarij 1604.* 6.

Reliquiæ non in monaſterijs Monialium, ſed in exterioribus Eccleſijs aſſeruari debent, vbi de locis decentibus prouideatur, vt per Sel. *d. cap. 29. num. 28.* qui dicit ita fuiſſe ab ead. Sac. Congreg. deciſum *in Fauentina 7. Martij 1617.* 7.

---

## *Monialibus bis, aut ter in anno ab Epiſcopo, vel Superioribus offeratur extraordinarius Confeſſor. Iuxta ſepta monaſterij non conſeruetur ſanctiſſimi Chriſti Corpus, ſed in publica Eccleſia.*

## CAPVT X.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Præceptum obligatorium non eſt vt Moniales ſaltem ſemel ſingulis menſibus confiteantur.*
3 *Moniales ſaltem ſemel ſingulis menſibus confiteri, & SS. Euchariſtiam ſuſcipere debent.*
4 *Confeſſores in monaſterijs Monialium, quæ ſub cura Regularium exiſtunt, non ſunt examinandi ab Epiſcopo.*

5 Monialibus

5 *Monialibus etiã exemptis in certis caſibus dãdus eſt per Epiſcopum loci Confeſſarius extraordinarius.*

6 *Ordinarij ex decretis Concil. nullam iuriſdictionem poſſunt ſibi vendicare in Confeſſarios Monialium Regularibus ſubiectarum.*

7 *Confeſſores Monialium etiam Regularibus ſubiectarum tam ordinarij, quam extraordinarij hodie nõ deputantur, niſi priùs approbentur ab Epiſcopo.*

8 *Confeſſores extraordinarij Monialium nullatenus poſſunt confeſſiones audire, niſi priùs ab Epiſcopo diœceſano approbentur.*

9 *Niſi ante Conſtitutionem deputati fuerint.*

10 *Regulares ab Epiſcopo generaliter approbati ad cõfeſſiones perſonarũ ſecularium nequaquam cẽſentur approbati ad audiendas confeſſiones Monialiũ.*

11 *& approbati ad audiendas confeſſiones Monialium vnius monaſterij non poſſunt audire alterius.*

12 *Epiſcopi ſi amoueant confeſſores Regulares Monialium, non tenentur amotionis huiuſmodi cauſam ſignificare ſuperioribus Regularibus.*

13 *Sanctiſſimum Sacramentum intra chorum, vel ſepta monaſterij Monialium prohibetur aſſeruari.*

14 *Confeſſario Monialium certa annua merces conſtitui debet, & ille nihil amplius ab eis recipiat.*

15 *Confeſſarij extraordinarij Monialium à Religionis oneribus excuſantur.*

16 *Confeſſarij Monialium munere fungi non poteſt habens curam animarum.*

17 *Confeſſionem Monialium ſui Ordinis audire non licet Generali abſque Epiſcopi deputatione.*

18 *Confeſſarij Monialium ab eis nominati non poſſunt remoueri niſi ex rationabili cauſa.*

19 *Confeſſarius dum Monialis infirmæ confeſſiones audierit cellæ ianua aperta remaneat.*

20 *Confeſſarius Monialium clauſuram ingreſſus ad adminiſtranda ſacramenta recta via eat, redeatque.*

21 *Confeſſarius Regularis Monialium, eiuſque ſocius adminiſtrationis Sacramentorum, & confeſſionis caſibus exceptis eas alloqui non poſſunt.*

22 *Confeſſario Monialium quis ſocius aſſignandus.*

23 *Confeſſarij Monialium poſt adminiſtrata ſacramenta non amplius intra clauſtra morentur.*

24 *Moniales vigore facultatis in Bulla Cruciatæ conceſſæ non poſſunt eligere Confeſſarios.*

25 *Confeſſionalia vbi collocanda.*

ATtendant diligenter Epiſcopi, & cæteri Superiores monaſteriorum Sanctimonialium, vt in conſtitutionibus earum α *admoneantur* Sanctimoniales [a], β *vt ſaltem ſemel ſingulis menſibus* confeſſionem peccatorum faciant, & ſacroſanctam Euchariſtiam ſuſcipiant: vt eo ſe ſalutari præſidio muniant ad omnes oppugnationes dęmonis fortiter ſuperandas. γ *Præter ordinarium autem confeſſorem,* alius extraordinarius ab Epiſcopo, & aliis ſuperioribus bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium confeſſiones audire debeat. δ *Quòd verò ſanctiſſimum Chriſti* corpus intra chorum, vel ſepta monaſterii, & non in publica Eccleſia conſeruetur, prohibet ſancta Synodus, non obſtante quocumque indulto, aut priuilegio.

[a] Clem. in agro. §. ſanè. de ſtatu monach.

1. VIde Campan. *in diuerſor. iuris Canonic. rubr.* 12. *cap.* 16. *num.* 51. *cum multis ſeqq.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 3. *nu.* 57. *verſ. prohiberi,* Hieronym. Venero, y Leyua *in examine Epiſcop. lib.* 6. *c.* 26. metipſum *de offic. & poteſt. Epiſcop. part.* 2. *allegat.* 25. *num.* 46. *cum ſeqq.*

2. α *Admoneantur.* ] Non eſſe obligatorium præceptum, reſoluunt Viuald. *in Candel. aureo rub. de confeſſ. nu.* 41. Zerol. *in praxi Epiſcop. part.* 1. *verb. Moniales* §. 7. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 29. *num.* 73. *in fine,* Soar. *tom.* 4. *de Pœnit. diſp.* 36. *ſect.* 5. *nu.* 7. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 18.

3. β *Vt ſaltem ſemel ſingulis menſibus,* &c. ] Vide Fr. Emman. *quæſt. regular. tom.* 1. *q.* 62. *art.* 1. Soar. *tom.* 3. *q.* 80. *art.* 11. *diſp.* 66. *& tom.* 4. *diſp.* 36. *ſect.* 5. *num.* 7. Zerol. *d.* §. 7. Fr. Ludou. Miranda *de ſacris Monialibus quæſt.* 10. *art.* 1. Molfeſ. *in ſum. tract.* 7. *cap.* 10. *num.* 21. Homobon. de Bonis *de examine eccleſiaſt. tract.* 8. *cap.* 2. *quæſt.* 3. Trullench *in præcepta Decal. lib.* 3. *cap.* 5. *dub.* 2. *num.* 1. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 18. In Clem. *ne in agro* 1. § *ſanè, de ſtatu monach.* præcipitur Religioſis nigris Ordinis S. Benedicti, vt ſingulis menſibus crimina ſua confiteantur, & ideo Religioſos dicti Ordinis habentes conſcientiam peccati mort. teneri ſingulis menſibus confiteri ſub peccato mortali reſoluunt poſt gloſſ. *in d. Clem.* Sot. *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 1. *art.* 3. Caiet. *tom.* 1. *opuſc. tract.* 5. *quæſt.* 5. Can. *in relect. de Pœnit. part.* 5. Sylueſt. *in ſum. verb. Confeſſio* 1. *num.* 4. Nauarr. *in cap. placuit dub.* 6. *num.* 122. Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 106. licèt oppoſitum non ſit omnino improbabile, imò probabilius illud dicunt Henriquez *in ſumm. lib.* 8. *de Euchariſt. cap.* 5. Suarez *in* 3. *part. diſp.* 86 *ſect.* 5. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 2. *num.* 54. Tanner. *tom.* 4. *diſp.* 5. *quæſt.* 8. *dub.* 5.

4. γ *Præter ordinarium autem Confeſſorem,* &c. ] Confeſſores in monaſterijs Monialium, quę ſub cura Regularium ſunt, non eſſe examinandos ab Epiſcopo, deciſum refert Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarrę lib.* 4. *tit.* 28. *l.* 1. §. 1. *de confitendo ſemel in anno, num.* 17. relatus per me *d. alleg.* 25. *num.* 47. Sed ſufficere ſi examinati fuerint à ſuperiore Ordinis ad audiendas Confeſſiones Monialium, reſoluunt Sorb. *in ſuis annot. ad compend. Mendicant. verb. Moniales, verſ. quod præter.* Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 9. *quæſt.* 2. *verſ. quęres an Confeſſarij.* Campan. *d. cap.* 16. *num.* 5. vbi aſſerit deciſum, poſſe Epiſcopum dare Confeſſorem Monialibus ſubiectis Regularibus, quæ nulla ratione induci poſſunt, vt ſuis Regularibus peccata confiteantur, refero Ego ipſe *d. alleg.* 25. *num.* 48.

Monialibus etiam exemptis in certis caſibus dandum eſſe per Epiſcopum loci Confeſſarium extraordinarium, deciſum refert Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. confeſſio, & verb. Monialis.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſiaſt. reſolut.* 638. *in* 2. *edit.* Armendar. *citato loco num.* 17. & 18. 5.

Nullam auctoritatem, vel iuriſdictionem poſſe ſibi Ordinarios vendicare ex decretis Concilij Trident. in Confeſſarios Monialium, quæ ſubiectæ ſint Regularibus, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. num.* 98. 6.

Hodiè verò aliter ſe res habet ex nouiſſima conſtit. Greg. XV. felicis record. de exemptorum priuilegijs, incip. *Inſcrutabili, ſub dat. Nonis Februarij* 1622. in hęc verba. *Confeſſores, verò, ſiue Regulares, ſiue ſeculares, quomodocunque exempti, tam ordinarij, quam extraordinarij, ad Confeſſiones Monialium etiam Regularibus ſubiectarum audiendas nullatenus deputari valeãt, niſi priùs ab Epiſcopo diœceſano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant, liceatque Epiſcopo ex rationabili cauſa ſuperiores Regulares admonere, & eiuſmodi Confeſſores admoneant, ijſque ſuperioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Epiſcopus facultatem prædictos Confeſſores amouendi quoties, & quando opus eſſe iudicauerit.* Hactenus dicta conſtitutio. 7.

Super

Super qua conſtitutione ſacra Concilij Trident. Congregatio aliquas declarationes S.D.N. Vrbano VIII. approbante edidit, & typis cameralibus imprimi iuſſit de anno 1625. & refert Aloyſ. Ricc. *in deciſionibus curiæ Archiepiſcop. Neapolit. deciſ.* 244. *poſt numer.* 12. *part.* 4. in hæc verba.

8. *Confeſſores extraordinarios Monialium nullatenus poſſe poſt conſtitutionem illarum Confeſſiones audire, niſi priùs ab Epiſcopo diœceſano idonei iudicentur, & approbentur: ordinarios verò Confeſſores ante conſtitutionis publicationem deputatos poſſe durante triennio ab eorum deputatione inchoando pergere in Confeſſionibus Sanctimonialium audiendis, abſque alio examine, & approbatione Epiſcopi. Quòd ſi contingat, vt eorum facultas à Sede Apoſtolica vltra triennium prorogetur, tunc debere eos ab Epiſcopo examinari, & approbari.*

9. *Superiores Regulares electos, ſeu deputatos ante ipſius conſtitutionis deputationem, quibus alioquin facultas competebat, audiendi Confeſſiones Monialium ſibi ſubiectarum, poſſe durante eorum officio pergere ſine alia Epiſcopi approbatione in Confeſſionibus audiendis illarum tantum, quæ ſpontè, ac propria motu id ab eis petierint. At verò eos, qui poſt conſtitutionem eligentur, aut quoquo modo deputabuntur, vel qui in eorum officijs, ſeu dignitatibus, expleto iam tempore à conſtitutionibus cuiuſque Ordinis, vel aliàs legitimè præfinito, ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam poſſe Sanctimonialium Confeſſiones audire, niſi priùs à diœceſano Epiſcopo idonei iudicati, atque approbati fuerint.*

10. *Regulares generaliter ab Epiſcopo approbatos ad Confeſſiones perſonarum ſecularium, nequaquam cēſeri approbatos ad audiendas confeſſiones Monialium ſibi ſubiectarum, ſed egere quoad hoc ſpeciali Epiſcopi approbatione.*

11. *Regularem ad audiendas Confeſſiones Monialium vnius monaſterij ab Epiſcopo approbatum minimè poſſe audire Confeſſiones Monialium alterius monaſterij.*

*Confeſſores extraordinarios ſemel deputatos, atque approbatos ab Epiſcopo ad Monialium Confeſſiones pro vna vice audiendas haud poſſe pluries in vim appprobationis eiuſmodi illarum Confeſſiones audire, ſed ab Epiſcopo toties eſſe approbandos, quoties caſus deputationis contigerit.*

12. *Epiſcopum, cui licet ex rationabili cauſa iuxta dictam conſtitutionem ſuperiores Regulares admonere, vt amoueant Confeſſores Monialium, atque adminiſtratores bonorum ad earundem Monialium monaſteria pertinentium, ijſque ſuperioribus id facere detrectantibus, habetque facultatē prædictos Confeſſores, & adminiſtratores amouendi quoties, & quando opus eſſe iudicauerit, non teneri eiuſmodi cauſam ſignificare Superioribus Regularibus, ſed hoc relinqui arbitrio, & prudentiæ Epiſcoporum, quorum conſcientiam ſacra Congregatio ſeriò onerauit.*

13. δ *Quòd verò Sanctiſſimum Chriſti,* &c.] Vide Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 1. *quæſt.* 47. *art.* 4.

14. Confeſſario Monialium certa annua merces conſtitui debet, quæ iuxta morem, & qualitatem regionis victui illius ſufficiat, ea denique merces monaſterio in quo degit idem Confeſſarius, ſi Regularis ſit, perſoluatur. Cæterùm Ordinarij locorum prohibeant Monialibus aliquibus pœnis, non tamen cenſurarum, ne vltra mercedem illam aliquid communiter, vel priuatim eidem Confeſſori, vel alijs quibuſcunque Fratribus tribuant, eiſdemque Fratribus, ne à Monialibus etiam ſpontè oblatum, aut donatum recipiant, ſub iiſdem pęnis inhibeant, ita Aldan. *in compendio canon. reſol. lib.* 1. *tit.* 28. *num.* 10. Sel. *in ſelect. canon. cap.* 30. *num.* 15. qui referunt reſolutum *per S.Congr. Epiſcop. & Regul. ſub die* 29. *Nouembris* 1605.

15. Confeſſarij extraordinarij Monialium, à monaſteriorum, in quibus degunt, aut Religionis oneribus, pro eo tempore dumtaxat, quo confeſſionibus audiendis occupantur, excuſantur, ita Sel. *dicto cap.* 30. *numero* 16. vbi atteſtatur ita deciſum *ab eadem S.Congreg.* 10. *Martij* 1593.

16. Confeſſarij Monialium munere fungi non poteſt habens curam animarum. Aldan. *dict. tit.* 25. *numer.* 11. referens deciſum ab eadem S. Congr. *in Parmen.* 10. *Aprilis* 1615.

17. Confeſſiones Monialium ſui Ordinis audire non licet Generali abſque Epiſcopi ſpeciali deputatione, Sel. *d. cap.* 30. *num.* 18. vbi teſtatur ita reſolutum per eandem S. Congr. *ſub die* 13. *Nouembr.* 1627.

18. Confeſſarij Monialium ab eis nominati, non poſſunt remoueri niſi ex rationabili cauſa, ex eod. Sel. *citato loco,* qui aſſerit ita deciſum *ſub die* 11. *Iulij* 1626.

19. Confeſſario Monialis infirmæ Confeſſionem audiente cellæ ianua aperta remaneat, & ambæ comitatrices ad eiuſdem cellæ ianuam morentur, ita vt & Confeſſarius, & infirma ab eis commodè cerni, poſſit, ita Aldan. *d. tit.* 25. *num.* 13. vbi ait ſic fuiſſe reſolutum per eandem ſacram Congregationem *ſub die* 13. *Septembris* 1583.

20. Confeſſarius Monialium clauſuram ingreſſus ad adminiſtranda ſanctiſſima Sacramenta recta via, & abſque diuerticulo eat, redeatque, nec in aliam monaſterij partem diuagetur, etiam occaſione viſitandi alias infirmas, quibus Sacramentorum adminiſtratio minimè eſt neceſſaria, refert deciſum Aldan. *loco citato.*

21. Confeſſarius Regularis Monialium, eiuſque ſocius confeſſionis, ac Sacramentorum adminiſtrationis, caſibus exceptis eaſdem Moniales abſque S. Congregationis, licentia, alloqui non poſſunt, Sel. *d. cap.* 30. *num.* 19. vbi dicit ſic fuiſſe reſolutum per eandem S.Congr. *in Nolana* 21. *Februarij* 1617.

22. Confeſſario aſſignari debet ſocius, qui ipſi iuxta ſacrę Congregationis decreta aſſiſtat, ſitque ætatis vltra 50. annorum, vitæque exemplaris, ſine quo monaſterij ſepta Monialium ægrotantium confeſſionum audiendarum gratia ingredi non poteſt, ex eod. Sel. *d. loco.*

23. Confeſſarij Monialium, poſtquam adminiſtrauerint ſacramentum extremæ Vnctionis Monialibus infirmis, atque animas earum Altiſſimo commendauerint, non ampliùs ibi morētur, ſed & hortari eas ad benè moriendum alijs Monialibus ſit curæ, Aldan. *d. tit.* 25. *num.* 19. vbi dicit ita fuiſſe deciſum per eandem S. Congr. 13. *Septembris* 1583. addens Confeſſarios nullatenus ingredi poſſe monaſterij Monialium ſepta prætextu comitandi operarios, medicos, chirurgos, vel alios.

24. Moniales vigore facultatis in Bulla Cruciatę conceſſæ (quatenus ad eas pertineat gratia ex dicta Bulla) non poſſunt alios Confeſſarios, præter eos, qui ad audiendas ipſarum Monialium confeſſiones ab Ordinario approbati fuerint, eligere, refert deciſum Nicol. Garc. *de benef. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 64.

25. Confeſſionalia ex ſacriſtijs, & locis occultis, ac remotis amoueri debent, & collocari in Eccleſijs exterioribus Monialium, vt per Aldan. *d. tit.* 25. *num.* 16. qui refert ita deciſum ab ead. S.Congr. *ſub die* 29. *Nouembris* 1605. & ſi Moniales in hoc renitentes fuerint, interdici debent, ex eod. Aldan. *citato loco,* vbi teſtatur ita reſolutum ab eadem S.Congreg. *in Fauentina* 7. *Martij* 1617.

*Perſona*

*Perſonæ ſeculares, ſeu Regulares exercentes curam animarum perſonarum ſecularium imminentem in monaſterijs virorum, ſeu mulierum, ſubiectæ ſunt viſitationi, & correctioni Epiſcoporum locorum, exceptis monaſterijs, de quibus in text.*

## CAPVT XI.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*

2 *Eccleſiæ Militium S. Ioannis Hieroſol. quibus cura animarum incumbit, in concernentibus ipſam curam Ordinario ſunt ſubiectæ.*

3 *Rectores, ſeu Parochi in Eccleſijs S. Ioannis Hieroſolymit. curam animarum ſecularium exercentes in omnibus viſitationi, & correctioni Epiſcopi ſubſunt.*

4 *Eccleſię etiam Regulares, in quibus exercetur cura animarum ſecularium, in ijs, quæ ad curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, ſubſunt viſitationi Epiſcopi.*

5 *Regulares exercentes curam animarum ſubſunt iuriſdictioni, & viſitationi Epiſcopi in ijs, quæ ad dictam curam pertinent.*

6 *Viſitare non poteſt Epiſcopus ex hoc decreto tam Abbatiam, quàm loca ſibi ſubiecta, ſi Abbatia habet vtramque iuriſdictionem.*

7 *Regulares in emolumentis percipiendis ex cura animarum perſonarum ſecularium prohiberi poſſunt per Epiſcopum ne excedant taxam ab eo præſcriptam.*

8 *Epiſcopi in Eccleſijs Regularium, quibus non imminet cura animarum, non habent facultatem viſitandi ſacra vaſa, ſacriſtiam, Altaria, &c.*

9 *Synodo Epiſcopi intereſſe non tenentur ratione parochialium exempti, qui actu exercent vtramque iuriſdictionem.*

10 *Vicarij in monaſterijs, quibus cura animarum incumbit, à quibus ponendi.*

11 *Parochia Toletana in monaſterium erecta, & vnita Ieſuitarum Collegio à quibus gubernetur.*

12 *Congregationes caſuum conſcientiæ obeundæ ab exercentibus curam animarum, etiam in parochialibus Religionis Hieroſol.*

13 *Caſtra, in quibus Abbas iuriſdictionem Epiſcopalem & temporalem in Parochos, & Parochianos exercet, non ſubſunt viſitationi Epiſcopi.*

14 *Epiſcopus poteſt procedere contra Regulares non exequentes decreta in viſitatione facta circa curam animarum, &c.*

15 *Perſonæ etiam Regulares ſubſunt immediatè Epiſcopis in ijs, quæ ad curam animarum, vel in dependentibus ab illa pertinent.*

16 *Epiſcopis licet oſtia frangere, vimque inferre ſi Regulares illis viſitantibus in caſibus ſibi permiſſis ea claudant.*

17 *Epiſcopus poteſt excommunicare impedientes viſitationem etiam non adhibitis monitionibus in ipſo actu manifeſtæ violentiæ.*

18 *Curam animarum exercentes, vel illi ſe ingerentes tam Regulares, quàm ſeculares etiam quomodolibet exempti, viſitationi, correctioni, & iuriſdictioni Epiſcopi ſubijciuntur.*

19 *Regulares exempti, quibus cura animarum perſonarum ſecularium nō incumbit, non ſubijciuntur.*

20 *Altaria Eccleſiarum Regularium, quibus non incumbit cura animarum perſonarum ſecularium, non licet Epiſcopis viſitare.*

21 *Regularis delinquens extra Sacramentorum adminiſtrationem & curam animarum non ab Epiſcopo puniri poteſt.*

22 *Eccleſiæ Militum S. Ioannis Hieroſol. quibus cura animarum incumbit, in concernentibus ipſam curam Ordinario ſunt ſubiectæ.*

23 *Epiſcopus quſcunque etiam exemptos ad curam animarum exercendam conſtitutos examinare, & viſitare poteſt.*

24 *Curam animarum exercentes Regulares poni debent ad arbitrium ſuperiorū ipſorum Regulariū.*

25 *Ordinarijs data facultas viſitandi perſonas exercentes curam animarum in monaſterijs, intelligitur data cumulatiuè, non priuatiuè.*

26 *Capellam exiſtentem intra monaſterium viſitare non poteſt Ordinarius, ſed bene poteſt viſitare perſonas exercentes curam animarum in ea.*

27 *Non habet locum in monaſterij, in quibus Abbates vtramque iuriſdictionem in Parochos habent.*

28 *Prelatus inferior habens iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habet iuriſdiſtionem de qua in hoc decreto.*

29 *Curam animarum exercentes Regulares non deputantur niſi præuio examine per Epiſcopum, aut eius Vicarius faciendo.*

IN monaſterijs, ſeu domibus virorum, ſeu mulierum, quibus imminet animarum cura perſonarum ſecularium; præter eas, quæ ſunt de illorum monaſteriorum, ſeu locorum familia, α *perſonæ, tam Regulares*, quàm ſeculares, huiuſmodi curam exercentes, β *ſubſint immediatè in ijs, quæ ad dictam curam*, & ſacramentorum adminiſtrationem pertinent, iuſdictioni, viſitationi, γ *& correctioni Epiſcopi* in cuius diœceſi ſunt ſita. [a] Nec ibi aliqui etiam ad nutum amouibiles deputentur, niſi de eiuſdem conſenſu, ac præuio examine per eum, δ *aut eius Vicarium* faciendo, exempto monaſterio Cluniacenſi cum ſuis limitibus, & exceptis etiam ijs monaſterijs, ſeu locis ε *in quibus Abbates*, Generales, aut Capita Ordinum ſedem ordinariam principalem habent, atque alijs monaſterijs, ſeu domibus, in quibus Abbates aut alij regularium Superiores iuriſdictionem Epiſcopalem & temporalem in Parochos & parochianos exercent: ſaluo tamen eorum Epiſcoporum iure, qui maiorem in prædicta loca, vel perſonas iuriſdictionem exercent.

a Cap. qui religioſis. 18. q. 2.

Vide

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1. VIde Fuſc. *de Viſitat. lib.2. cap.16. à princip.* Frat. Emman. *quæſt. regul. tom.1. quæſt.36. art.4.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.2. cap.3. num.46.* Franc. Leo. *in theſauro fori eccleſiaſt. part.2. cap.18. num.105.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſiaſt. deciſ.736. & 608. in 1. edit.* aliàs *reſolut.513. & 532. in 2. edit. & in praxi aurea, reſolut.176.* Mari. Anton. *variar. reſolut. lib.1. reſolut.17. num.3.* Fr. Mich. Agia *de exhibendis auxil. fundam.5. verſic. Abbates pag.23.* Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. p.2. lib.2. cap.3. num.31. verſ. nec etiam.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rubric.12. cap.13. nu.51. cum ſeqq. & num.115.* Hieron. Venero, y Leyua *in examine Epiſcop. lib.6. cap.11. ex num.2.* Vgolin. *de offic. & poteſt. Epiſcop. cap.20. §.4. & cap.21. §.5.* Modern. *de ſupplicat. ad Sanctiſſ. p.2. cap.15. num.27. cum ſeqq.* Ioan. de Solorzano *de iure Indiarum tom.2. lib.3. cap.17. num.51. cum ſeqq.* latè Fr. Steph. Daluin *de poteſt. Epiſcopor. Abat. &c. cap.14. per tot. & cap.21. in fine.* Tamburin. *de iure Abbatum tom.3. diſp.15. q.11. numer.45. cum ſeqq. & num.88.* metipſum *p.3. alleg.74. ex numer.18.*

2. *α Perſonæ tam Regulares.* ] Parochiales vnitas monaſterijs, quæ iuriſdictionem habent, Ordinarij viſitare poſſunt, perſonas tantùm quoad ea, quæ ad curam animarum pertinent. In ijs quoque Parochialibus poſſunt deputari à Superioribus Regularibus Capellani ad nutum amouibiles, dummodo approbati ſint ab Epiſcopis, prout deciſum refert Fr. Stephan. Daluin *d. cap.14. num.1.* vbi *num.2.* quærit an per Capellanum à Monachis in huiuſmodi Parochialibus aſſumendum, intelligendus ſit Monachus, aut Regularis, an ſecularis tantùm. Eccleſias Militum ſancti Ioannis Hieroſolymitani, quibus cura animarum incumbit, in concernentibus ipſam curam Ordinario eſſe ſubiectas, & ab eodem viſitari poſſe, ex reſcripto Pij V. incip. *Expoſcit, ſub dat. 22. Septembris* 1571. tradunt Eraſm. à Cochier *de iuriſdict. ordin. in exempt. part.2. quæſt.45. num.11.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.2. c.3. nu.46.* Vgolin. *d. §.4. num.2.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.176.* Ego ipſe *d. alleg.74. num.26.*

3. Rectores, ſeu Parochi in Eccleſijs ſancti Ioannis Hieroſolymitani curam animarum ſecularium exercentes, ſubſunt in omnibus viſitationi, correctioni, & iuriſdictioni Epiſcopi in ijs, quæ concernunt curam, & Sacramentorum adminiſtrationem, qui poteſt ratione viſitationis procurationes exigere, niſi in contrarium adſit conſuetudo, vt per Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib.2. tit.8. num.38.* vbi dicit ita deciſum *in Auguſtana 26. Iunij* 1627. me citato in hoc loco Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. part.2. lib.2. cap.3. num.31. ante med.* & Tamburin. *d. tom.3. diſput.5. quæſt.11. num.49.*

4. Eccleſiæ, in quibus exercetur cura animarum ſecularium, quamuis Regulares, ſubſunt in ijs, quæ ad curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, vt per Sel. *in ſelectis Canonic. cap.112. num.8.* vbi dicit ita deciſum *ſub die 5. Iunij* 1627.

5. Regulares exercentes curam animarum ſubſunt iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in ijs tamen, quę ad dictam curam pertinent, non obſtante Breui ſanctæ memoriæ Pij V. *ſub dat. Romæ 24. Martij* 1567. Ita Aldan. *d. tit.8. num.40.* vbi dicit ita reſolutum per ſacræ Congregat. Epiſcop. *ſub die 6. Februarij* 1627.

6. Viſitare non poteſt Epiſcopus ex hoc decreto tam Abbatiam, quàm loca ſibi ſubiecta, ſi Abbatia habet vtramque iuriſdictionem, temporalem ſcilicet, & ſpiritualem, Aldan. *d. tit.8. num.41.* vbi refert ſic fuiſſe deciſum *in Theatina 7. Nouembris* 1620. & in alia *ſub die 17. Iunij* 1617.

7. Regulares curam animarum ſecularium perſonarum exercentes, in emolumentis legitimè percipiendis prohiberi poſſunt per Epiſcopum ne excedant taxam ab eo præſcriptam, Sel. *d. cap.112. num.11.* vbi dicit reſolutum *in Liman. 18. Septembris* 1625.

8. Epiſcopi, aut alij locorum Ordinarij vigore cuiuſuis decreti Concilij Trident. nullam habent facultatem quouis tempore in monaſterijs, domibus, & Eccleſijs Regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum perſonarum ſecularium, viſitandi ſacriſtias, vaſa ſacra, altaria, & cętera huiuſmodi, aut etiam tabernaculum, ſeu pyxidem, in qua ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum aſſeruatur, vt refert deciſum Sel. *dict. loco num.13.*

Synodo Epiſcopi intereſſe non tenentur ratione Parochialium Eccleſiarum exempti, qui actu exercent vtramque iuriſdictionem, ſpiritualem, & temporalem, in Parochos, & parochianos iuxta hoc decretum, vt per Sel. *vbi ſuprà num.14.* 9.

Vicarij perpetui, & temporales non poſſunt ab Ordinario poni in monaſterijs, quibus cura imminet animarum, vel à principio, vel ratione annexionis, ſed tantùm à ſuperioribus eorum, pręuio tamen examine ipſius Ordinarij, iuxta præſcriptum huius decreti, vt refert deciſum Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.2. cap.3. num.46.* 10.

Parochia Toletana in monaſterium erecta, & vnita Ieſuitarum Collegio, gubernari poteſt à deputato ab ipſis, modò ſit approbatus ab Ordinario, vt teſtatur reſolutum Piaſec. *d. num.46.* 11.

Congregationes, quæ iuſſu Epiſcopi ad caſus conſciētiæ diſſerendos habentur, obeundæ ſunt ab exercentibus curam animarum, etiam in Parochialibus Hieroſolymitanæ Religionis, ex Sel. *d. loco num.20.* vbi dicit reſolutum *ſub die 3. Martij* 1598. 12.

Viſitationi, iuriſdictioni, ac correctioni Epiſcopi non ſubſunt caſtra, in quibus Abbas iuriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, & parochianos exercet, Sel. *d. loco num.25.* vbi refert deciſum *in Theatina 11. Septembris* 1621. 13.

Epiſcopus poteſt Regulares in ijs, quæ curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem concernunt, viſitare, & examinare, & contra eos non parentes, & non exequentes decreta in viſitatione facta procedere, eoſque cogere ad exequendum, Sel. *dict. loco num.28.* vbi atteſtatur reſolutum *in Camerinen. 20. Martij* 1621. 14.

*β Subſint immediatè in ijs, quæ ad dictam curam,* &c. ] Vel in dependentibus ab illa, intelligunt Mari. Antonin. *d. lib.1. reſolut.112. caſu 50. prope finem.* Marc. Antonin. de Amatis *deciſ.89. num.5.* Campan. *d. cap.13. num.51.* Ego ipſe *d. alleg.74. num.20.* Tamburin. *de iure Abbatiſſarum diſp.17. q.3. nu.3. in fine,* Ioan. de Solorzano *de Iure Indiarum tom.2. lib.3. cap.17. nu.51. cum ſeq.* Veluti ſi inquiratur quomodo conſeruetur ſanctiſſimum Sacramentum, & eccleſiaſtica ornamenta. Seraphin. *deciſ.1067.* & vt Calices, & decentia paramenta ad decorem adminiſtrationis Sacramentorum prouideantur, vt referunt deciſum Franc. Leo *d. part.2. cap.31. num.3.* Campan. *d. cap.13. num.49.* Ego ipſe *d. alleg.74. nu.18. in med.* & in terminis Regularium doctrinas Indorum habentium, vide Fr. Emman. *q. Regular. tom.1. q.36. art.3. & 4. & tom.2. q.64. art.1.* Miranda *in manu. Prælat. tom.1. q.42. art.1. cum ſeqq.* D. Felician. à Vega Archiep. Mexican. *ad cap. cæterùm, 5. de iudic. num.36.* 15.

Licere Epiſcopis ſi dum ipſi ingredi volunt monaſteria Regularium exempta ob cauſam prædictæ viſitationis, renuant Regulares illos intromittere oſtia claudendo, illa frangere, vimque inferre, docent Innocent. *in cap.1. verſ. item alia ratione,* vbi Abb. *num.5. verſic. ad ſecundum verò, de immunit. eccleſ.* Fuſc. *de viſitat. lib.2. cap.16. poſt num.1.* Campan. *d. cap.13. num.52.* Tamburin. *de iure Abbatiſſarum diſput.17. q.3. num.4. in princ.* Ego ipſe *d. allegat.74. num.22.* 16.

Poſſeque Epiſcopum impedientes viſitationem excommunicare, etiam non adhibitis monitionibus in ipſo actu manifeſtæ violentiæ ſibi illatæ pro defenſione ſuorum iurium, reſoluunt Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. cap.18.* Campan. *d. cap.13. num.53.* Ciarlin. *controu. forenſ. lib.1. cap.65. num.11. & 12.* Tamburin. *d. q.3. num.4.* 17.

Nouiſſimè Gregorius XV. felicis recordationis *in ſua conſtit. de exemptorum priuilegijs,* incip. *Inſcrutabili, ſub dat. Nonis Februarij* 1622. circa iuriſdictionem, & correctionem Epiſcopi in Regulares curam animarum habentes ſic ſtatuit. *Hac generali, ac perpetuò valitura conſtitutione decernimus, ſtatuimus, & declaramus, vt deinceps tam Regulares, quàm ſeculares quomodolibet exempti, ſiue animarum* 18.

curam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*curam perſonarum ſecularium monaſterijs, ſeu domibus Regularibus, aut quibuſuis alijs Eccleſijs, vel beneficijs, ſiue Regularibus, ſiue ſecularibus incumbentem exerceant, ſiue alias Eccleſiaſtica Sacramenta, aut vnum ex illis miniſtrent præuia Epiſcopi licentia, & approbatione, ſiue quoquo modo in dicta cura exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel alicuius ex illis adminiſtratione de facto abſque vlla auctoritate ſe ingerant, in his, quæ eiuſmodi curam, ſeu adminiſtrationem concernunt, omnimodæ iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni diœceſani Epiſcopi tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati plenè in omnibus ſubijciantur.* Hactenus dicta conſtitutio.

Super qua ſacra Cardinalium Concilij Trident. interpretum Congregatio inter aliquas declarationes S.D.N. Vrbano VIII. approbante, quas originales, & authenticas, & deinde in Typographia R. Cameræ Apoſtolicæ impreſſas vidi de anno 1623. cenſuit.

19. *Eam nequaquam ſubijcere Regulares exemptos, quibus cura animarum perſonarum ſecularium non incumbit, Epiſcoporum iuriſdictioni in his, quæ Sacramentorum adminiſtrationem concernunt, niſi cùm in Sacramentis perſonis ſecularibus adminiſtrandis, idem Regulares delinquunt.*

20. *Epiſcopis non licere in vim eiuſdem conſtitutionis viſitare Altaria Eccleſiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura perſonarum ſecularium nec loca, vbi in eiſdem Eccleſijs aſſeruatur ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum, vel vbi confeſſiones perſonarum ſecularium audiuntur.*

*In vim illius conſtitutionis non poſſe Epiſcopos Regularibus preſcribere, vt certis tantùm in locis, aut temporibus, aut certarum perſonarum confeſſiones audiant, vel aliàs illorum priuilegia in Sacramentis adminiſtrandis reſtringere, aut moderari, quòd ſi aliunde Epiſcopis huiuſmodi facultas competat, illam non fuiſſe ab eadem conſtitutione ſublatam.* poſt primam huius operis impreſſionem refert Tamburin. *d. tom. 3. diſp. 5. quæſt. 11. num 46.*

21. γ *Et correctioni Epiſcopi.*] Regularem tamen delinquentem extra Sacramentorum adminiſtrationem, & curam animarum, non ab Epiſcopo, ſed à ſuis ſuperioribus puniri, referunt deciſum Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. Parochus 3.* Aloyſ. Ricc. *d. reſolut. 513. num. 2. & reſolut. 532.*

22. δ *Nec ibi aliqui etiam ad nutum*, &c.] Quòd ita ad Epiſcopum pertinet hæc poteſtas viſitandi monaſteria tam Regularia, quàm ſecularia circa ipſorum curam, & Sacramentorum adminiſtrationem, vt nulli, etiam ad nutum amouibiles, poſſint deputari niſi de Epiſcoporum ordinariorum conſenſu, & præuio per eum, & eius Vicarium, & examinatores ſynodales, examine, refert Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part. 1. capitulo 8. numero 20.* vbi ſubdit, quòd Clemens VIII. mandauit ita ſeruari hoc decretum, excipiendo aliqua monaſteria, & capita Ordinum, non obſtante conſtitutione Pij V. qua voluit, vt in omnibus Eccleſijs Parochialibus, in quibus cura animarum, etiam laicorum exercetur, habeant Ordinarij facultatem eius Eccleſias, & perſonas viſitandi, ac corrigendi.

Epiſcopum quoſcunque Canonicos, & Dignitates, ac alios clericos exemptos, & non exemptos ad curam animarum exercendam conſtitutos quoad inhabilitatem, non obſtante quocunque priuilegio, aut conſuetudine in contrarium, examinare, & viſitare poſſe, conſuluit Nauarr. *conſil. 4. de tempor. ordin. in antiq.* alias *conſil. 8. de priuileg. in nouis*, Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo tit. de tempor. Ordin. deciſ. 5.* Ego ipſe *d. alleg. 74. num. 19.* 23.

Curam animarum exercentes, ſiue ſeculares, ſiue Regulares ſint, poni debere ad arbitrium ſuperiorum ipſorum Regularium, non autem ad arbitrium Epiſcopi, niſi quòd examinari, & approbari priùs ab eo debent, antequam ponantur, deciſum aſſerunt Piaſec. *dicto part. 2. cap. 3. num. 46. pag* 182. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 5. §. 3. num. 34.* 24.

Facultas ex hoc decreto data Ordinarijs viſitandi perſonas exercentes curam animarum in monaſterijs virorum, aut mulierum, intelligitur data cumulatiuè, non autem priuatiuè ad eam, quæ competit Abbati, & alijs ſuperioribus Regularibus. Ita Rota *in Piſcien. iuriſdictionis 15. Iunij 1590. coram Plato, & in eadem 20. Octobris 1593. coram Penia.* 25.

Si capella, in qua exercetur cura animarum, exiſtat intra monaſterium, tunc ius viſitandi datum Ordinario in hoc cap. intelligitur ſolùm reſpectu perſonarum exercentium curam animarum in capella, non autem, quòd poſſit viſitare ipſam capellam, Rota *in d. Piſcien. coram Plato, & in Ciuitaten. viſitationis 11. Februarij 1594. coram Cardin. Seraph.* 26.

Hoc decretum non habet locum in monaſterijs, in quibus Abbates habent vtramque iuriſdictionem, Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, Rot. *in Marſicana iuriſdictionis 27. Iunij 1587. coram Robuſterio, & in eadem 23. Octobris 1589. coram Comitulo, & in Legionen. ſancti Facundi 19. Martij 1590. coram Cardin. Pamphilio ſeniore, & in nullius 11. Februarij 1594. coram eodem.* 27.

Iuriſdictio, de qua in hoc decreto, in perſonas exercentes curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, competit etiam Ordinario inferiori habenti iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, Rot. *in Piſcien. iuriſdictionis 16. Octobris 1580. & 5. Maij 1589. coram Gipſio, & in eadem 20. Octobris 1593. coram Penia, & 15. Iunij 1590. coram Plato.* 28.

ε *Aut eius Vicarium faciendo.*] Vide Sbroz. *de offic. Vicar. lib. 2. quæſt. 111. num. 9. & 10.* Refert Stephan. Daluin. *d. c. 14. num. 2.* ſacram Congregat. cenſuiſſe quòd nominatio, ſeu electio Vicarij ſpectat ad Abbatem ſiue Rectorem, vtique primatiuum, approbatio ad Epiſcopum, de cuius conſenſu Vicarius amouibilis eſt deputandus ad nutum; poteſt amoueri ab Abbatibus & Rectoribus, non autem ab Epiſcopo, niſi ex cauſa legitima atque approbata, præterquam, etiamſi perpetuus eſſet, priuari poſſet. 29.

ζ *In quibus Abbates*, &c.] Vide Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 6. l. 5. §. 2. num. 91.* quem refero Ego ipſe *d. allegat. 74. num. 12. in fine.*

---

*Regulares in ſuis Eccleſijs publicent, & ſeruent cenſuras & interdicta emanata nedum à Sede Apoſtolica, ſed promulgata etiam mandante Epiſcopo. Dies feſti præcepti ab Epiſcopo per Regulares etiam ſeruentur.*

## CAPVT XII.

1 *Doctores de materia primæ partis huius cap. agẽtes.*
2 *Priuilegia iure communi conceſſa Regularibus celebrandi tempore interdicti an ſint reuocata per hoc decretum.*
3 *Feſtos dies, quos in ſua diœceſi Epiſcopus ſeruandos præceperit, Regulares quoque ſeruare tenentur.*
4 *Regularium ritus feſtis diebus ſemper permanere debent quoad Miſſas celebrandas.*
5 *Regulares non prohibentur dies feſtos & ieiunia in ſuis Eccleſijs annunciare.*
6 *Epiſcopus non poteſt compellere Regulares exercentes curam animarum in eorum monaſterijs ad intereſſendum diuinis in diebus ſanctorum Protectorum.*

7 Regula-

7 *Regulares per Epiſcopum compelli poſſunt cenſuris ad obſeruantiam feſtorum per illum, cum approbatione populi indictorum.*

8 *Sed quoad octauam non poſſunt.*

9 *Iudices laici poſſunt pœnas imponere contra non obſeruantes dies feſtos.*

Cenſuræ, & interdicta, nedum à Sede Apoſtolica emanata, ſed etiam ab Ordinarijs promulgata, mandante Epiſcopo, à Regularibus in eorum Eccleſijs publicentur, atque ſeruentur. a *Dies etiam feſti*, quos in diœceſi ſua ſeruandos idem Epiſcopus præceperit, ab exemptis omnibus, etiam regularibus, ſeruentur.

1. Vide Fuſc. de viſitat. lib.2. cap.15. num.62. Henriq. in ſumm. lib.13. cap.42. §.3. in fin. Fr. Emman. in addit. ad Bullam Cruciatæ fol. mihi 29. Fr. Ioan. à Cruce de ſtat. Relig. lib.2. cap.7. dub.2. Franc. Leo in theſauro fori Eccleſiaſt. part. 1. cap.8. num.19. Piaſec. in praxi Epiſcop. part.2. cap.3. num.47. verſ. cenſuras, Vgolin. de offic. Epiſcop. cap. 20. §.3. num.3. Campan. in diuerſ. iuris Canon. rubr. 12. cap.13. nu.114. cum ſeqq. Aloyſ. Ricc. in praxi aurea reſol.210. verſ. quintò. Homobon. de Bonis de examine Eccleſiaſtico tract.11. cap.12. quæſt.23. ſuppoſit.2. & 3. Eraſm. à Cochier de iuriſdict. Ordin. in exempt. part.2. quæſt.45. num.46. Laurent. de Perinis in conſtitut. ſui Ordinis minimor. tom.1. conſtitut.26. Leonis X. num.33. cum ſequentibus, Hieronym. Venero, y Leyua de examine Epiſcop. lib.6. cap.8. num.13. cum ſeqq. Laurent. de Franchis de controuerſ. inter Epiſcop. & Regular. quæſt.6. verſ. quintò fallit, & quæſt.20. reſoluit quòd ſi Regularis ſit excommunicatus à Iure, poteſt Epiſcopus mandare ipſum denuntiari publicè vt euitetur. Sanch. in conſil. moralibus tom.2. lib.6. cap.9. dub.3. num.10. latè Tamburin. de iure Abbatum tom 3. diſput.5. q.11. num.53. metipſum de offic. & poteſt. Epiſcopi part.3. allegat.105. num.43.

Non poſſe Epiſcopum denuntiare Regulares incidiſſe in excommunicationem à Iure, vel Apoſtolicis Conſtitutionibus inflictam reſoluunt Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccleſ. cap.42. num.25. Nauarr. in lucerna Regularium, verb. interdictum num.2.

2. Vtrùm autem priuilegia Regularibus conceſſa in cap. cùm & plantare, §. quòd ſi Templarij, & in cap. vt priuilegia, de priuileg. & in cap. vltim. eod. tit. in 6. & in cap. alma mater, de ſentent. excomm. eod. lib. & alibi ad celebrandum tempore interdicti, & admittendos laicos ad Diuina eodem tempore, ſint reuocata per hoc decretum, & aliud infrà cap.22.

Affirmatiuam partem conſtanter tuetur Nauarr. in man. cap.27. num.190. & latiùs conſ.7. de priuileg. in nouis, cuius ſententiam veriſſimam eſſe contendit Nicol. Garc. de benefic. part.3. cap.2. ex num.278. & conſultos ab Epiſcopo Abulenſi Illuſtriſſimos Cardinales Concilij Trident. interpretes, ita reſpondiſſe teſtis eſt ipſe Garc. ad tract. de benefic. part.5. cap.8. num.87. verſ. ad 8. idem aſſerit Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.2. tit.18. l.7. de Relig. num.73. quem refero Ego ipſe de officio, & poteſt. Epiſcopi part.3. allegat.105. num.44.

Contra Henriq. in ſumm. lib.13. cap.48. §.1. Fr. Emman. in Bullam Cruciatæ § 5. num.15. & in addit. num.13. & 35. & quæſt. regular. tom.2. quæſt.112. art.1. Sayr. de cenſur. lib.5. cap.13. num.24. & 25. Fr. Ioan. à Cruce d. cap.7. dub.2. concluſ.2. Bonacin. de cenſur. extra Bull. Cœnæ diſput.2. quæſt.8. part.14. num.11. Fr. Ludouic. Miranda in Man. Prælat. tom.2. quæſt. 37. art.12. Homobon. de Bonis d. quæſt.25. reſol.1. exiſtimantes ſpecialia Regularium priuilegia, vt pro ſuis feſtis, vel alijs certis diebus non ſeruent interdicta, Tridentino huiuſmodi decreto non eſſe reuocata.

3. a *Dies etiam feſti*, &c.] Dies feſtos, quos in ſua diœceſi Epiſcopus ſeruandos præceperit, Regulares quoque ſeruare teneri per hunc taxt. tradunt Fuſc. de viſitat. lib.2. cap.15. num.63. Fr. Emman. quæſt. regul. tom.2. quæſt.70. art.1. & 2. & quæſt.108. art.2. in fine, Piaſec. in praxi Epiſcop. part.2. cap.3. num.47. verſ. dies feſtos Aloyſ. Ricc. in praxi aurea, reſol.210. verſ. ſexto, Vgolin. de offic. Epiſcopi, capitul.20. §.3. num.1. Campan. in diuerſ. iuris canon. rub.12. cap.13. ex num.91. Eraſm. à Cochier de iuriſdict. Ordinarij in exemptos, part.2. quæſtiones 45. numer.55. Laurent. de Perinis in conſtit. ſui Ordinis Minimor. tomo 1. conſtit.28. Leonis X. à numero 2. Marcel. Vulpe in praxi iud. fori Eccleſ. capitul. 42. numero 10. Laurent. de Franchis in controuerſ. inter Epiſcop. & Regul. quæſtione 6. verſ. ſextò fallit, Nouar. in lucerna Regular. verb. feſtis dies, Trullench in expoſit. Decalogi libro 3. capitul.1. dub.2. numero 12. nouiſſimè Tamburin. de iure Abbatum tom.3. diſputatione 15. quæſtione 11. numer.54. Sed aduertit Sel. in ſelect. canon. cap.17. num.8. hoc decretum non tribuere Epiſcopis maiorem facultatem dies feſtos indicendi, quàm habeant à iure communi, & refert ita deciſum ſub die 15. Decembris 1629.

4. Decretum huius cap. ita intelligendum eſſe, vt Regularium ritus illis feſtis ſemper permaneant quoad Miſſas celebrandas, & cætera diuina Officia, tam publicè, quàm priuatim ab ipſis Regularibus in eorum Eccleſijs perſoluenda, nec circa hæc ab Epiſcopis quoquomodo quicquam in contrarium eiſdem Regularibus præcipi poſſe, quòd ſi de facto præceperint, Regulares neutiquam ipſis Epiſcopis obedire teneri, verùm quoad conciones, & lectiones, quas ijdem Regulares ad populum habuerint, debere ſe conformare Euangelijs, & Epiſtolis, quibus clerus ſecularis vtitur illi diebus feſtis, referunt deciſum Quarant. in ſumma Bullarij, verb. priuilegia Regularium, Piaſec. citato loco, Vgolin. de officio Epiſcopi, cap.20. §.3. num.2. Laurent. de Perinis d. conſtitut. 28. Leonis X. num.2. Ego ipſe d. allegat.105. num.34. & 35. Tamburin. d. tom.3. diſput.15. quæſt.11. ſub num.54.

5. Regulares non prohiberi dies feſtos, & ieiunia in ſuis Eccleſijs annuntiare per ſacram Concilij Congregationem ſub die 2. Iulij 1620. deciſum refert Laurent. de Perinis in conſtitut. ſui Ordinis Minimorum. tom.2. conſtitut.7. Pij V. num.13. verſic. ad primum, pag.193. Tamburin. d. tom.3. diſputat.15. quæſt.11. num.54. in fine.

6. Epiſcopus non poteſt compellere Regulares exercentes curam animarum in eorum monaſterijs, vel alijs eiſdem vnitis ad intereſſendum officijs diuinis diebus Sanctorum Protectorum ciuitatis in Eccleſia Cathedrali, ita Sel. in ſelectis canon. cap.2. num.3. vbi refert deciſum ſub die 5. Decembris 1626.

7. Regulares per Epiſcopum compelli poſſunt cenſuris ad obſeruantiam feſtorum per illum cum approbatione populi indictorum, Sel. dict. cap.2. numero 11. vbi teſtatur ita reſolutum in Hoſtunen. 31. Iulij 1627.

8. Regulares quoad feſtum poſſunt cogi ad eius obſeruationem, ſed quoad octauam non poſſunt, at ſeruandæ ſunt rubricæ Breuiarij & decreta nouiſſima S. Congregat. Rituum, Aldan. in compend. canon. reſolut. lib. 1. tit.31. num.10. vbi dicit ſic deciſum fuiſſe ſub die 21. Iulij 1629.

9. Iudices laici poſſunt pœnas imponere contra non obſeruantes dies feſtos, verùm ſi Epiſcopus dederit licentiam alicui laboranti in die feſto, non poſſunt propterea dicti iudices laici illum punire vt tranſgreſſorem feſtorum, ſtante licentia obtenta ab Epiſcopo, Aldan. d. tit.31. num.15. vbi ait ſic fuiſſe reſolutum ſub die 9. Nouembris 1619.

*Epiſcopi locorum componant lites præcedentiæ inter Regulares, omni appellatione remota. Et vocati ad proceſsiones accedant omnes, etiam exempti clerici tam ſeculares, quàm Regulares.*

## CAPVT XIII.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*

2 *Epiſcopi præcedunt iuxta tempus ordinationis.*

3 *Commendatarij in Concilijs quo loco ſedere debeant.*

4 *Societas ſanctiſſimi Sacramenti in omnibus actibus diei feſti corporis Chriſti præcedere debet.*

5 *Collegiata inſignis ab eius erectione præcedit alijs Collegiatis quamuis antiquioribus.*

6 *Minores de Obſeruantia & Ieſuati quomodo procedant.*

7 *Controuerſias ortas ſuper præcedentijs inter Regulares ipſos componit Epiſcopus quando ex ipſis controuerſiis ſequitur ſcandalum.*

8 *Epiſcopus controuerſias de præcedentijs omni appellatione remota componit.*

9 *Quoad effectum ſuſpenſiuum dumtaxat.*

10 *Breui manu, ſummariè, & de plano.*

11 *Conſuetudo loci attenditur in præcedentijs.*

12 *Etiamſi conſuetudo iuri repugnet.*

13 *Poſſeſſio etiam contra ius eſt manutenibilis, quando eſt alicuius temporis conſiderabilis.*

14 *Poſſeſſio pręcedentiæ debet attendi tam in publicis, quàm in priuatis proceſſionibus.*

15 *Confraternitates antiquiores, & quę priùs ſachis vſæ fuerint, deficiente conſuetudine ſunt pręferendę.*

16 *Epiſcopus quarumcunque Confraternitatum etiam laicorum controuerſias componere poteſt.*

17 *Exempti omnes tam ſeculares, quàm Regulares quicunque etiam Monachi ad accedendum ad pulicas proceſſiones compelli poſſunt.*

18 *Regulares quantumuis exempti tenentur accedere ad omnes & quaſcunque proceſſiones publicas, & conſuetas.*

19 *Regulares, qui non accedunt ad proceſſiones ab Epiſcopo indictas, ab ipſo puniri poſſunt per cenſuras.*

10 *Regulares degentes in monaſterijs, quę per dimidium milliare diſtant à ciuitate, non tenentur accedere ad proceſſiones.*

21 *Sacerdotes Religionis Hieroſol. inſeruientes Eccleſiis vocari & compelli poſſunt ad proceſſiones.*

22 *Clerici omnes diœceſani quantumuis exempti etiam beneficia ſimplicia in diœceſi obtinentes poſſunt per Epiſcopum compelli ad proceſſiones.*

23 *Epiſcopus poteſt cogere Canonicos, & alios Preſbyteros beneficia, vel officia Eccleſiaſtica obtinentes vt accedant ad publicas proceſſiones.*

24 *Illi qui ſunt nullius diœceſis, non comprehenduntur ſub hoc decreto.*

25 *Degentes extra ciuitatem in locis in quibus habent plebem, non comprehenduntur ſub hoc decreto.*

26 *Confraternitates laicorum inuitari, non autem compelli poſſunt vt vadant ad proceſſiones.*

27 *Confratres ad conueniendum ſolitis proceſsionibus compellere poteſt Epiſcopus ſub pœnis arbitrio illius.*

28 *Confraternitates poſſunt compelli accedere ad proceſsiones pręcedente monitione, & à pęnis in principio abſtinendum.*

29 *Fratres Prædicatores in proceſsione facienda per ipſos Dominica infra octauam Corporis Chriſti debent manuteneri ab Epiſcopo.*

30 *Monachus curam animarum exercens cogitur ire ad proceſsiones.*

31 *Fratribus non licet Feria V. in Cœna Domini, nec in feſto Corporis Chriſti facere proceſsionem cum ſanctiſsimo Sacramento.*

32 *Monachi ſanctiſsimæ Trinitatis Cauen. non poſſunt cogi ad proceſsiones.*

33 *Societatis Ieſu Religioſi & perſonæ, ad proceſsiones accedere non cogantur.*

34 *Clerici Regulares Matris Dei ſcholarum piarum ſunt exempti ab acceſſu ad proceſsiones.*

35 *Epiſcopus eſt manutenendus in poſſeſsione cogendi confratres laicos accedere ad proceſsiones.*

36 *Epiſcopus poteſt præcipere Regularibus in ſua diœceſi commorantibus vt eant ad proceſsiones publicas.*

37 *Beneficiati non tenentur niſi ad eas proceſsiones, ad quas reliqui omnes tenentur accedere.*

38 *Clerici ſeculares in fundatione Eccleſiæ exempti à iuriſdictione Ordinarij poſſunt ab eo compelli accedere ad proceſsiones.*

39 *Proceſsionibus intereſſe compellendi non ſunt ab Epiſcopo Sacerdotes nullum officium, aut beneficium habentes.*

40 *Proceſsiones publicæ quæ dicantur.*

41 *Proceſsiones dirigendæ ſunt, quo voluerit Epiſcopus cum conſilio Capituli.*

42 *Proceſsiones edicere, decernere, dirigere, atque deducere Epiſcopi eſt cum conſilio tantum Capituli.*

43 *Proceſsiones dirigere, & eas determinare, quæ non ſunt de iure, ſpectat ad Epiſcopum.*

44 *Proceſsiones dirigere pertinet ad Epiſcopum non obſtante etiam immemorabili conſuetudine.*

45 *Proceſsiones facere per Parochiam ad Curatos ſpectat.*

COntrouerſias omnes de præcedentia, *α quæ perſæpe cum ſcandalo oriuntur* inter Eccleſiaſticas perſonas, tam ſæculares, quàm regulares, cùm in proceſſionibus publicis, tum in ijs, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, & in deferenda vmbella, & alijs ſimilibus, *β Epiſcopus, amota omni appellatione*, & non obſtantibus quibuſcumque, *γ componat*, *δ exempti autem omnes*, tam clerici ſæculares, quàm regulares, quicunque, etiam monachi *ε ad publicas proceſſiones* vocati, accedere compellantur, ijs tantum exceptis, qui in ſtrictiori clauſura perpetuò viuunt.

1. VIde Fuſc. *de viſitat. lib. 2. cap. 15. nu. 65. & 66.* Menoch. *conſ. 126. num. 2. cum ſeqq.* Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. præcedentia*, Valenz. *conſ. 1. vol. 1.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 3. num.* 48. Stephan. Gratian. *Marchia deciſ. 232. num. 3. cum ſeqq.* Mich. Aggia *in tract. de exhibendis auxil. fundam. 5.* Valenzuela *conſil. 1. num. 5. cum ſeqq. & conſil.* 184. Lauret. de Franchis *in controuerſ. inter Epiſcop. & Regul. cap. 6. verſ. 2.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. cap. 42. num. 8.* Sanch. *in conſil. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 9. dub. 3. num. 11.* nouiſſimè Tamburin. *de iure Abbatum tom. 3. diſput. 5. quæſt. 11. num. 55. & num. 81.* Perez de Lara *de anniuerſar. & capellan. lib. 1. cap. 24. num. 29.* Campan. *in diuerſor. iuris canon. rub. 12. cap. 12. & cap. 13. num. 117. cum multis ſeqq.* Franc. Leo. *in theſauro fori Eccleſiaſt. part. 1. cap. 8. num. 18.* Mari. Antonin. *variar. reſolut. libro 1. reſolut. 112. caſ. 35.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ. 362. in 1. edit.* aliàs *reſolut. 308. in 2. edit. & in praxi aurea reſolut.* 101. *&* 103. vbi de intellectu Bullæ Gregorianæ Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib. 1. titul. 14. l. 24. §. 31. de proceſſionibus.* Eraſm. à Cochier *de iuriſdict. ordin. in exemptos, part. 2. quæſt. 45. num. 50. & num. 109.* Hieron. Venero, y Leyua *in examine Epiſcop. lib. 6. cap. 18.* latiſſimè Salgado *de protect. Regia, tom. 1. part. 2. cap. 9.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part. 3. allegat. 78. num. 26. cum ſeqq.* Rot. *in Romana præcedentiæ 24. May 1600. coram Cardin. Lancelloto, & in Colonien. præcedentiæ 9. Iunij 1627. coram Vbaldo.* Circa præcedentias in funeralibus latè agit Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. titul. 2. capitulo 3. ex numer.* 207. Quis autem modus in controuerſijs de præcedentijs componendis ſeruandus ſit, declarauit Gregorius XIII. *ſua conſtit. incip. Expoſcit. 15. Iulij* 1582. quam referunt Quarant. *d. verb. præcedentia pag.* 396. aliàs 404. in noua edit. Piaſec. *d. cap. 3. num.* 48. Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. cap. 52. in fine*, Salgado *d. cap. 9. num. 26. &* 27. & illius meminit Mich. Ferrus *de præcedent. Eccleſiaſt. q. 16. num. 3.*

2. Pro præcedentia Epiſcoporum in Concilijs Prouincialibus attendendum eſt tempus ordinationis, non autem dignitas Eccleſiarum, vel earum ordo, & præeminentia, Sel. *in ſelect. canon. cap. 13. num.* 28. vbi atteſtatur ſic fuiſſe deciſum *ſub die 19. Aprilis* 1596.

3. Commendatarij monaſteriorum, ſiue Abbatiarum in Concilijs Prouincialibus ſunt recipiendi inter Abbates, eiſque Canonici Cathedralis ſunt præferendi quando capitulariter procedunt, ſed extra hunc caſum Abbates titulares, vel habentes vſum Mitræ debent præcedere Commendatarijs, poſt hos locum obtinent dignitates, & poſt dignitates collocandi ſunt procuratores Eccleſiarum cathedralium, refert deciſum Sel. *d. cap. 13. num.* 40.

4. Societas ſanctiſſimi Sacramenti in omnibus actibus diei feſti Corporis Chriſti præcedere debet etiam in deferendo baldachinum, dummodo accedat ad alias proceſſiones, ita Aldan. *in compend. Canon. reſol. lib. 1. tit. 23. num. 2.* vbi teſtatur ſic fuiſſe reſolutum per S. Congregat. Rit. *in Lauden. 12. Iulij* 1628.

5. Collegiata inſignis ab eius erectione præcedit alijs Collegiatis, quamuis antiquioribus, ex Aldan, *d. loco*, qui refert ita deciſum per eandem S. Congregat. *in Firmana 24. Maij* 1612.

6. Præcedere debent illis ex Fratribus Ordinis Minorum de Obſeruantia, & Ieſuatorum, quorum monaſterium, ſeu domus eodem in loco priùs extructum fuerit, Aldan. *dict. titulo 23. num. 5.* vbi dicit reſolutum per S. Congregat. Epiſcop. 15. *Iulij* 1616. Et hoc iuxta Bullam Gregorij XIII. incip. *Expoſcit paſtoralis, die 15. Iulij* 1583. vbi inter alia ſtatuitur quod inter Mendicantes præfertur & præcedit Ordo, qui prius monaſterium habuit in loco differentiæ, cuius Bullæ meminit Valenzuela *conſil. 1. nu.* 78. vbi ſubdit eam non habere locum in Religionibus non Mendicantibus. Et affirmat Gama *Luſit. deciſ. 1. num.* 7. quòd non ſemel vidit Romæ in proceſſione publica, in qua ſummus Pont. incedebat, vt Monachi, qui loca ſummo Pont. proximiora occupabant, cæteris præeuntibus anteferri cenſerentur. Primum enim locum obtinebant Canonici Regulares S. Saluatoris in Lauro; ſecundum de Pace; tertium Monachi S. Pauli; quartum qui vocantur ſancti; quintum ſancti Petri in Vincula; ſextum ſancti Alexij; ſeptimum ſancti Dominici; octauum Seruiti. Deinde præibant Monachi S. Clementis, poſtea Carmelitani, deinde S. Auguſtini Obſeruantes, poſtea S. Auguſtini, ſanctæ Mariæ de Populo: Obſeruantes S. Franciſci. Item Clauſtrales S. Franciſci: Capuccini Franciſcani; S. Stephani Rotundi, Sanctiſſimæ Trinitatis, S. Inofrij; Ieſuati, quod an hodie ita obſeruetur Romæ, nunquam obſeruaui; adſunt tamen hac de re plures ſacræ Congregat. Rituum, & Epiſcoporum declarationes in occurrentibus caſibus, quarum plures adduxi *in tract. de iure Eccleſiaſtico vniuerſo lib. 1. cap. 43. num. 183. cum ſeqq.* Non deſunt etiam nonnullæ ſacræ Rotæ deciſiones, quas tranſcripſit Tamburin. *in fine tom. 3. de iure Abbatum deciſ.* 110. vbi fuit tantum quod Oliuetani in locis vbi collegialiter viuunt, præcedunt Monachis Montis Virginis viuentibus vti ſingulis, & priuatis, & *deciſ.* 111. quod Monachi Religionis poſteriùs approbatæ collegialiter viuentes præcedunt Monachos alterius Religionis priùs inſtitutæ, viuentibus tamen vti ſingulis, & priuatis, & idem probat *deciſ.* 112.

7. *α Quæ perſæpe cum ſcandalo oriuntur.*] Facultatem datam Epiſcopo in hoc decreto ad ſedandas controuerſias ſuper præcedentijs ortas inter ipſos Regulares intelligi tantùm, quando ex ipſis controuerſijs ſequitur ſcandalum, non ita ſi illud non ſequatur, exiſtimant Decian. *conſil. 63. num. 10. lib. 2.* Cenod. *Canon. quæſt. lib. 1. quæſt. 26. nu.* 17. Salgado *d. cap. 9. num.* 101.

8. *β Epiſcopus amota omni appellatione.*] Vide Fr. Emman. *quæſtione Regular. tom. 3. quæſt. 57. articulo 3.* Piaſec. *dict. capitulo 3. numer. 47. verſic. controuerſias*, Zerol. *in praxi Epiſcop. verb. proceſſiones, verſic. ad tertium*, Campan. *dict. cap. 12. num. vltim. & dict. cap. 13. num.* 120. Aloyſ. Ricc. *part. 1. deciſ. 90. num.* 1.

9. Procedere quoad effectum ſuſpenſiuum dumtaxat, aſſerit reſolutum Salgado *de protect. Regia, tom. 1. part. 2. cap. 9. nu.* 99. & Armendar. *d. tit. 14. l. 28. §. 31. nu.* 10. quem refero Ego ipſe *d. allegat. 78. num.* 26. & hoc decretum non tollere appellationem deuolutiuam, cenſuit Rot. *in dict. Colonien. præcedentiæ, verſic. non obſtat. quod in Concil.* impreſſa per Poſtium poſt ſuum tract. *mandati de manutenendo deciſ.* 32.

10. *γ Componat.*] Breui ſcilicet manu, ſummariè, & de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, prout deciſum referunt Franc. Leo *d. c. 8. num.* 18. Campan. *d. cap. 13. num.* 120. Salgado *d. c. 9. num.* 15. Armendar. *d. num.* 10.

Obſeruans, quòd in Alma vrbe omnium magiſtra ſeruatur ſecundùm Quarant. *d. verb. præcedentia*, & Piaſec. *d. num.* 48.

11. Et attendens conſuetudinem loci, vt per Medic. *Marchiæ deciſ.* 21. Seraph. *deciſ. 335 & 663. & 964 num.* 1. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part. 4. collect.* 1069. In materia enim præcedentiarum ius defert conſuetudini. Bald. *in capitulo cum olim, numer. 1. & ſeq. de conſuet.* Felin. *in cap. ſtatuimus, in princip. de maior. & obedient.* Card. *conſil. 62. num.* 1. Dec. *in l. cum quid, numer.* 59. *& ibi* Cagnol. *numer. 42. ff. ſi cert. pet.* Rim. iun. *conſil. 95. num. 22. lib.* 1. Natt. *conſil. 62. in fine.* Menoch. *conſil. 51. num. 49. & conſil. 126. num. 2. & 3.* Caualer. *deciſ. 649. num.* 1. Campan. *d. rub. 12. ſub numer.* 12.

Molſeſ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Molfeſ. *ad conſuet. Neapolit. part.1. cap.5. ſub num.21.* Sal-
gado *d. cap.9. num.18.* Beſold. *in differt. iuridica politica*
*de præced. & ſeſſionis prærogatiuis cap.3. num.8.* Valenz. *tom.2.*
*conſil.201. num.42. cum ſeqq.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ.*
*tom.1. cap.106. à num.8. & tom.2. cap.298. num.8. & tom.3.*
*cap.590. num.93.* D. Conterol. *de præced. num.6.* Mich. Ferr.
*de præcedent. Eccleſiaſt. quæſt.18. à num.7.* Tamburin *d. tom.*
*3. diſput.5. quæſt.11. num.81. & in fine tractatus deciſ.1. nu-*
*mer.3.* & fuit dictum *in Seguntina præcedentiæ 22. Iunij 1609.*
*coram Cardinal. Pamphilio, & in eadem 8. Martij 1613.*
12. *coram bonæ memoriæ Vbaldo, & in d. Colonien. præcedentiæ,*
Quod procedit etiamſi conſuetudo iuri repugnet. Me-
noch. *conſil.51. num.51.* Seraph. *deciſ.964. num.1.* Gregor.
13. *deciſ.124. num.2. & 4.* & ideò etiamſi poſſeſſio ſit contra
Ius, eſt manutenibilis, quãdo eſt alicuius temporis con-
ſiderabilis, Franc. *in cap. ad decimas, num.8. in 4. notabil. de*
*reſtitut. ſpoliat. in 6.* Couarr. *in practic. cap.17 ſub num.6. verſ.*
*quarto,* Rot. *deciſ.534. num.7. & deciſ.595. num.4. part.1. di-*
*uerſ. & inter recent. deciſ.685. num.3. part.1.* Gregor. *deciſ.*
360. vbi adden. *ſub num.10.* & fuit dictum *in Calciaten. de-*
*cimarum 10. Iunij 1611. coram Cardin. Pamphilio iun. & in*
*Oueten. iuriſdictionis 22. Martij 1626. coram Vbaldo.* Tam-
burin. *vbi ſuprà.*

14. Si autem nulla ſit conſuetudo demonſtrans prælatio-
nem, nullamque quaſi poſſeſſio præcedẽtiæ, quæ etiam
debet omninò attendi, tam in publicis, quàm in priuatis
proceſſionibus, Perez de Lara *de anniuerſ. & capell. lib.1.*
*cap.24. num.26.* Campan. *d. c.12. num.12.* Salgado *d. cap.9.*
15. *num.19.* tunc antiquiores Confraternitates, & quæ priùs
ſachis vſæ fuerint, meritò præferendæ ſunt. Gratian. *dict.*
*deciſ.232. num.2.* Perez de Lara *d. cap.24. num.27.* Zerol. *d.*
*verb. proceſſiones, verſ. ad tertium.* Campan. *d. cap.12. num.12.*
*verſ. ſed cùm in proceſſionibus.* Salgado *d. cap.9. num.26.* vbi
*num.27.* ſubdit idem eſſe tenendum inter Religiones, &
*num.29. cum ſeqq.* ait conſtare ex dicta Bulla Gregorij, vt
inter Mendicantes, quaſi poſſeſſio præcedentiæ atten-
datur, ſin minus de hac quaſi poſſeſſione conſtiterit, il-
los preferendos eſſe, qui priùs in illa ciuitate, villa, ſeu lo-
co ſuum monaſterium habuerunt, & *num.34.* concludit,
quòd ſi de prioritate, vel poſterioritate non conſtiterit,
digniores præferendos eſſe.

16. Decretum in preſenti cum ſupradictis reſolutionibus
eſſe extendendum, & intelligendum in quibuſcunque
Confraternitatibus, etiam locorum, vt in eis ordinarius
Eccleſiaſticus poſſit pariter componere controuerſias
& tumultus incidentes, & contingentes, & quòd inter
eos definierit eſſe appellatione remota executioni man-
dandum, reſoluunt Gutier. *canon. lib.1. cap.35.* Gratian. *d.*
*deciſ.232. num.1.* Zerol. *d. verſ. ad tertium,* Perez de Lara
*d. cap.24. num.29. & 31.* Campan. *d. rubr.12. c.13. num.112.*
Salgado *d. cap.9. num.2.*

17. § *Exempti autem omnes,* &c.] Exemptos omnes tam ſe-
culares, quàm Regulares quoſcunque, etiam Monachos
ad accedendum ad publicas proceſſiones compelli poſ-
ſe, tradunt Marc. Anton. Cuch. *inſtit. maior. lib.2. tit.1. nu.*
55. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.3. quæſt.11. num.18.*
Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. part.1. cap.8. num.18.* Ste-
phan. Gratian. *Marchiæ deciſ.232.* Perez de Lara *de anni-*
*uerſar. & capellan. part.1. cap.24. num.14.* Campan. *d. rubr.12.*
*cap.13. num.117.* Cened. *canon. quæſt. lib.1. quæſt.26. num.15.*
latè Salgado *d. cap.9. num.102. cum ſeqq.* Fuſc. *de viſitat. lib.*
*2. cap.8. num.12. & cap.15. num.64.* Zerol. *in praxi Epiſcop.*
*part.1. verb. proceſſiones, §.2.* Fr. Emman. *quæſt. Regular. to.3.*
*quæſt.36. art.1.* Mari. Antonin. *variar. reſol. lib.1. reſol.103.*
*num.16.* Ego ipſe *d. alleg.78. num.8.* Lezana *in ſumm. q. Re-*
*gul. cap.9. num.47.*

18. Regulares quantumuis exemptos teneri accedere ad
omnes, & quaſcunque proceſſiones publicas, & conſue-
tas, aut indictas pro bono publico, aut honore, reſoluũt
Fr. Emman. *d. art.1.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſtici,*
*part.4. cap.2. num.143.* Vgolin. *de officio Epiſcop. cap.20. §.2.*
*num.4.* Eraſm. à Cochier *de iuriſd. ordinar. in exemptos, par.2.*
*q.45. num.109.* Armendar. *d. loco num.15.* Ego ipſe *d. alleg.*
78. *num.14.* Valenzuel. *conſil.1. num.4. & 5.*

19. Regulares, qui non accedunt ad proceſsiones ab Epi-
ſcopo indictas, ab ipſo puniri poſſe per cenſuras, & pœ-
nas arbitrarias, quas ſuprà memini *num.1.* referunt deci-
ſum Perez de Lara *d. cap.24. num.14.* Zerol. *part.1 verb. pro-*
*ceſſiones, §.1. verſ. ad ſecundam.* Cened. *d. q.26. num.16.* Salga-
do *d. cap.9. num.109.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ.*
*reſolut.308. num.5. & 6. & in praxi aurea reſolut.210. nu.1.*
*verſ. ſecundo,* Armendar. *d. §.31. de proceſſionibus num.7.* Ste-
phan. Gratian. *Marchiæ deciſ.232. nu.15.* Lauret. de Fran-
chis *in controuerſ. inter Regulares & Epiſcopos quæſt.6. verſic.*
*ſecundò fallit,* Ciarlin. *controuerſ. forenſ. lib.1. cap.50. num.21.*
Sacra Congregat. Rit. *in Ferrarien. 27. Iulij 1609. & in*
*Toletana 4. Iulij 1615.* Ego ipſe *d. alleg.78. num.25.*

Contra Henriq. *in ſumm. lib.7. cap.25. §.7.* Fr. Emman.
*in ſumm. tom.1. cap.74. num.4.* Sanchez *de matrimon. lib.7.*
*diſput.33. num.23.* Villalob. *in ſumm. tom.2. tract.35. diffic.5.*
*nu.17.* Portel. *in addit. ad dub. Regular. verb. Epiſcopus num.5.*
*& verb. proceſſiones num.1.* Hieron. Roder. *in compendio q.*
*Regular. reſol.118. num.1.* Scort. *in Bullis ſelect. theorem.393.*
*verſ. ſi autem,* Laurent. de Peirinis *p.1. Ritualis notab.3. & to.*
*1. in Conſtitut. ſui Ordinis Minimor. conſtit.2. Sixti IV. nu.60.*
Tamburin. *de iure Abbatum tom.1. diſput.19. q.7. nu.7.* Dia-
na *moral. reſolut. p.3. tract.2. reſol.76.* exiſtimantes ab Epi-
ſcopo cenſuris diſtringi non poſſe.

Monachos, ſeu Regulares degentes in monaſterijs, 20.
quæ per dimidium milliare diſtant à ciuitate, non tene-
ri, nec ab Epiſcopo compellendos eſſe accedere ad
proceſſiones, referunt deciſum Aloyſ. Ricc. *d. reſol.308.*
*num.2.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.2. cap.3. num 47. in fine,*
Vgolin. *d. cap.20. §.2. num.5. verſ. ſecundò,* Armendar. *d. loco*
*num.11. & 14.* Ego ipſe *d. alleg.78. num.21.* Salgado *d. c.9.*
*num.104.*

Nullæ immunitates Religionis Hieroſolymitanæ ob- 21.
ſtant quominus eius Sacerdotes inſeruientes Eccleſijs
vocari debeant ad proceſſiones, ac niſi accedant etiam
compelli, prout dicit deciſum Armendar. *d. loco num.5.*
quem refero Ego ipſe *d. alleg.78. num.11.* Cened. *dict. q.*
*26. num.17.* Salgado *d. cap.9. num.103.*

Clericos omnes diœceſanos quantumuis exemptos 22.
etiam beneficia ſimplicia in diœceſi obtinentes, vel of-
ficia, puta ſi deſeruiant pro Capellano etiam in Eccle-
ſijs exemptis, poſſe per Epiſcopum compelli ad proceſ-
ſiones accedere, refert deciſum Aloyſ. Ricc. *d. reſol.307.*
*num.3. & in collectan. deciſ. part.4. collect.882. in princ.* Salga-
do *d. cap.9. num.107.*

Epiſcopum poſſe cogere Canonicos, & alios Presby- 23.
teros, beneficia, vel officia, eccleſiaſtica obtinentes, vt
accedant ad omnes, & quaſcunque proceſsiones publi-
cas, vel indictas pro bono publico, vel honore, dicit re-
ſolutum Armendar. *vbi ſuprà num.13.*

Sub hoc decreto non comprehendi eos, qui ſunt nul- 24.
lius diœceſis, reſoluit Franc. Leo *d. cap.8. num.18.* & refert
deciſum Armendar. *d. loco num.10.* Salgado *d. cap.9. nu-*
*mer.105.*

Nec quoque comprehendi degentes extra ciuitatem 25.
in locis, in quibus habent plebem, quia cum illa plebe
debent facere proceſſionem, vt poſt Franc. Leo. aſſerit
deciſum Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub.12. capitul.13.*
*num.117.*

Confraternitates laicorum inuitari, non autem com- 26.
pelli poſſe vt vadant, referunt deciſum Piaſec. *d. cap.3.*
*num.32.* Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol.*
*cap.63 num.7.* Sayr. *in florib. deciſ. ſub tit. de offic. Ordin. deciſ.*
5. Campan. *d. c.13. num.122.* Armendar. *d. loco num.10. in fi-*
*ne,* Stephan. Gratian. *Marchiæ deciſ.132. num.6.* Perez de
Lara *d. q.26. num.16. & 17.* Salgado *d. c.9. num.110.* Vgolin.
*de offic. Epiſcopi cap.11. in princ. num.6.* Carol. de Graſſ. *de effe-*
*ctib. cleric. effect.1. num.613.* Hieronym. Venero, y Leyua *d.*
*cap.18. & 22.* Ego ipſe *d. alleg.78. num.24.*

Confratres ad conueniendum ſolitis proceſſionibus 27.
compellere poteſt Epiſcopus ſub pœnis arbitrio illius,
maximè ſtante poſſeſſione illos vocandi per edicta, vt
per Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib.2. titul.8. numer.*
12. vbi refert deciſum *ſub die 21. Ianuarij 1622. & 8. Maij*
1627.

Societates poſſunt compelli accedere ad proceſſiones 28.
ſanctiſſimi Sacramenti in Plebania, vel Parochiali, ſed
monendæ priùs, & à pœnis in principio abſtinendum,

ita Sel. *in ſelect. Canon. cap.* 110. *nu.* 8. vbi atteſtatur reſolutum *in Florentina* 13. *Nouembris* 1627. *&* 18. *Februarij* 1628.

29. Fratres Prædicatores debent manuteneri ab Epiſcopo in ſua poſſeſſione circa proceſſionem ſanctiſſimi Sacramenti per ipſos faciendam Dominica infra octauam corporis Chriſti, Sel. *d. cap.* 110. *num.* 10. vbi atteſtatur ſic fuiſſe deciſum per Sac. Congregat. Rituum *in Brunduſina de anno* 1624. Et illis non licet in proceſſione ſanctiſſimi Sacramenti, quam faciunt in Dominica intra octauam Corporis Chriſti, mutare, aut variare vias, & loca, per quas proceſſionaliter prima vice inceſſerunt, quando dictam proceſſionem facere cœperunt, Sel. *d. c.* 110. *num.* 11. vbi dicit deciſum per eandem Sacr. Congr. *in Materana* 10. *Iulij* 1629.

30. Monachus curam animarum exercens in Eccleſia parochiali vnita monaſterio Ordinis ſancti Benedicti Curien. diœceſis, cogi poteſt ire ad proceſſiones, Aldan. *d. tit.* 8. *num.* 14. vbi refert deciſum *ſub die* 5. *Aprilis* 1631.

31. Fratribus non licet Feria 5. in Cœna Domini, nec in feſto corporis Chriſti facere proceſſionem cum ſanctiſſimo Sacramento poſt Veſperas extra eorũ Parochiam, vt per Aldan. *d. tit.* 8. *nu.* 16. vbi refert reſolutum per Sac. Congregat. Rit. *in Aretina* 11. *Decembris* 1613.

32. Monachi ſanctiſſimæ Trinitatis Cauen. quorum monaſterium eſt immediatè ſubiectum Sedi Apoſtolicæ, non poſſunt ex hoc decreto cogi ad proceſſiones, tum quia nullius, tum quia non poſſunt dici exempti qui nunquam ſubditi fuerunt per pactum confirmatum à Sede Apoſtolica, quod non tollitur *cap.* 22. *hac eadem ſeſſ.* ita Aldan. *d. tit.* 8. *num.* 17. vbi dicit deciſum *ſub die* 13. *Auguſti* 1579.

33. Et quòd Religioſi, & perſonæ Societatis IESV ad publicas proceſsiones accedere non cogantur, ſtatuit Gregorius XIII. in ſua conſtit. incip. *Quecunque ſub dat.* 16. *Iulij* 1576. eſt *in Bullario nouo tom.* 2. *pag.* 404. de qua meminit Sanch. *in conſil. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 9. *dub.* 3. *nu.* 12. vbi aduertit ex Henriquez *lib.* 7. *de Indulg. cap.* 26. *num.* 3. *&* 4. quòd per hoc Religioſi Societatis I E S V aliquando ad proceſsiones factas ad publicam & grauiſſimam cauſam accedant ſponte & non compulſi ab Epiſcopo, non cenſentur renuntiare huic priuilegio, licèt expediret vt coram Notario in forma Collegij proteſtentur ſe accedere ſaluo priuilegij iure: & addit ad renuntiandum priuilegio toti Religioni conceſſo, requiri vt ea Religio permittat illos actus per 40. annos.

Clerici Regulares Congregationis S. Pauli Decollati ad proceſsiones, & actus publicos accedere non coguntur, vt indulſit Sixtus V. *conſtit. ſua* 5. incip. *Rationi, ſub dat. Kalendis Maij* 1585. *in Bullario nouo tom.* 2. *pag.* 490.

34. Clerici Regulares Matris Dei ſcholarum piarum ſunt exempti ab acceſſu ad proceſsiones, Aldan. *in compend. Canon. reſolut. lib.* 2. *tit.* 8. *nu.* 13. vbi atteſtatur ita fuiſſe deciſum *ſub die* 12. *Maij* 1619.

35. Epiſcopus, qui eſt in quaſi poſſeſsione per edicta pœnalia monere Confratres laicos diſciplinantes, ac per pœnarum exactionem, & alia Canonica, & opportuna remedia cogere eoſdem ad conueniendum ſolitis proceſsionibus, eſt manutenendus, Sel. *d. c.* 110. *num.* 20. vbi dicit reſolutum *in Papien.* 21. *Ianuarij* 1623.

36. Epiſcopus poteſt præcipere Regularibus in ſua diœceſi commorantibus, vt eant ad proceſsiones publicas, vt in feſto Corporis Chriſti litanijs, & Iubilæis publicis faciendis, dummodo proceſsiones ſint eius generis quæ comprehendantur in Bulla ſanctæ memoriæ Pij V. incip. *Et ſi Mendicantium,* & dummodo Regulares non ſint ex illius Conuentibus, Collegijs nuncupatis, quæ in eadẽ Bulla excipiuntur, vt per Aldan. *d. tit.* 8. *nu.* 25.

37. Beneficiati non tenentur, niſi ad eas proceſsiones, ad quas reliqui omnes tenẽtur accedere, vt per Aldan. *d. tit.* 8. *nu.* 26. qui refert ita deciſum *in Brixien.* 8. *Auguſti* 1621.

Clerici ſeculares alicuius Eccleſiæ in fundatione illius exempti à iuriſdictione Ordinarij, intra cuius diœceſim exiſtunt, poſſunt ab eodem Ordinario compelli accedere ad publicas proceſſiones ex hoc decreto, *& cap.* 22. *hac eadem ſeſſ.* vt per Sel. *d. cap.* 110. *num.* 25. vbi ait ſic fuiſſe reſolutum *ſub die* 21. *Martij* 1602. 38.

Proceſſionibus intereſſe non ſunt ab Epiſcopo compellendi Sacerdotes nullum officium, aut beneficium eccleſiaſticum in ciuitate, vel diœceſi obtinentes, Sel. *d. cap.* 110. *nu.* 28. referens ita deciſum 9. *Maij* 1597. *&* 16. *Februarij* 1632. 39.

§ *Ad publicas proceſſiones,* &c. ] Illas ſcilicet, quæ fiunt in Litanijs maioribus, atque minoribus, vel pro bono publico, vt imminente peſte, alioque flagello, vel in aduentu noui Epiſcopi, vel in feſto ſanctiſſimi Corporis Chriſti, & quę Epiſcopo videbuntur, aut illo abſente eius vicario generali. Priuatæ verò ſunt, quæ à Capitularibus, & Clericis Cathedralium tantùm fiunt, ob aliquas cauſas, vt reſoluunt Proſp. de Auguſt. *in addit. ad Quarant. verb. præcedentia* Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 308. *num.* 7. *& in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. part.* 4. *deciſ.* 379. *num.* 3. Vgolin. *d.* §. 2. *num.* 6. Campan. *d. cap.* 13. *num.* 118. Armendar. *d. loco nu.* 3. Ego ipſe *d. alleg.* 78. *num.* 2. Valenzuel. *conſ.* 184. *num.* 25. *&* 26. *tom.* 2. 40.

Proceſſiones dirigendæ ſunt, quò voluerit Epiſcopus cum conſilio Capituli, ad eundem enim cum eodem conſilio ſpectat rationem proceſſionum præſcribere, nam eas per ſe ſolum indicere, & dirigere non poteſt, ita referunt deciſum Franc. Leo *in theſauro fori eccleſiaſt. part.* 4. *cap.* 2. *num.* 145. Armendar. *d. loco nu.* 2. Aloyſ. Ricc. *Neapol. deciſ. part.* 4. *deciſ.* 379. *num.* 4. Ego ipſe *d. allegat.* 78. *num.* 4. Valenzuel. *conſil.* 184. *num.* 23. *volum.* 2. *& numer.* 31. *&* 32. 41.

Proceſſiones edicere, decernere, dirigere, atque deducere Epiſcopi eſt, de conſilio tantùm Capituli non autem conſenſu, quód in omnibus proceſſionibus ſeruari debet, Aldan. *d. tit.* 8. *num.* 30. vbi refert ſic fuiſſe reſolutum per Sac. Congreg. Rit. *in Elboren.* 28. *Martij* 1628. Quicquid dicat Valenzuel. *d. conſ.* 184. *num.* 46. *cum ſeqq.* 42.

Proceſſiones publicas edicere, & dirigere ſpectat ad vicarium generalem, abſente Epiſcopo cum conſilio Capituli, prout poſſet Epiſcopus ſi præſens eſſet, vt per Armendar. *vbi ſuprà num.* 3. quem refero *d. alleg.* 78. *num.* 5. Aldan. *d. tit.* 8. *num.* 31. vbi atteſtatur ſic fuiſſe deciſum *in Viglien.* 28. *Septembris* 1630. de hoc Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapolit. part.* 4. *deciſ.* 389. *num.* 4. Valenz. *d. conſ.* 184. *num.* 24.

Proceſſiones dirigere, & eas determinare, quæ non ſunt de iure, ſpectat ad Epiſcopum, non obſtante, quód Capitulum, vel alij ſint in quaſi poſſeſſione contraria per longum tempus, Aldan. *d. tit.* 8. *num.* 32. vbi atteſtatur reſolutum *ſub die* 16. *Februarij* 1619. 43.

Proceſſiones dirigere à quocunque loco diſceſſerint, & iuerint, pertinet ad Epiſcopum, non obſtante etiam immemoriali conſuetudine, ex Sel. *d. cap.* 110. *num.* 31. vbi ait deciſum *in Camerinen.* 24. *Auguſti* 1619. 44.

Proceſſiones facere per parochiam ad Curatos ſpectat, & ſine eorum conſenſu nullus etiam Regularis illas dirigere valet, ex Sel. *d. cap.* 110. *num.* 32. vbi dicit ita fuiſſe reſolutum per S. Congreg. Rit. *in Hiſpalen.* 26. *Februarij* 1628. Et non licere Regularibus proceſſiones facere extra Eccleſias, & ambitum illarum, refert deciſum Laurent. de Peirinis *in conſtit. ſui Ordinis Minimor. tom.* 2. *conſtit.* 7. *Pij V. num.* 13. *verſ. ad* 8. *pag.* 193. & ſic obſeruari vidiſſe teſtatur Campan. *d. cap.* 13. *num.* 118. *in fine,* & reſoluit Diana *moral. reſolut. p.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 77. *verſ. non reticeam,* Ego ipſe *d. alleg.* 78. *num.* 7. vbi ex Laurent. de Peirinis *citato loco,* refero poſſe proceſſionem Roſarij fieri per totam ciuitatem, ſi ita habeat conſuetudo à decem retro annis ſeruata. 45.

Regu-

*Regularis non ſubditus Epiſcopo, ſi extra clauſtra deliquerit, ſi à Superiore inſtante Epiſcopo non puniatur, poteſt ab ipſo Epiſcopo puniri.*

## CAPVT XIV.


1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Superiores non punientes ſuos ſubditos iuxta formã huius decreti incurrunt pœnam priuationis, &c.*
3 *Epiſcopus quomodo inſtabit vt ſuperior monachum delinquentem puniat.*
4 *Regulares degentes de licentia Superiorum in domo ad erectionem monaſterij deſtinata, ſi ibi vigeat Regularis obſeruantia, comprehenditur ſub diſpoſitione huius cap.*
5 *Epiſcopi iuriſdictionem impedientes, &c. quacunque exemptione non obſtante ab Epiſcopo puniri poſſunt.*
6 *Regulares cum ſcandalo intra Eccleſiam delinquẽtes ſubſunt diſpoſitioni huius text. non ita ſi intra clauſtra.*
7 *Qualitas quòd notoriè, & ſcãdaloſè Regularis deliquerit, non eſt probanda, ſed ſufficit eam allegare.*
8 *Epiſcopus ſufficit quòd vnica vice ſuperiorem Regularem moneat.*
9 *Superior Regularis huic decreto ſatisfacit ſi de punitione ipſa, & ſententiæ executione Epiſcopum certiorem faciat.*
10 *Epiſcopus an poſſit punire Regulares per cenſuras.*
11 *Regulares exempti, qui ob notorium delictum in excommunicationem inciderunt, poſſunt ab Epiſcopo publicè denunciari excommunicati.*


REgularis, non ſubditus Epiſcopo, qui intra clauſtra monaſterij degit, α *& extra ea* β *ita notoriè* deliquerit, vt populo ſcandalo ſit; γ *Epiſcopo inſtante*, à ſuo Superiore intra tempus, ab Epiſcopo præfigendum ſeuerè puniatur, δ *ac de punitione Epiſcopum certiorem faciat*: ε ſin minus, à ſuo Superiore officio priuetur, ζ *vt delinquens ab Epiſcopo puniri poſſit*.

α Cap. fin. §. ſi vero de ſtatu Monach.

1. VIde Nauarr. *commento 2. Regular. num. 63.* Fr. Emman. *quæſt. regular. tom. 2. q. 2. art. 6. & q. 63. art. 4. & quæſt. 64. art. 11.* Aldret. *de Religioſa diſciplina tuenda, lib. 1. cap. 3. num. 35. & in alleg. pro omnimoda regul. exempt. part. 1. cap. 6. num. 9.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. num. 59. cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſiaſt. deciſ. 650. in 1. edit.* aliàs *reſol. 546. in 2. edit. & in deciſionib. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 202. num. 6. verſ. verùm part. 4.* Portel. *in dubijs regularib. verb. Epiſcopus num. 2. & num. 8.* Laurent. de Peirinis *in conſtit. ſui Ordinis Minim. tom. 1. conſtit. 2. Sixti IV. nu. 61. cum ſeqq. & in formul. Regular. lit. P. cap. 7.* Cened. *pract. quæſt. 26. num. 33.* Ioan. Franc. Leo. *in theſauro fori pœnit. p. 1. cap. 8. num. 13. cum ſeqq.* Sanch. *in conſil. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 9. dub. 2. num. 2.* nouiſſimè Tamburin. *de iure Abbatum tom. 3. diſput. 5. q. 11. num. 62.* Hieron. Venero, y Leyua *in examine Epiſcop. lib. 6. cap. 8. nu. 3.* Nald. *in ſum. verb. Epiſcopus, num. 28.* Villalob. *in ſum. tom. 2. tract. 35. diffic. 5. num. 5.* Duard. *in Bull. Cœnæ lib. 1. c. 1. q. 4. num. 129. ad fin.* Diana *moral. reſolut. p. 3. tract. 2. reſol. 132.* Ciarlin. *forenſ. controuerſ. lib. 1. c. 50. num. 2. & 9. cum ſeqq.* D. Felician. de Vega *ad c. cæterùm à num. 34. de iudic.* metipſum *de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 105. num. 18. cum ſeqq. & in collect. ad cap. vlt. num. 8. de ſtatu monach.*

2. Contra Superiores non punientes ſuos ſubditos iuxta formam huius decreti ſub pœna priuationis ipſo facto dignitatum, officiorum, & inhabilitatis, emanauit conſtit. Clementis VIII. incip. *Suſcepti muneris, ſub dat. 18. Martij 1596.* quam referunt Quarant. *in ſum. Bullarij, verb. exemptio,* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. q. 2. art. 6.* Eraſm. à Cochier *de iuriſd. ord. in exempt. p. 1. q. 17. num. 29.* Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neap. c. 59. num. 5.* Franc. Leo *in theſauro fori eccleſ. p. 1. c. 8. nu. 14.* Ciarlin. *d. c. 50. n. 9.* latè Sperell. *deciſ. 38. nu. 12. cum ſeqq.* Portel. *d. verb. Epiſcopus, num. 8.* Piaſec *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 3. num. 44.* vbi *num. 45.* reſoluit poſſe Regularem in caſu huius decreti deprehenſum in delicto deduci ad carcerem Epiſcopi, & ſumpta informatione ſuper delicto, dummodo ſine mora ſumatur, remitti cum copia proceſſus ad ſuum ſuperiorem puniendum cum præfinitione termini ad puniendum. de quo etiam Marc. Anton. Genuenſ. *d. c. 59. nu. 3.* Vgolin. *de Epiſcopo p. 1. c. 20. §. 8. nu. 2. verſ. immo comprehendi.* Ciarlin. *d. c. 50. n. 10.* Portel. *in addit. ad dub. Regular. verb. punitio Relig. extra Conuent. nu. 17.* Lezana *in ſum. quæſt. Regul. c. 16. nu. 27.*

3. Et dicit Fuſc. *de viſitat. lib. 2. c. 17. num. 11.* quòd Epiſcopus loci litteras ſcribat ſuperiori Monachi delinquentis de delicto commiſſo & exceſſibus, de ſcandalo populo illato, & inſtabit, vt intra talem terminum præfixum ipſum punire velit, & de punitione facta ipſum Epiſcopum certiorem reddat, aliàs ipſo ſuperiore negligente, poterit ipſe Epiſcopus eum punire, & illas litteras, quas Requiſitorias vocamus, de punitione Monachi delinquentis in præſentia duorum teſtium ex communi practica aſſignari faciet.

Barboſ. Collect. in Concil. Trid.

Nouiſſimè Gregorius XV. *in ſua conſtit.* incip. *Inſcrutabili ſub dat. Nonis Februarij 1622.* ſtatuit vt Regulares circa perſonas intra ſepta degentes, aut circa clauſuram ipſam delinquentes ab Epiſcopo loci tanquam ad hæc Sedis Apoſt. delegato, quoties, & vbi opus fuerit, puniri & corrigi poſſint; quod Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæſt. 24. num. 66. & 67.* tenet non intelligi de notorijs tantùm delictis, & quæ ſunt ſcandalo toti populo, quaſi quòd Conſtitutio debeat ſumere hanc interpretationem ab hoc decreto, ſed de omnibus indiſtinctè, cùm in legibus indefinita oratio æquipolleat vniuerſali. Vnde reſoluunt Cochier *de Conſeruat. p. 2. q. 102. à num. 5.* & Laurent. de Peirinis *in formul. Regular. lit. P. c. 7. num. 3.* quòd ſi Regularis delinquat ita intra clauſtra, vt delictum extra clauſtrorum metas exiens, generet in populo ſcandalum, non per hoc tamen poteſt ab Epiſcopo in caſu negligentiæ ipſius Superioris puniri, nec poteſt Epiſcopus hoc caſu Prælato inſtare vt talem delinquentem puniat; nam hoc delictum non eſt commiſſum extra clauſtra, quod neceſſariò requiritur ad hoc vt Epiſcopus poſſit Superiori inſtare vt puniat.

Regulares degentes de licentia Superiorum in domo ad erectionem monaſterij deſtinata, comprehendi ſub diſpoſitione huius text. ſi in ea domo vigeat Regularis obſeruantia, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarræ, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religion. nu. 60.* Sanchez *d. lib. 6. cap. 9. dub. 2. num. 4.* 4.

Iuriſdictionem Epiſcopi impedientes, vel officiales curiæ Epiſcopalis in actu exercendi ſuum officium offendentes, quacunque exemptione non obſtante ab Epiſcopo coerceri, & puniri poſſunt, vt refert deciſum in vna Panormitana Aldan. *in compend. Canon. reſol. lib. 2. tit. 8. num. 11.* 5.

α *Et extra ea*, &c.] Facultatem Epiſcopo attributam in Regulares notoriè, & cum ſcandalo extra clauſtra 6.

delinquentes, vendicare ſibi locum etiam cùm Regula-
res notoriè, & cum ſcandalo intra Eccleſiam delin-
quunt, non ita ſi intra clauſtra, refero deciſum *in colle-*
*ctan.ad cap.vlt.num.8.in fine, de ſtatu Monach.*

β *Ita notoriè*, &c.] An qualitas quòd notoriè, & ſcan-
7. dalosè Regularis deliquerit, probanda ſit ad effectum,
vt Epiſcopus illum punire valeat? Negat, iudicans ſuf-
ficere illam allegare, & probare Aloyſ. Ricc. *d.reſol.546.*
*num.1.cum ſeqq.*

8. γ *Epiſcopo inſtante.*] Sufficere, quòd Epiſcopus vnica
vice ſuperiorem Regularem moneat, eique terminum
præfigat ad caſtigandum ſubditi delictum, & ideo ne-
ceſſe non eſſe Epiſcopum monere, ac requirere dictum
ſuperiorem duabus, vel tribus vicibus, vt aliqui opinan-
tur, refero deciſum *in collect.ad d.c. vlt.num.8.in med.* vbi
etiam reſolutum aſſero Epiſcopum ſtatim habita noti-
tia delicti poſſe capere informationem, & illam ad ſu-
periorem Regularis mittere, vt nequeat de eodem de-
licto ignorantiam præſumere, & me citato idem dicit
Fr. Hieronym. Roder. *in compendio quæſt. Regular. reſolut.*
*62.ſub num.8.*

δ *Ac de punitione Epiſcopum certiorem faciat.*] Non ſuf-
9. ficere, vt ſuperior Regularis ſententiam, aut acta om-
nia ſuper delicto actitata ad Epiſcopum tranſmittat,
ſed opus eſſe, vt de punitione ipſa & ſententiæ execu-
tione Epiſcopum certiorem faciat, reſoluo Ego ipſe *in*
*collect. ad d.cap.vlt.num.8.* & me citato Hieron. Roder. *d.*
*num.8.verſ.tertio*, in ſcriptis, ſcilicet, & per legitima docu-
menta, ſicut tenet Aldan. *in compend.Canon.reſol.lib.1. tit.*
*8.num.10.* vbi refert deciſum *in Lucana 14.Decembris 1630.*
cuius etiam meminit Tamburin. *d.tom.3.diſp.5.q.11.n.64.*

ε *Et delinquens ab Epiſcopo puniri poſſit.*] Non per cenſu- 10.
ras, vt docent Portel. *in addit.ad dubia Regularia, verb.Epi-*
*ſcopus, num.5.* Sanch. *de matrim lib.7.diſp.33.num.23.in præ-*
*cepta Decalogi,lib.6.c.1.n.14.* Villalob. *p.2.ſum. tract.35.diffic.*
*5.nu.17.* Hieron. Roder. *in compendio quæſt.regul.reſol.50.n.*
*16.& reſol.61.n.7.* Tamburin. *de iure Abbatum tom.3.diſp.5.*
*q.11.n.63.* maximè ſi habeant Regulares priuilegium ne
poſſint ab Epiſcopis cenſuris ligari. Marcel. Vulpe *in*
*praxi iudic.fori eccleſ.c.42.num.26.* Lezana *in ſum.quæſt. Re-*
*gul.c.11.n.14.* Lauret. de Franchis *in controu.inter Epiſcop.*
*& Regul.q.7.* Verùm poſſe Epiſcopos, Regulares in caſi-
bus, in quibus eius iuriſdictioni ſubſunt, cenſuris inuol-
uere, tenent Marc. Anton. Genuenſ. *d.c.59.verſ.aliud eſt*
*dubium*, Zerol. *in praxi Epiſcop.p.1.verb. excommunicationis*
*cauſa materialis, §.4.* Lazar. *de blaſphem.q.10.à n.55.* Mari.
Anton. *var. reſol.lib.1. reſol.vlt.caſu 35.* Nouarr. *in lucerna*
*Regul. verb. excommunicare, à princ.* Mendez de Caſtro *in*
*praxi Luſit,tom.2.lib.2.cap.1.num.5.*

Regulares exempti, qui ob notorium delictum in ex- 11
communicationem inciderunt, poſſunt ab Epiſcopo
publice denunciari excommunicati, vt alijs euitentur,
ſed quia erat difficultas in eo, quòd Epiſcopus in
huiuſmodi cauſa debeat citare, & citatio eſt actus
iuriſdictionis, quam Epiſcopus non poteſt in huiuſ-
modi perſonas exemptas exercere, ideò placet pro
ſolutione doctrina Felin *in cap.non poteſt,num.3.de ſentent.*
*& re iud.*

---

## *Profeſſio à Regularibus, tam viris, quàm mulieribus, non fiat ante 16. annum expletum, & poſt annum ſuſcepti habitus.*

### CAPVT XV.

1 *Profeſſio in quacunque Religione ante decimumſextum ætatis annum expletum facta, eſt nulla.*
2 *Milites Regulares hoc decreto nō cōprehenduntur.*
3 *Milites S. Stephani non comprehenduntur hoc decreto.*
4 *Fratres tertij Ordinis S.Franciſci non comprehenduntur hoc decreto.*
5 *Milites Hieroſol. non comprehenduntur ſub hoc decreto.*
6 *Puellæ ad profeſſionem ante decimumſextum annum ætatis non admittuntur.*
7 *Puella niſi duodecim annis ſit maior, recipi ꝓhibetur cauſa induendi habitū ꝓbationis in Religione.*
8 *Puella ſponſa de preſenti nondum matrimonio conſummato, ſi Religionem ingrediatur in 12. anno conſtituta, cogendus ſponſus per quatuor annos expectare.*
9 *Malitia non ſupplet ætatem requiſitam ad profitendum.*
10 *Profeſſionem emittens infra annum probationis non eſt obligatus ad Religionem nec in genere, nec in ſpecie.*
11 *Profeſſio in ſuprema die 16. anni emitti poteſt, ſed contrarium receptius.*
12 *Profeſſio facta poſt 16. annum, ſed ante 18. requiſitum ab ſtatuto Ordinis Minimorum eſt valida.*
13 *Profeſſiones emiſſæ iuxta diſpoſitionem Concilij ſunt validæ, quamuis contra particulare ſtatutum maiorem ætatem requirens.*
14 *Ordinarius poteſt profeſſionem ante expletum annum 16. emiſſam nullam declarare.*
15 *Habitum Regularem ſuſcipiens debet per annum in probatione ſtare, ita vt profeſſio antea facta ſit nulla.*
16 *Prælati Ordinum Minorum iam non poſſunt cum conſilio Fratrum Diſcretorum admittere ad profeſſionem anno probationis non expleto Religioſos aliorum Ordinum venientes ad Minoriticam Religionem.*
17 *Profeſſus in vna Religione etiam ſtrictiori tranſiens ad aliam, indiget nouitiatu.*
18 *Profeſſus nulliter volens ſuam profeſſionem ratificare, non tenetur nouitiatus annum iterare.*
19 *Moniales Ordinis Prædicatorū habentes ſexdecim annos, in mortis articulo poſſunt profiteri, quamuis nondum integrū nouitiatus annum peregerint.*
20 *Annus probationis à momento in momentum poteſt & debet computari.*
21 *Nouitius ſi compleat probationis annum die 24. Februarij anno biſſextili, non dicitur expletus hic annus niſi ſecunda die.*
22 *Annus ex quo Gregorius XIII. abſtulit decem dies, reputatur integer.*
23 *Profiteri poteſt in Religione qui permanſit per annum integrum in Religione, & poſtmodum retento habuit fuit aliquandiu domi ſuæ.*
24 *Annus probationis debet neceſſariò eſſe continuus.*
25 *Annus probationis tunc interrumpitur quando Nouitius dimiſſo Religionis habitu egreditur monaſterium animo deſerendi Religionem.*
26 *Nouitiatus interruptus non poteſt continuari etiam in ordine Minorum.*

27 *Nouitius dimiſſo Religionis habitu à monaſterio recedens eo ipſo interrumpitur annus probationis, licèt interpellatio ſit modica.*

28 *Nouitius de licentia Superioris cum habitu aliqua iuſta de cauſa extra monaſterium egrediens non interrumpit annum probationis.*

29 *Nouitius ſi habitu Religionis indutus monaſterium ex ſui Superioris licentia exeat, non interrumpit annum probationis.*

30 *Nouitius ob malam valetudinem manens extra monaſterium non interrumpit annum probationis.*

31 *Nouitiatus non interrumpitur ſi nouitius retento habitu perterritus ſeueritate ſuperioris abditè exeat cauſa ſe celandi.*

32 *Nouitiatus poteſt ex iuxta cauſa prorogari completo probationis anno.*

33 *Nouitius & monaſterium poſt Concil. Trid. nullatenus poſſunt anno nouitiatus renuntiare.*

34 *Annus probationis poteſt impleri ab eo, qui nondum expleuerit annum decimumſextum.*

35 *Conuertitæ eo ipſo, quod ingrediuntur monaſterium, poſſunt profiteri.*

36 *Habitus Regularis à Nouitio deferendus eſt de eſſentia, atque ſubſtantia anni probationis.*

37 *Profeſſiones tacitę non tolluntur per hoc decretum.*

IN quacumque religione, [a] tam virorum, α *quàm mulierum*, profeſſio non fiat β *ante decimumſextum annum expletum*, nec qui minore tempore, γ *quàm per annum*, δ *poſt ſuſceptum habitum* in probatione ſteterit, ad profeſſionem admittatur. [b] Profeſſio autem antea facta ſit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicuius Regulæ, vel Religionis, vel Ordinis obſeruationem, aut ad alios quoſcumque effectus.

[a] c. Gonſaldus, 17. q. 2. c. ad Apoſtolicã, de reg. & c. nõ ſolũ eod. tit. in 6. [b] c. ad noſtrã e. cũ virum. & c. poſtulaſti eod. tit. & c. 1. eod. tit.

1\. PRofeſſionem in quacunque Religione ante decimumſextum ætatis annum expletum factam, nullam eſſe, nullamq; inducere obligationem, aut alicuius regulæ, vel Religionis, ſeu Ordinis obſeruantiã per hunc text. tradunt Nauarr. *conſil. 23. de Regularib. in antiq.* quod deeſt in nouis, Sayr. *in florib. deciſ. ſub eod. tit. deciſ. 97.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Moniales, §. 2.* Petr. de Ledeſma *in ſum. p. 2. trattado de las Religiones en commun, cap. 7.* Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib. 1. cap. 8. dub. 2. & 4.* Sanch. *de matrimon. lib. 2. diſp. 4. nu. 22. & in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 5. cap. 4. à princ* Franc. Leo *in theſauro fori eccleſiaſt. par. 2. cap. 1. num. 36.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rubr. 12. c. 11. num. 1.* Armend *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. nu. 11. cum ſeqq.* Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælat. tom. 1. q. 24. art. 2.* Rot. *deciſ. 173. num. 6. p. 1. recent.* Laurent. de Peirinis *de ſubdito Religioſo, tom. 1. cap. 20. §. 3.* Hieron. Roder. *in compendio q. regul. reſolut. 101. nu. 30. cum ſeqq.* Lezana *in ſum. q. Regular. cap. 2. ex num. 9.* Tamburin. *de iure Abbatiſſar. diſp. 6. quæſt. 4.* Nouar. *in lucerna Regular. verb. profeſſio à num. 8.* nouiſſimè idem Tamburin. *to. 3. de iure Abbatum diſput. 5. quæſt. 11. nu. 82.* nouiſſimè D. Hieronym. Venero, y Levua Archiepiſcop. Montis Regalis *in examine Epiſcoporum, lib. 6. c. 15.* Duran. *deciſ. 207. n. 1.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc p. 3. alleg. 101. num. 4. cum ſeqq.*

2\. Milites Regulares decreto huius cap. non comprehẽdi reſoluunt Nauarr. *conſil. 23. num. 10. de Regular. in antiq.* aliàs *conſ. 10. num. 10. eod. tit. in nouis*, Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. p. 4. reſol. 172.* Iacob. de Graff. *conſil. 11. de Regularib. tom. 1.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 4. q. 2.* Ludou. Beia *reſponſ. caſuum conſcientiæ, p. 4. caſu 28.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. gloſſ. 8. nu. 54. & à num. 61.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 6. q. 2. num. 117. cum ſeq.* Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp. 44. num. 8. & in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 5. c. 4. num. 17.* Seraphin. *deciſ. 121. num. 2.* quæ reperitur impreſſa *p. 1. diuerſ. deciſ. 591.* Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib. 5. q. 169.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitijs, diſp. 11. dub. 2. num. 4.* Narbona *l. 8. gloſſ. vnica num. 14. tit. 5. lib. 1. Recopil.* Mich. de Reinoſo *obſeruat. Iuris obſer. 1. num. 24. & 25.* Tamburin. *tom. 3. de iure Abbatum diſp. 6. q. 11. nu. 6. & q. 12.* Ego ipſe *d. allegat. 101. num. 5.* refert deciſum Armendar. *d. l. 7. de Relig. num. 7.*

Contra Fr. Emman. *in ſum. tom. 2. cap. 8. num. 2. concl. 1.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 363. nu. 27.* D. Hieronym. Venero, y Leyua *d. c. 15. num. 7.* exiſtimantes huiuſmodi milites in emittenda profeſſione comprehendi ſub hoc decreto.

3\. Vnde Milites S. Stephani non comprehendi hoc decreto cenſuit Rot. *deciſ. 591. part. 1. diuerſ.* cuius meminit Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſiaſtici deciſ. 1. in 1. edit.* aliàs *reſol. 617. num. 6. in 2. edit.* & Ego ipſe *d. alleg. 101. nu. 6.* Tambur. *d. tom. 3. diſp. 6. q. 11. num. 10.*

4\. Et Fratres tertij Ordinis S. Franciſci pariter hoc decreto non comprehendi, cenſuit Rot. *d. deciſ. 591. num. 7.* cuius etiam meminit Aloyſ. Ricc. *d. reſol. 617. nu. 4.* Tamburin. *tom. 3. de iure Abbatum, diſp. 6. q. 11. num. 7.* & Ego ipſe *d. alleg. 101. num. 7.*

5\. Hieroſolymitanos verò Milites comprehendi ſub hoc decreto ex peculiari ipſorum ſtatuto illi adhærenti, referunt deciſum Flamin. Pariſ. *d. q. 2. nu. 120.* Armendar. *d. l. 7. de Relig num. 16.* Fr. Barthol. de Vecch. *d. dub. 2. nu. 4.* Ego ipſe *d. alleg. 101. num. 8.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. p. 4. reſol. 172.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 369. num. 27.* Narbona *vbi ſuprà num. 12.*

6\. α *Quàm mulierum.*] Non admittendas puellas ad profeſſionem ante dictum decimum ſextum ætatis annum completum, refert deciſum Armend *d. l. 7 de Relig. nu. 41.*

7\. Receptionem verò puellæ cauſa induendi habitum probationis in Religione prohiberi, niſi duodecim annis ſit maior, tradunt Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 18. q. 55. & 56.* Fr. Emman. *q. regul. tom. 3. q. 12. art. 2.* qui teſtatur huius ſententię fuiſſe omnes Patres, qui ad Concilium Prouinciale Toletanum conuenerunt, Nald. *verb. habitus, nu. 6. & verb. Monialis num. 5.* Fr. Barthol. de Vecch. *d. praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitijs, diſp. 2. dub 6. num. 16.* Armendar. *d. l. 7. de Religion. num. 43.* vbi refert deciſum non eſſe diſpenſandum, vt puella, quę duodecimum annum non compleuerit, poſſit habitum in monaſterio ſuſcipere, Aldan. *in compendio canon. reſol. lib. 1. tit. 25. num. 3.* vbi teſtatur ita reſolutum per S. Congreg. Epiſcop. *in Neapolitana de anno* 1582.

Contra Mich. Medin. *de ſacrorum hominuum continent. lib. 4. controuerſ. 9. c. 4.* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. in fine, & in tract. de ſacris monialibus, q. 8. art. 2. in concl.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. c. 18. nu. 33.* Soar. *tom. 3. de Religion. lib. 5. cap. 1. nu. 9.* exiſtimantes circa præfatam puellarum receptionem nullam limitationem eſſe conſtituendam.

8\. Quòd ſi puella in duodecimo ætatis anno matrimonio coniuncta, & Religionem illo nondum conſummato ingreſſa ſit, cogendum ſponſum per quatuor annos expectare, vſque dum profiteatur, dicit deciſum Armendar. *d. l. 7. de Relig. num. 42.* quem refero Ego ipſe *d. alleg. 101. num. 11.*

9\. β *Ante decimumſextum annum expletum.*] Vnde malitiã non ſupplere dictam ætatem reſoluunt Fr. Emman. *q. regul. tom. 3. q. 15 art. 3.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 5. c. 4. num 2.* Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regul. reſol. 101. num. 37.*

10\. Et profeſſionem emittens infra annum probationis non eſt obligatus ad Religionem, neque in genere, neq; in ſpecie, nec etiam in foro conſcientiæ vlla inducta eſt obligatio, vt refert deciſum Nicol. Garc. *de benef. p. 11. c. 9. num. 6.*

11\. Profeſſionem in ſuprema die 16. anni emitti poſſe, emiſſamque ſubſiſtere reſoluit Campan. *in diuerſ. iuris*

*canon.*

canon.rub.7.cap.6.num.129. & rub.12.cap.11.num.1. quem refero Ego ipſe d.alleg.101.num.13.ex ijs,quę in ſimilibus adducit Sanch.de matrim.lib.2.diſp.24.num.22.

Contra Galet. in margarita caſuum conſcientiæ, verb. profiteri, pen. & Aloyſ.Ricc. in praxi rerum eccleſiaſt. deciſ.656. in 1.edit. aliàs reſolut.549.in 1.edit. exiſtimantes nullam eſſe profeſſionem, ſi deficiat vnus dies ante dictum decimum ſextum annum expletum. Et etiam non completo anni circulo adhuc per duas horas,ex Sel.in ſelect. canon.cap.18.num.3. vbi refert deciſum 21.Ianuarij 1617. Vnde Religioſus, qui ſua profeſſione facta tribus horis ante completum annum probationis à Religione diſceſſit, & in habitu clericali laudabiliter vixit, ſi poſtea redeat ad Religionem, debet ratificare profeſſionem, & ei locus debetur à die ratificationis, vt ipſemet teſtatur deciſum ſub die 1.Februarij 1631.

12. Validam eſſe profeſſionem poſt decimum ſextum annum factam, ſed ante decimum octauum requiſitum à ſtatuto Ordinis Minimorum non annullante, aut irritante factam, tenent Ludou. Miranda in man. Prælat. tom.1. quæſt. 24. art.2. concl.2. Peirin. de ſubdito Religioſo, tom.1.cap.26.§.3. Hieron. Venero, y Leyua d.cap. 15. num.10. Ego ipſe d.alleg.101.num.15. refert deciſum Armedar. d.l.7.de Relig. num.14.

13. In conſtitutionibus Religionis Sanctiſſimæ Trinitatis redemptionis captiuorum eſt conſtitutio confirmata auctoritate Apoſtolica ante, & poſt Concil. quòd in Religione aliquis non recipiatur, antequam annum 20. videatur compleuiſſe. Hoc ſtante quæritur per ſuperiores Religionis, an pro validitate profeſſionis in dicta Religione ſufficiat illam emiſiſſe poſt 16. annum iuxta diſpoſitionem Concil. S. Congregr. die 2. Auguſti 1631. & 24.Aprilis 1642. cenſuiſſe profeſſiones emiſſas iuxta diſpoſitionem Concilij eſſe validas, refert Sel. in ſelect. canon.cap.18.num.3.

14. Ordinarium poſſe profeſſionem ante expletum annum decimum ſextum emiſſam nullam declarare, aſſerit deciſum Armendar.d.l.7.de Relig.num.11. quem refero Ego ipſe d.alleg.101.num.1.

15. y Quàm per annum, &c.] Suſcipientem habitum Regularem debere per annum in probatione ſtare, ita vt profeſſio antea facta ſit nulla, docent Fr.Emman. quæſt. regul.tom. 3. quæſt.2. art.7. & tom.3. quæſt. 15. art.1. cum ſeq. Azor. inſtit.moral.p.1.lib.12.cap.2.quæſt. 6. cum ſeqq. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit.lib.18. num.285.cum ſeqq.Armendar. d.l.7.de Religion.num.4.cum ſeqq. Campan. in diuerſ. iuris canonic. rubr.12.cap.3.à princip. Ludouic. Miranda d. tom. 1. quæſt.22. art. 1. cum ſeqq. Sanchez in præcepta Decalogi, tom.2.lib.5. cap.4. num.8. cum ſeqq. Bartholom. a S.Fauſto in theſauro Religioſ.lib.5.quæſt.160. cum ſeq. Bonacin. de clauſura, & pœnis eam violantibus impoſitus, quæſt.2. puncto 10.diffic.2.§.2. Illuſtriſſ.D.Roder. à Cunha in comment. ad cap.1.num. 19. diſt. 54. Fr. Barthol.de Vecchis in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitijs diſp.11.dub.2. Tamburin. d.diſp.6.q.4.num.2. & de iure Abbatum tom.3.diſp.6. quæſt.7. num.1. cum ſeqq. & quæſt.11. à princ. Ego ipſe d.alleg.101. num.16. cum ſeqq. ita vt emittens profeſſionem ſic intra annum probationis non ſit obligatus, neque ad Religionem in genere, neque in ſpecie, nec etiam in foro conſcentiæ illi indicta ſit obligatio, prout deciſum refert Barthol. de Vecchis vbi ſuprà diſp.13.dub.11. ſub num.2.

16. Per hoc decretum Concilij abrogatum fuiſſe Leonis X. priuilegium relatum in compendio priuileg. Mendicant. verb. nouitius num.27. quo conceditur Prælatis Ordinum Minorum poſſe cum conſilio Fratrum Diſcretorum admittere ad profeſſionem anno probationis non expleto Religioſos aliorum Ordinum venientes ad Minoriticam Religionem, tradunt Nauarr. conſ.61. num 4. & conſ.66.nu.4. de Regularib.in nouis. Fr.Emman. d.tom.3. quæſt.15.art.11. Leſſi.de iuſt.lib.2. cap.41.dub.13. num.101. Sanch.lib.7.de matrim.diſp.37.num.47. Fr.Ludou. Miranda in Man.Prælator.to.1. quæſt.22.art.2.concl.3. Fr.Barthol. de Vecchis d.diſput.11.dub.2.num.5. Illuſtriſs. D.Roder. à Cunha in comment.ad d.cap.1.num.21.in fine.Tamburin. d.tom.3.diſp.6.quæſt.11.num.5.

Contra Sorb. verb. nouitius, vbi de nouitiorum profeſſione, verſ.Sed an requiratur, & Pact. cap.2.art.15.num.65. exiſtimantes prædictum Leonis X. priuilegium non eſſe contra diſpoſitionem Concilij in præſenti.

Profeſſum in vna Religione, etiam ſtrictiori, tranſeuntem ad aliam, indigere nouitiatu, quem requirit Conc.in præſenti,tenent Nauarr. ſub tit.de Regular. conſil. 49. num.4. & conſ.53. num.5. in antiq. aliàs conſ.61. num.4. & conſ.62.num.5. & conſ.77.num.4.eod.tit.in nouis, Hieron. Roder. d. reſol.101. num.46. Fr. Emman. in ſumm. tom.2. cap.6.num.10. & quæſt.regul.tom.3.q.19.art.11.Sanch. d.lib. 5. cap.4. num.12. Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha in comment. ad c.1.nu.21.diſt. 54. Peregr. d.p.2.c.1. lit.C. §.19. vnde Regulares Diſcalceatos Ordinis ſanctiſſimæ Trinitatis de licentia Sedis Apoſtolicæ ad laxiorem Calceatorum tranſeuntes debere annum probationis, non tamen emittere profeſſionem,reſoluit Sel.d.loco,aſſerens deciſum in Montis Regalis 13. Nouembris 1627. 17.

Profeſſum nulliter volentem ſuam profeſſionem ratificare, non teneri nouitiatus annum iterari, ſi aliàs fuit validus, reſoluit Sanch. de matrim. lib 7.diſp.37.numer.45. & Peregr. in comment.ad conſtit.Cleric.Regular.part.2. cap.1. lit.C.§.2. Si verò Nouitiatus fuit factus poſt pubertatem, & fuit continuus,non eſſe iterandum ex quacũque cauſa ſit irrita profeſſio, tenent Sanch. diſp.37. ex num 47. & in præcepta Decalogi lib.5. c.14. num.14. Azor. inſtit.moral.p.1. lib.12. cap.1.quæſt.6. Barthol.à S.Fauſto in theſaur.Relig.lib. 5. q.97. Peregr. vbi proximè, contra Nauarr. conſ.20.nu.17. & 19.de Regular. exiſtimantem nouitiatum etiam ex alia cauſa pręter defectum ætatis, aut continuationem, inualidum eſſe iterandum. 18.

Moniales Ordinis Prædicatorum habentes ſexdecim annos in mortis articulo conſtitutas profiteri poſſe, & ſi nondum integrum nouitiatus annum peregerint, conceſſit Pius V. in quodam Motu proprio incip. Summi Sacerdotij cura, cuius tenorem refert Fr.Emman.quæſt.regul. tom.3.q.15. art.6. vbi ſubdit hoc hodie fieri poſſe,dicens non eſſe reuocatum à Greg.XIII. tradunt idem Fr.Emman. in ſum. tom.4. c.63. num.4. Ludou. Miranda in Man. Prælat.tom.1.q.22. art.10.Sanch.d.lib.5.c.4.nu.16. Barthol. à S. Fauſto in ſuo theſauro Religioſ.lib.5.q.167.Peregr.d.c.1. lit.C.§.10.Hieron.Roderic. d.reſol.101.num.40. Tamburin. d.tom.3.diſp.6.q.11.num.9. 19.

Et huiuſmodi probationis annum à momento in momentum poſſe & debere computari, id eſt,ab hora diei, in quo habitum quis ſuſcepit, vſque ad eandem horam vltimi diei eiuſdem anni tradunt Iacob. de Graff. tom.1. conſil.lib.3.conſ.6.num.2.de Regularib.Zanard.in direct.Theolog.p.2.cap.26.num.12. verſ.nota autem, Leſſ. d. lib.2.cap.41. dub.7. num.59. Sanch. lib.1. de matrim. diſp.16. num.2.& in præcepta Decalogi tom.2.lib.5.c.4.num.31. in fine,Fr.Ludouic. Miranda d.q.22. a.3. Soar.tom.3.de Relig. lib.5.cap.15. nu.1. Barthol. à S. Fauſto d.lib.5.q.160.num.2. Fr.Barthol. de Vecchis d.diſput.11.dub.4. Peregr. in conſtit.cleric. Regular. p.2.cap.1. lit.C. §.6. Hieron.Roderic. d.reſol.101. num.38. Ciarlin. controu. forenſ.lib.1.cap.108.num.20. Nald. in ſum. verb.profeſſio num.6. Tambur.de iure Abbatiſſar. diſput.4.q.9. Nouar.in lucerna Regul.verb. annus num.2. idem Tambur. de iure Abbatum tom.3. diſp.6.q.7. num.8.& q.11.nu.12. Ego ipſe d.alleg.101.nu.22.in fine.ſecũdùm Lugdunen.impreſſ. 20.

Contra Stephan.Gratian.diſcept.forenſ.tom.3. c.413. nu. 22.& Campan. d.rubr.12.cap.13.nu.4.in fine, Diana moral. reſolut. p.5. tract.5. reſol.18. exiſtimantes poſt factam profeſſionem non eſſe computandum annum probationis ab vno puncto & inſtanti ad idem punctum, & inſtantem. quia eſſet aſſertio nimis rigoroſa.

Vnde ſi Nouitius compleat probationis annum die 24. Februarij anno biſſextili, non dici expletum hunc annum, niſi ſecunda die,quæ etiam appellatur 24.id eſt, 25. die,quare emittere non poſſe profeſſionem, niſi eadem die 25. in puncto diei 24.Februarij præcedentis anni in quo ſuſcepit habitum, arg.text. in l.3.§. minorem ff. de minorib. & in l. cùm biſſextus ff.de verb. ſignific.& in cap. quæſiuit, eod. tit. tradunt Fr.Emman. d.tom.3.q.15.art.4.& 5.Iacob.de Graff.& Fr.Ludouic. Miranda citatis locis, Bonacin.de Sacramentis diſput.8.q.vnica puncto 5.num.15.& de 21.

clauſura

*clauſura q.2. puncto 10. diffic.2.§.3.nu.4.* Molin. *de iuſt.tract.2. diſput.573. verſ. atque vt à minori ætate,* Sanch *de matrimon.lib.2.diſp.24 num.22.verſ ſimiliter credo,* Leſſ. *d.num.59. verſ. hinc ſequitur.* Fr. Barthol.de Vecchis *d. dub.4.num.5.* Peregr. *in conſtitut. cleric. Regular. part.2. cap.1. lit. C.§.7.* Hieron. Roderic. *d.reſol.101.num.39.* Tamburin *d.diſp.4. q.9.num.2.& d.tom.3.diſp.6.q.11.num.13.* Iul. Lanor. *var.lucubrat. tom.1. tit.1. de comitijs, cap.6. num.15.* qui oretenus mihi retulit S.Congreg. Concilij *in vna Patauina 5. Iulij 1627.& in Andegauen.2. Auguſti* 1627. cenſuiſſe non valere profeſſionem reſpectu anni biſſextilis cuiuſdam, qui ingreſſus eſt Religionem 27.*Martij, & die 26.* eiuſdem menſis ſequentis anni, currente anno biſſextili emiſit profeſſionem,& ſic non expectato lapſu diei,qui illi anno accreſcit.

Contra Fornar. *de Ordine cap.3. num.4.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſiaſt. poſt reſol.76. in notabil.de materia Sacramenti Ordinis, verſ.quo ad interſtitia,* Barthol.à S.Fauſto *d.lib.5.queſt.*161. exiſtimantes ad hanc profeſſionem in Religione emittendam anno biſſextili ſatis eſſe ad probationem compleuiſſe dies 365.

22. Annum,ex quo Greg.XIII.abſtulit decem dies,hoc eſt, à quinto die Octobris, vſque ad decimum ſextum anni 1582.reputari integrum, nec ſupplendos eſſe illos decem dies ex alio anno, quia quamuis ille annus non fuerit integer naturaliter, & ſecundùm curſum ſolarem, fuit tamen integer ciuiliter, & politicè, docent Henriq. *in ſumm lib.10.cap.19.§.2.& lib.13. cap.40. §.2. in commento littera O.* Bonacin. *d puncto 5.num.14.* Fr.Ludouic.Miranda *d.art.3.concluſ.2.in fin.* Fr.Emman.*d.tom.3.queſt.15.art.15.* Leſſ.*d.lib.2.cap.41.dub.7.* Bartholom.à S.Fauſto *d.lib.5. queſt.162.* Sanch. *d.tom.2.lib.5. c.4.num.5.* vbi extendit ad ſacros Ordines, & ad quæcunque officia, & beneficia, refero Ego ipſe *d allegat.*101.*num.*21. Tamburin. *d.tom.3. diſput.6 q.11.num 13.*

23. Profiteri poteſt in Religione ille, qui cùm eſſet duodecim annorum, permanſerit per annum integrum in nouitiatu, poſtmodum habitu retento fuit commoratus domi ſuæ vſque ad tempus 16. annorum requiſitum ad profeſſionem emittendam, & cùm fuerit reuerſus ad Religionem, petit admitti ad profeſſionem, ſi aliud illa non opponat, ita Sel.*d.cap.18.num.*4. vbi refert deciſum *ſub die 20.Martij* 1621.

24. Continuum debere neceſſariò eſſe huiuſmodi probationis annum, & non ſufficere interpellatum,docent Nauarr.*conſil.2.num.2.& conſil.34.num.2.& conſil.36. num.1.& conſil.42.num.2.& 4.de Regularibus in antiq. & conſil.9. num.2. & conſil.32.num.4.ſub eod.tit.in nouis,* Henriq.*lib.13. de excommun. cap.40.num.2.* Emman.Sà *verb Religioſo nu.9.* Fr. Emman.*in ſumm.tom.2.cap.8.num.4.& tom.3. q.15.art.8.* Iacob.de Graff.*in aureis deciſionibus lib.3.cap.5. num.15.* Sorb. *in verb. Nouitius,* vbi de Nouitiorum profeſſionis emiſſione, *verſ.ſecundò eſt,* Flamin.Pariſ.*de reſignat.benefic. lib.3. queſt.13.num.11.* Azor.*inſtit.moral.part.1.lib.12.cap.2. queſt.8.* Fr.Ludouic.Miranda *d.queſt.22.art.4. concluſ.vnica,* Nald. *verb.Nouitius, num.4.* Leſſ.*d.lib.2.cap.41.dub.7.nu.59.* Sanch.*d.lib.5.cap.4.num.31.* Stephan.Gratian.*Marchig deciſ.35.n.3. in addit.* Barthol.à S. Fauſto *d.lib.5.queſt.163.* Bonacin. *de clauſura queſt.2. puncto 10. diffic.2. §.2.num.3.* Soar. *tom.3.Relig.lib.5.cap.15.n.3.* Ego ipſe *d.allegat.101.n.*23. Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap.1. num.15. diſt.54.* Peregr. *in conſtit.cleric. Regul.part.2. cap.1 littera C.§.8.* Tamburin.*d.diſput.4.q.8.num.3.* Ciarlin. *controuerſ. forenſ.lib.1. cap.108. num.15.* Diana *moral.reſol. part.5. tract.5. reſol.19.* idem Tamburin. *de iure Abbatum tom.3. diſput.6. queſt.7. num.9. & queſt.11.num.15.* Hieron. Roderic. *d reſolut.101.num.42.* Fr.Barthol.de Vecchis *d. diſput.11. dub.3.num.1.* vbi *num.5.* cum Soar.*d.cap.15.à n.*8. ampliat, vt hæc continuatio non ſolùm eſſe debeat per annum expletum, ſed etiam vſque ad profeſſionem, ita vt ſi nouitius completo anno probationis egrederetur monaſterium, & poſtea iterum rediret, profeſſionem emittere non poſſet, virtute præfatæ vnius anni probationis, ſed iterum inchoare deberet nouitiatum.

Contra Franch. Angel. Sylueſtr. *verb.Religio 5.queſt.4.* Bartholom.à S.Fauſto *d.lib.5.queſt.165.*& Bonacin.*d.puncto 10.diffic.2.§.2. num.4.* exiſtimantes non eſſe neceſſariã continuationem probationis cum profeſſione,& contra Fr. Emman. *d.q.15. art.10. verſ.aduertendum denique,* qui idem cenſet circa nouitias Monialium.

25. Annum probationis tunc interrumpi, quando Nouitius dimiſſo Religionis habitu egreditur monaſterium animo deſerendi Religionem,ita vt ſi poſtea pęniteret, iterumque reciperetur, deberet ex integro à principio inchoare nouitiatum, referunt proximè citati Doctores, & præcipuè Fr.Bartholom.de Vecchis *d.dub.3.num.6.* Tamburin.*d.tom.3.diſput.6.queſt.11.num.17.*

26. Et ideo per text.in præſenti reuocatum eſſe priuilegium Iulij II.conceſſum Minoribus, vt nouitiatus interruptus poſſit continuari, tradunt Fr.Ludouic. Miranda *d.queſt.22.artic.4.verſus finem,* Bartholom.à S. Fauſto *dict. lib.5.queſt.166.* Fr.Bartholom.de Vecchis *d.diſput.11.dub.3.num.6.in med.* Tamburin.*de iure Abbatum tom.3. diſput.6. q.11.ſub num.17.*

Contra Sorb. *verb. Nouitius,* vbi de Nouitiorum profeſſionis emiſſione, *verſ ſed Iulius,* Fr.Emman *d.queſt.15.artic.8.& 10.verſ.aduertendum tandem,* exiſtimantes iuxta prædicti priuilegij tenorem poſſe etiam hodie tempus prioris receptionis cum tempore poſterioris ad perficiendum probationis annum computari.

27. Dimiſſo Religionis habitu à monaſterio Nouitium recedentem, eo ipſo interrumpere annum probationis, licèt interpellatio ſit modica, & paulo pòſt intra diem pœniteat, tenent Nauarr. *conſ.42. num.4. de Regularibus,* Gallet.*in Margarita caſuum conſcientiæ verb.Nouitius,2.* Sanchez *d. cap.4.num.32.* Soar.*d.cap.15.num.3.* Peregr.*d.part.2. cap.1 littera C.§.8 verſ Sed quid,* Barthol.à S.Fauſto *dict. lib.5.q.164.* Fr.Bartholom.de Vecchis *d.dub.3.num.7.* Illuſtriſſ. D.Roderic. à Cunha *vbi ſuprà num.17.* Ego ipſe *d. allegat.101.num.25.*

Contra Leſſ.*d.lib.2.cap.41. dub.7.* exiſtimantem paucorum dierum interpellationem non impedire, & contra Sorb.*d.loco verſ.ſecundò eſt,* Lorich.*in ſuo theſauro tit. de Regul.§.9. verſ.ſi autem ſine licentia,* Nald. *d.verb.Nouitius num.4.* qui cùm dicant interrumpi nouitiatum per exitum Nouitij à clauſtro per tres, aut quatuor dies ſine licentia ſui ſuperioris, videntur docere exitum vnius, vel duorum dierum non eſſe ſufficientem ad hanc interruptionem inducendam.

28. Si tamen Nouitius de licentia Superioris cum habitu aliqua iuſta de cauſa intra annum probationis extra monaſterium egrediatus, & ibidem per aliquos dies commoretur, poſt acceſſum poſſe licitè profiteri, annumque per hoc non dici diſcontinuum, reſoluunt Nauarr.*conſil.10.num.3. de Clericis non reſid. & conſil.42. de Regular.* Peregr. *in comment. ad conſtit.cleric. Regular. part.2. cap.1. littera C.§.8.* Hieron. Roderic.*d. reſol.101.num.44.* Iacob.de Graff.*in aureis deciſion.part.1.lib.3.cap.5.poſt n.18.* Flamin. Pariſ. *d.queſt.13. num.12.* Savr *in floribus deciſ ſub tit.de Regularibus deciſ.15.* Fr.Emman.*d.queſt.15.art.8.* Ludouic. Beja *reſponſ. caſuum conſcientiæ part.4. caſ. vltim. in fine,* Lorich. *d.§.9.verſ.4.* Campan. *d.rubr.12.cap.3.num.3.* Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt.deciſ.501.in 1.edit.alias reſolut.392. num.3.in 2. edit.* Armendar. *d.l.7. de Religion. num.13.* Bonacin.*de clauſur.queſt.2.puncto 10.diffic.2. §.2.n.6.* Stephan.Gratian.*diſcept.forenſ cap.66.num.14.* Soar.*tom.3.de Religion.lib.5.cap.14.num.13.* Diana *moral.reſol. part.3. tract.2. reſol.84.* Tamburin.*de iure Abbatiſſar.diſput.4.queſt.8. à num.1.* Ciarlin.*d.lib.1. cap.108.num.24.* idem Tamburin.*de iure Abbatum tom.3.diſput.6.queſt.7. num.12.& 15. & q.11.num.18.& 19.* Fr.Barthol.de Vecchis *d.dub.3 num.10.* vbi *num.11.* cum Soar.*eod.cap.14.num.14.* contra Nauarr. intelligunt etiamſi illicitè, & ſine rationabili cauſa conceſſa fuiſſet Nouitio licentia. Ego ipſe *d allegat.101.num.27.* Ludouic.Miranda *d.queſt.22 art.5. concl.vnic.* vbi in fine ait huiuſmodi licentiam ad exercendum poſſe tantùm concedere Miniſtros Prouinciales ſi adſint, in ipſorum verò abſentia, & quando facilis ad eos non habetur recurſus, vrgetque neceſsitas, id ipſum poſſe facere Guardianos, & alios Prælatos conuentuales, niſi aliqua ordinatione generali, ſeu Prouinciali, aut parti-

patriculari mandato ſi fuerit interdictum.

29. Vnde non interrumpi tempus probationis ſi Nouitius habitu Religionis indutus monaſterium ex ſui Superioris licentia exeat cauſa peregrinandi ad ſtationes, vel ad alia loca, vel viſendi parentes, aut cognatos ę grotantes, vel mendicandi, vel recreandi, aut alia huiuſmodi cauſa, benè notant Iacob. de Graff. *d. cap. 5. num.* 18. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 3. diſputat. 6 quaſt. 7. num.* 16. Fr. Emman. *d. quaſt.* 15. *artic.* 8. Fr. Bartholom. de Vecchis *d. diſput.* 11. *dub.* 3. *num.* 12.

30. Hinc etiam non interrumpi dictum tempus probationis ſi Nouitius ex licentia Superioris, ob malam valętudinem maneat extra monaſterium, reſoluunt Gonzal. Mendez de Vaſconcellos *diuerſ. iuris argument. lib.* 2. *cap.* 15. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 166. *num.* 14. & *in addit. ad Marchia deciſ.* 35. *nu.* 2. Fr. Bartholom. de Vecchis *d. dubit.* 3. *num.* 13. vbi refert ita fuiſſe deciſum. Quare ſi Nouitia durante probationis anno curandæ valitudinis cauſa de licentia Superiorum à monaſterio exierit, & poſt reuertatur, eodem tempore profeſſionem emittere poſſe, ac ſi nunquam egreſſa fuiſſet, dicit reſolutum Armendar. *d. l.* 7. *de Relig. num.* 13.

31. Hinc pariter non interrumpi nouitiatum, ſi nouitius retento habitu perterritus ſeueritate, vel iracundia, aut minis, ſeu odio ſuperioris, aut Magiſtri monaſteriorum abditè exeat cauſa ſe celandi, dummodo animum habeat redeundi, tradunt Galuan. *conſil.* 12. *num.* 9. & Fr. Bartholom. de Vecchis *d. dubit.* 3. *num.* 15. vbi intelligit dummodo exitus extra monaſterium non ſit talibus circumſtantijs factus, quòd probabiliter præſumi poſſit Nouitium, animo deſerendi Religionem egreſſum fuiſſe, de quo etiam Tamburin. *d. tom.* 3. *diſput.* 6. *quaſt.* 7. *num.* 18.

32. Completo probationis anno nouitiatum obueniente aliqua rationabili, ſeu iuſta cauſa poſſe prorogari tradunt Nauarr. *conſil.* 30. *de Regularibus in nouis*, Emman. Sà *verb. Religio, num.* 3. Fr. Emman. *d. tom.* 3. *quaſt.* 17. *artic.* 10. Galet. *d. verb. profiteri, vltim.* Leſſ. *d. dubit.* 7. *num.* 59. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *quaſt.* 168. Fr. Ludouic. Miranda *in ſuo man. Prælator. tom.* 1. *quaſt.* 25. *artic.* 11. Sanchez *in pręcepta Decalogi, lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 1. Peregrin. *dict. cap.* 1. *littera* C. §. 11. Aldan. *d. tit.* 25. *num.* 10. vbi refert deciſum *ſub die* 31. *Maij* 1597. Soar. *tom.* 3. *de Relig. lib.* 5. *cap.* 13. *num.* 8. Fr. Bartholom. de Vecchis *d. diſputat.* 11. *dub.* 5. *num.* 3. vbi *num.* 4. poſt Galuan. *conſil.* 12. *à princip.* obſeruat differri non poſſe profeſsionem illorum Nouitiorum, quos ſuperiores expleto probationis anno habiles inuenerint.

33. Nouitium, & monaſterium poſt Concil. Trident. nullatenus poſſe anno nouitiatus renuntiare tenent Nauarr. *conſil.* 33. *ſub tit. de Regularibus in antiq.* aliàs *conſil.* 62. *num.* 5. *in nouis*, Ludouic. Beja *d. caſu vltim. verſ. tertio*, Hieron. Roderic. *d. reſol.* 101. *num.* 41. Fr. Emman. *d. tom.* 3. *quaſt.* 14. *artic.* 7. & *in ſumm. tom.* 2. *cap.* 6. *num.* 10. Azor. *d. lib.* 12. *cap.* 4. *quaſt.* 4. & 9. Sanchez *d. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 18. Ludouic. Miranda *d. quaſt.* 22. *art.* 7. *concluſ. vnic.* Peregr. *dict. cap.* 1. *littera* C. §. 12. Bartholom. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *queſt.* 170. Tamburin. *d. tom.* 3. *diſput.* 6. *quaſt.* 11. *num.* 22. Ego ipſe *d. allegat.* 101. *num.* 32. Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad c.* 1. *num.* 22. *diſt.* 54. vbi ſubdit validè diſpenſare Præpoſitum Generalem Societas I E S V poſt exactum integrum annum nouitiatus (non tamen ante illum) cum Nouitio ſuo, vt profiteatur, vel incorporetur in eadem Societate ante decurſum biennium nouitiatus.

34. Probationis annum poſſe impleri ab eo, qui nondum expleuerit annum decimum ſextum, & vi talis probationis poſſe probatum admitti ad profeſſionem expleto decimoſexto anno, aſſerunt Nauarr. *conſil.* 30. *num.* 1. *de Regular. in* 1. *edit.* aliàs *conſil.* 20. *num.* 1. *eod. tit. in* 2. *edit.* Henriq. *lib.* 13. *cap.* 40. §. 2. *in fin.* Galet. *verb. profiteri* 3. Azor. *dict. lib.* 12. *cap.* 4. *quaſt.* 9. *in fine*, Fr. Emman. *d. tom.* 3. *quaſt.* 15. *art.* 2. *in fin.* Valer. Reginald. *d. lib.* 18. *num.* 385. *propè finem*, Sanchez *in pracepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 22. *in fine*, Ego ipſe *d. alleg.* 101. *num.* 31.

35. Conuertitę eo ipſo, quòd ingrediuntur monaſterium, poſſunt emittere profeſſionem, iuxta Bullam Pontificis ante Concilium emanatam, quæ non eſt ſublata per hoc decretum, & quòd infrà *cap.* 18. *in fine*, hac eadem ſeſſ. præſeruatur earum conſtitutiones; ergo multo magis hoc priuilegium Pontificis, ita Aldan. *in compend. Canon. reſolut. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 16. vbi refert deciſum *ſub die* 11. *Ianuarij* 1620.

36. § *Poſt ſuſceptum habitum*, &c. ] Habitum Regularem à Nouitijs deferendum eſſe de eſſentia, atque ſubſtantia anni probationis, tradunt Azor. *d. lib.* 12. *cap.* 2. *quaſt.* 9. Fr. Emman. *d. quaſt.* 15. *artic.* 9. Sanch. *d. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 29. Fr. Ludouic. Miranda *d. quaſt.* 22. *art.* 6. *concluſ. vnic.* Bartholom. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *queſt.* 177. Bartholom. de Vecchis *d. diſp.* 11. *dub.* 7. Reginald. *d. lib.* 18. *num.* 384. Tamburin. *dict. diſput.* 4. *queſt.* 4. *num.* 6. & *de iure Abbatum tom.* 3. *diſput.* 6. *quaſt.* 7. *num.* 7. & *queſt.* 8. *num.* 4. Ego ipſe *d. allegat.* 101. *num.* 29. Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap.* 1. *num.* 12. *diſt.* 53. vbi *num.* 13. limitat, niſi regula alicuius Religionis à Pōtifice approbata aliud præſcriberet, vel vſus legitimè præſcriptus id obtinuiſſet, limitat etiam niſi talis eſſet Religio, quæ habitum proprium non haberet, vt non habet Societas I E S V, cuius Religioſi ex vſu regionis, in qua habitant, veſtiuntur, ſecundùm Sanch. *in pracepta Decalog.*, *tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 8. *num.* 70. Vnde licèt Nouitius deferre debeat habitum, quo regula, vel ſtatutum, aut conſuetudo cuiuſcunque Religionis vti vult, non eſſe tamen de ſubſtantia anni probationis Nouitium induere habitum Nouitiorum ab habitu profeſſorum diſtinctum, reſoluunt Soar. *tom.* 3. *de Relig. lib.* 5. *cap.* 14. *nu.* 10. Fr. Bartholom. de Vecchis *d. dub.* 7. *num.* 3. Tamburin. *d. tom.* 3. *diſput.* 6. *queſt.* 8. *num.* 5. & 6.

37. Per text. in pręſenti non tolli profeſſiones tacitas, ſed in ſuo priſtino valore manere aſſerunt Nauar. *conſil.* 28. *num.* 5. *de Regular. in* 2. *edit.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ.* 42. Sorb. *verb. Nouitius*, vbi de Nouitiorum profeſsione, *verſ. quid autem dicendum*, Azor. *d. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 4. *quaſt.* 6. Fr. Emman. *d. tom.* 3. *queſt.* 17. *artic.* 1. Armendar. *d. l.* 7. *de Relig. num.* 6. & 8. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 640. *num.* 34. adden. ad Gregor. *deciſ.* 385. *num.* 6. D. Hieronym. Venero, y Leyua *d. cap.* 15. *n.* 5. Fr. Bartholom. de Vecchis *dict. praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitijs, diſputatatione* 13. *dub.* 8. Tamburin. *de iure Abbatum tomo* 3. *diſputatione* 6. *queſtione* 13. *numero* 10. Rot. *in Vlixbonen. profeſſionis* 10. *Decembris* 1621. *coram R. P. D. Merlino* Sanchez *in precepta Decalogi libro* 5. *capitul.* 3. *à numero* 36. Hieron. Roderic. *dict. reſol.* 101. *numero* 53. Profeſsionem tacitam inducere Ordinis ſuſceptionem reſoluit Sel. *dict. capitul.* 18. *numero* 50. aſſerens ſic fuiſſe reſolutum *in Beneuentana* 20. *Decembris* 1619. refert Tamburin. *dict. tomo* 3. *diſputatione* 6. *queſtione* 13. *numero* 12.

---

*Renunciatio, aut obligatio non poteſt fieri à Nouitijs, etiam fauore cauſæ piæ, niſi cum licentia Epiſcopi, vel Vicarij, finito tempore nouitiatus ſuperiores admittant Nouitios ad profeſsionem, vel eos è monaſterio deijciant, quibus reſtituantur omnia, quæ dederunt monaſterio ante profeſsionem, vt in text.*

## CAPVT XVI.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*

2 *Obligationis nomine in præſenti intelliguntur omnes contractus lucratiui.*

3 *Donationes inter viuos comprehendit hoc decretũ.*

4 *Renun-*

4 Renunciationem officiorum publicorum temporalium comprehendit.

5 Fideiuſſionem comprehendit.

6 Liberationem comprehendit, qua Nouitius tutorem, ſeu curatorem ſuum à reddendis ratiociniịs liberat.

7 Eleemoſynas per Nouitios factas non comprehendit dummodo non ſint modicæ.

8 Donationem Deo, ſeu B. Mariæ, vel Sanctis oblatam non comprehendit.

9 Victum, & veſtitum, quem pro ſe tribuit Nouitius monaſterio, non comprehendit.

10 Expenſas factas pro ſuſtentatione nouitiæ, & Monialium, & pro ſolemnitate profeſſionis, non comprehendit.

11 Oblationes, & donationes factas monaſterio à tutoribus, vel conſanguineis Nouitiorum ex propriịs bonis, non comprehendit.

12 Contractus emptionis, venditionis, permutationis, & locationis non comprehendit.

13 Renuntiationem beneficịj non comprehendit.

14 Teſtamenta, codicillos, & donationem cauſa mortis non comprehendit hoc decretum.

15 Donatio Nouitịj facta cum ſolēnitate huius decreti vt ſit firma, requiritur profeſſionis validitas.

16 Profeſſione ratificata ſi illa nulliter emiſſa fuerit, cenſetur quoque renūciatio ratificata & valida.

17 Nouitius ſi iuxta formam huius decreti renuntiauerit legitimam, & facta profeſſione Epiſcopus ſit factus, recuperat ius ſuccedendi in dicta legitima.

18 Secularis ante habitus ſuſceptionem, & Nouitiatus ingreſſum poteſt etiam intuitu eiuſdem ingreſſus validè de ſuis bonis diſponere illa renunciando abſque ſolemnitate huius decreti.

19 Nouitius poteſt reuocare teſtamentum à ſe factum ante ingreſſum Religionis, & durante eodem Nouitiatu aliud condere.

20 Teſtamentum ante profeſſionem factum reuocare non poteſt profeſſus.

21 Religioſus profeſſus poteſt teſtamentum ſuum ante profeſſionem confectum declarare.

22 Reſeruatio aliquorum bonorum facta per Religioſum ad effectum teſtandi de illis non ſuſtinetur.

23 Licentia Epiſcopi obtenta requiritur in renunciatione facienda per nouitium.

24 Epiſcopus confirmatus nondum conſecratus poteſt Nouitio licentiam dare ad renunciandum.

25 Archiepiſcopus etiam qui fuerit conſecratus quāuis nondum pallium receperit.

26 Capitulum Sede vacante.

27 Abbates, & alịj Prælati habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, nullique Epiſcopo ſubiecti.

28 Prælati Regulares non poſſunt Nouitio facultatem concedere ad renuntiandum etiam in monaſteriịs exemptis, & ſibi ſubiectis.

29 Renunciatio facta ad fauorem Patrum Societatis Ieſu per Nouitium in d. Societate valet, quamuis non fuerit facta cum licentia Epiſcopi.

30 Renunciatio à Nouitio per duos menſes ante profeſſionem facta ſine licentia Epiſcopi, ſeu eius Vicarịj eſt ipſo iure nulla.

31 Formam laicorum ſtatuto præſcriptam nequaquā oportet ſeruare in renunciationibus quæ fiunt à Nouitịjs.

32 Moniales poſſunt finito probationis anno renuntiare dummodo per duos menſes ante profeſſionem.

33 Vicarius Epiſcopi, ſeu Capituli Sede vacante poteſt Nouitio licentiam concedere ad renuntiandum.

34 Vicarịjs foraneis non eſt integrum hanc licentiam concedere abſque expreſſa commiſſione ſibi facta.

35 Renunciationem per Nouitium ſufficit fieri toto bimeſtri ante profeſſionem.

36 Bimeſtre, quo debet fieri renunciatio per Nouitium, computandum eſt de momento ad momentum.

37 Profeſſionem differre ex quacunque cauſa facta ſemel renunciatione bimeſtri illo nihil refert.

38 Renunciatio per Nouitium facta abſque ſolemnitatibus huius decreti, eſt nulla.

39 Prelatus, & Conuentus, vel Capitulum dilationem ad profitendum Nouitio poſt annum nouitiatus probato iuſta de cauſa concedere poteſt.

40 Nouitiæ finito nouitiatus anno ad profeſſionem admittuntur.

41 Nouitịj Societatis IESV non comprehenduntur hoc decreto.

42 Patres Societatis IESV ſunt vere Religioſi.

43 Patres Societatis IESV tria tantum vota ſimplicia emittentes retinent ius & dominium bonorum ſuorum, beneficia, & penſiones.

44 Monaſterio nihil tribuendum à parentibus, & conſanguineis Nouitịj ante eius profeſſionem.

45 Nouitịj pater non poteſt dare paramentum Altaris Religionis vbi filius erat in nouitiatu.

46 Donare validè poteſt monaſterio puella exiſtens in eo educationis cauſa.

47 Monialibus non licet recipere pecunias, vel aliam rem anticipatè ad computum eleemoſynæ dotalis.

48 Nouitio abeunti omnia, quæ ſua erant, reſtitui debent.

49 Vnà cum fructibus inde perceptis.

50 Exceptis fructibus, quos in eo alendo monaſterium fecit.

51 Habitus Religioſus Nouitio exeunti non eſt reſtituendus.

52 Dos Nouitiæ intra tempus probationis decedentis hæredibus Nouitiæ reſtituenda.

α NVlla quoque renunciatio, aut obligatio β antea facta, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuſcumque cauſæ piæ, valeat, γ niſi cum licentia δ Epiſcopi, ε ſiue eius Vicarịj fiat, ζ intra duos menſes proximos ante profeſſionem, ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione, aliter verò facta, etiamſi cum huius fauoris expreſſa renunciatione, etiam iurata, η ſit irrita, & nullius effectus. [a] θ Finito tempore nouitiatus, Superiores ι nouitios, quos habiles inuenerint, ad profitendum admittant, aut è monaſterio eos eijciant. Per hæc tamen ſancta Synodus non intendit aliquid innouare, aut prohibere, κ quin religio Clericorum Societatis Ieſu iuxta pium eorum inſtitutum, λ à ſancta Sede Apoſtolica approbatum, Domino, & eius Eccleſiæ inſeruire poſſint, μ ſed neque ante profeſſionem, excepto victu, & veſtitu nouitịj, vel nouitiæ illius temporis, quo in probatione eſt, quocumque prætextu, à parentibus, vel propinquis, aut curatoribus eius monaſterio aliquid ex bonis eiuſdem tribuatur, ne hac

a Cap. cum cauſam in fin. de elect.

occa-

occaſione diſcedere nequeat, quòd totam, vel maiorem partem ſubſtantiæ ſuæ monaſterium poſſideat, nec facilè ſi diſceſſerit, id recuperare poſſit, quin potiùs præcipit ſancta Synodus ſub anathematis pœna dantibus, & recipientibus, ne hoc vllo modo fiat, & vt abeuntibus ante profeſſionem *v omnia reſtituantur, quæ ſua erant*, quod vt rectè fiat, Epiſcopus etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, ſi opus fuerit, compellat.

1. VIde Nauarr. conſ.7.& 8. de donat. in antiq. aliàs conſ.81. & 82. de Regul. in nou. Fr. Emman. q. regul. tom.2. q.47. art.8. Ceuall. commun. contra commun. quæſt.806. num.3. cum ſeqq. Aluar. Valaſc. de partit. cap.16. num.2. cum ſeqq. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. part.2. collect.454. Piaſec. in praxi Epiſcop. part.2. cap.3. num.50. verſ. renunciatio. Franc. Leo. in theſauro fori Eccleſiaſtici, part.2. c.1. num.38. cum ſeqq. Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ.37. Azor. inſtit. moral. part.1. lib.12. cap.2. Molin. de iuſtit. tract.2. diſput.139. verſ. antequam. Leſſ. in ſimili tract. lib.2. cap.41. dub.4. num.40. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib.18. num.397. Mari. Antonin. variar. reſolut. lib.1. reſolut. vltim. caſu 62. Campan. in diuerſ. iuris canonici, rub.12. cap.3. num.10. cum ſeqq. & cap.4. nu.1. Franc. Molin. de ritu nupt. lib.3. quæſt.99. num.18. cum multis ſeqq. Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.2. tit.18. l.7. de Religion. num.18. cum ſeqq. Benedict. Ægid. in repet. l.1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. part.4. §.2. per tot. Fr. Ludou. Miranda in manual. Prælator. to.1. quæſt.23. Nicol. Garc. de benef. p.11. cap.9. num.10. cum ſeqq. Sanchez in præcepta Decalogi, tom.2. lib.7. cap.5. Vgolin. de offic. Epiſcopi, cap.20 §.7. metipſum in ſimili tract. part.3. allegat.99. Barthol. à S. Fauſto in theſauro Religioſorum, lib.5. à q.178. vſque ad q.200. Hieron. Roder. in compend. q. regul. reſol.53. ex num.10. & 101. num.48. cum ſeqq. Portel. in dubijs regul. verb. Nouitij, num.37. cum ſeqq. D. Hieronym. Venero, y Leyua Archiep. Montis Regalis in examine Epiſcop. lib.6. cap.15. num.17. cum ſeq. Fr. Barthol. de Vecchis in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitijs, diſput.8. dub.7. cum ſeqq. Laurent. de Peirinis in conſtit. ſuæ Religionis Minimorum, conſtit.2. Sixti IV. à nu.72. latè Peregrin. in conſtit. cleric. Regul. part.2. c.1. littera G. pag.152. cum ſeqq. Alzedo de præcellentia Epiſcop. dignitatis part.2. cap.8. num.44. Lauret de Franchis in controuerſ. inter Epiſcopos & Regular. q.42. cum ſeqq. pag.357. Tamburin. de iure Abbatiſſarum diſput.4. quæſt.10. cum ſeqq. Nouar. lucerna Regular. verb. diſpoſitio bonorum. Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccleſ. cap.42. num.13. Sanchez in conſil. moral. tom.2. lib.6. cap.9. dub.2. num.13. idem Tamburin. de iure Abbatum tom.3. diſp.5. q.11. num.83. & latiùs diſp.6. q.10.

2. *a Nulla quoque renunciatio, aut obligatio, &c.*] Nomine obligationis in præſenti intelligi omnes contractus lucratiuos, docent Fr. Emman. in ſumm. tom.2. c.7. numer.4. Barthol. à S. Fauſto d. lib.5. q.197. Laurent. de Peirinis in d. conſt. Sixti IV. num.75. Sanch. d. lib.7. c.5. ex num.31. Peregr. d. p.2. c.1. littera G. §.13.

3. Vnde textum in præſenti comprehendere donationes inter viuos, tenent Nauarr. conſil.81. & 82. de Regular. in nouis, & comment.2. de Regularibus nu.51. in fine, Menoch. de arbitr. caſu 437. num.8. Molin. de iuſtit. tract.2. diſput.139. col.9. verſ. ambiget præterea. Fr. Emman. in ſumma part.2. c.7. num.8. Bartholom. à S. Fauſto d. lib.5. q.180. Spin. in ſpeculo teſtament. gloſſ.12. princ. num.50. Sanchez d. lib.7. cap.5. num.10. Peregrin. d. part.2. cap.1. lit. G. §.6. Tamburin. de iure Abbatiſſarum diſput.4. q.10. num.8. in princ. Nouarr. in Lucerna Regular. verb. diſpoſitio bonorum num.2. idem Tamburin. de iure Abbatum tom.3. diſp.6. quæſt.10. nu.4. & nu.12.

4. Habere etiam locum in renũciatione officiorum publicorum temporalium, vt ſi Nouitius eſſet tabellio, vel aliud huiuſmodi officium haberet, tenent Sanch. d. cap.5. num.43. Fr. Barthol. de Vecchis d. diſp.8. dub.7. nu.7. id intelligentes ſi fiat renunciatio officij quatenus ſtatim transferatur in eum, in cuius fauorem fit renunciatio. Tamburin. d. diſputat.4. q.10. num.8. verſ. idem, & d. diſput.6. q.10. num.13.

5. Fideiuſſionem comprehendere hoc decretum, tradunt Sanch. d. cap.5. num.34. Fr. Barthol. de Vecchis d. diſput.8. dub.7. num.8. Tamburin. d. diſp.4. q.10. nu.8. verſ. fideiuſſionem, & d. diſp.6. q.10. num.13.

6. Liberationem, qua Nouitius tutorem, ſeu curatorem ſuum à reddendis ratiocinijs liberat, comprehendere affirmant Nauarr. conſil.83. de Regularibus, & Fr. Bartholom. de Vecchis d. diſput.8. dub.7. num.9. ſubdentes ſecus eſſe ſi hæc liberatio facta ſit à Nouitio in teſtamento non alterando naturam teſtamenti. Tamburin. d. diſp.4. quæſt.10. num.8. verſ. comprehenditur.

7. Eleemoſynas per Nouitios factas non comprehendere, dummodo ſint modicæ, conſideratis facultatibus ipſius Nouitij, aſſerunt Nicol. Garc. d. cap.9. num.17. Azor. inſtit. moral. p.1. lib.13. c.9. quæſt.2. Fr. Bartholom. de Vecchis d. dub.7. num.11. verſ. ex dictis, vbi intelligit de eleemoſynis paruis, vel moderatis. Lezana in ſumm. quæſt. Regul. cap.24. num.35. verſ. poſſunt. Tamburin. d. quæſt.10. num.9. & d. diſput.6. q.10. num.17. Bartholom. à S. Fauſto in theſauro Relig. lib.5. q.180. in fine. Sanchez d. lib.7. cap.5. num.22. Peregrin. d. part.2. cap.1. littera G. §.7. vbi in verſ. & aduenientę, poſt Sanchez d. num.22. in fine, ſubdit, quòd in euentu quo Nouitius exeat à Religione, non tenetur monaſterium dictas eleemoſynas erogatas Nouitio reſtituere.

8. Donationem Deo, ſeu Beatæ Mariæ, vel Sanctis oblatam non comprehendere, docent Fr. Emman. quæſt. regular. tom.2. quæſt.47. art.5. Sanchez d. cap.5. num.28. licèt Fr. Bartholom. de Vecchis d. dub.7. num.11. in princip. contrarium teneat, dummodo attentis Nouitij facultatibus ſit alicuius momenti. Tamburin. d. quæſt.10. num.9.

9. Victum, & veſtitum, quem pro ſe tribuit Nouitius monaſterio, non comprehendere aſſerit Fr. Bartholom. de Vecchis d. dubit.7. num.12. Lezana d. cap.24. num.35. verſ. idem dico.

10. Quod tribuit monaſterio, vel Monialibus in ipſa profeſſione, non pro ipſa, ſed pro ſuſtentatione Nouitiæ, & Monialium, & pro ſolemnitate & feſtiuitate profeſſionis iuxta conſuetum morem, non includi ſub hoc decreto reſoluit Soar. tom.5. de cenſur. diſput.22. ſect.5. num.15. & idem credit Sanchez d. cap.5. num.22. de conuiuio facto in ingreſſu in nouitiatum, & de conſuetis tunc dari Monialibus. Tamburin. dict. tom.3. diſput.6. quæſt.10. numer.20.

11. Oblationes, donationeſve factas monaſterio, ſeu Religioſis à tutoribus, curatoribus, ac conſanguineis Nouitiorum ex proprijs bonis, non ex bonis Nouitiorum, minimè comprehendi ſub hoc decreto, aſſerunt Soar. de Relig. tom.3. lib.5. cap.9. num.16. Fr. Barthol. de Vecchis d. dubit.7. num.14. idem dicendum de donatione facta à parentibus Nouitij ex proprijs ipſorum parentum bonis, non in dotem Nouitij, obſeruat Sanch. d. cap.5. n.23. Tamburin. d. tom.3. diſputat.6. quæſt.10. num.21.

12. Contractus emptionis, venditionis, permutationis, locationis, & alios huiuſmodi, in quibus tantundem recipit Nouitius, quantum dat, non comprehendere, reſoluunt Sanchez d. cap.5. num.33. Fr. Bartholom. de Vecchis d. dub.7. nu.15. Laurent. de Peirinis vbi ſuprà num.75. Lezana d. cap.24. num.35. verſ. idem etiam dico, Tamburin. dict. diſput.4. quæſt.10. num.11.

13. Renunciationem beneficij ſub hoc decreto non cõprehendi, ac proinde Nouitium habentem beneficium Eccleſiaſticum, poſſe validè illi renunciare, non ſeruata ſolemnitate huius decreti, docet Nicol. Garc. part.11. cap.9. num.12. & 13. quem refero, & ſequor Ego ipſe d. allegat.99. num.19.

Contra Maiol. de irregular. lib.3. cap.6. poſt num.1. Flamin. Pariſ. de reſignat. beneficij, lib.3. quæſt.13. à num.4. Campan. d. rubr.12. cap.3. num.10. Azor. inſtit. moral. part.2. lib.7. cap.20. quæſt.6. Molfeſ. tom.1. ad conſuet. Neapolit. part.4. tit. de renunciat. quæſt.16. num.34. & 35. & in ſum. moralis Theolog. tract.6. cap.12. num.18. in fine. Ceuall. commun. contra commun. quæſt.121. num.4. & 5. Fr. Ludouic. Miranda d. tom.1. quæſt.23. artic.5. Mari. Antonin. variar. reſolut. lib.1. reſolut.112. caſu 62. Sanchez d. lib.7. cap.5. num.38. Soar. tom.3. de

Religion.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Religion.lib.5.cap.16.num.12. Bartholom.à S. Fauſto in theſaur.Relig.lib.5.quæſt.181.& ſeq. Peregr.in comment. ad conſtit.cleric.Regular.part.2.cap.1.littera G.§.1.Fr.Barthol.de Vecchis d.diſput.8.dub.7.num.4. D.Hieronym.Venero, y Leyua d.cap.15.num.23. Sperell.deciſ.16.num.49.Nouar.in lucerna Regul.verb.renunciatio bonorum num.4. nouiſſimè Tamburin.de iure Abbatum tom.3. diſput.6.quæſt.10.num.3. exiſtimantes diſpoſitionem huius decreti vendicare ſibi locum in reſignatione beneficij.

14. Teſtamenta, codicillos, & donationem cauſa mortis ſub hoc decreto non comprehendi, ſcribunt Nauarr. comment.2.de Regular.num.50.& conſ.83.num.2.& 3.ſub illo tit.de Regular.in nouis,Gaſp.Theſaur.deciſ.56. Tap.in auth. Ingreſſi, C.de ſacroſ. Eccleſ.verb.ideoque nec de his, cap.1.num. 15.in fine, Humad.l.7.gloſſ.3.à nu.4.tit.7.part.1. Caualcan. Friuz. deciſ.3.num.113.part.3.ſub tit.de vltim.volunt. Menoch.in addit.ad lib.2 de arbitr. caſu 436.num.16. Molin.d. diſput.139.verſ. ambiget fortaſſe. Gutier. in cap. quamuis pactum, de pactis lib.6.verb. dum nuptui tradebatur nu.4.& Canon.quæſt.lib.2.cap 1.num.26.cum ſeqq. Fr.Emman. in ſumm. tom.1.cap.90.num.5.& tom.2.cap.7.num.8.& 9.& quæſt.regular.tom.3.quæſt 16.art.1.& tom.2.quæſt.47.artic.10. Azor. d.part.1.lib.12.cap.2.quæſt.14.in fine,& lib.13.cap.9. quæſt.2. Vega in ſumm.tom.1.cap.91.caſu 4.& tom.2.cap.50.caſu 3. Aloyſ.Ricc. in collect.deciſ.collect.584. Emman.Sà verb.Religio num.5. Læli. Zech. de republ. Eccleſiaſt.tit.de Regularibus cap.3.num.10. Leſſ. d.cap.41.num.40. Aluar.Valaſc.d. cap 16.à num.13. Ceuall. commun. contra commun.quæſt.63. num.7.& quæſt.121.à num.4. Cened.ad Decretum collect.50. in fine, Nicol.Garc.de benefic.part.11.cap.9.nu.17. Sanchez d.cap.5.num.13. Benedict.Ægid. d.§.2.num.2.cum ſeqq.& num.vltim. Fr.Ludouic.Miranda dict.quæſt.23.artic.4. optimè Campan. d.rubr.12.cap.13. num.12. Bartholom.à S. Fauſto d.lib.5.quæſt.188.& 189. Laurent. de Peirinis in conſt ſui Ordinis Minimor.conſt.2.Sixti IV.num.74. Peregrin. in comment.ad conſt cleric. Regular. part.2.cap.1.littera G §.4. vbi plures refert, Franc.Molin. d.quæſt.99.nu.26. Armendar. d.l.7.de Religion num.21 Monet. de commutat.vltim.volunt.cap.5.num.11. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ.tom.5. cap.587.num.30. Fr.Bartholom.de Vecchis d.diſput.8.dub. 10.num.3. Ego ipſe d.allegat.99.num.12. Hieron.Roderic. in compendio quæſt.regul reſol.53.num.10. Tamburin.d.diſp. 4.quæſt.10.num.12.& de iure Abbatum tom.3.diſput.6. quæſt. 10.num.11.

Contra Spin.in ſpeculo teſtament.gloſſ.12.princ.nu.50. exiſtimantem nullam renunciationem, donationem, aut teſtamentum valere eius, qui monaſterium ingreditur, niſi ſeruata huius decreti forma.

15. Ad hoc vt donatio Nouitij facta cum ſolemnitate huius decreti ſit firma, requiri vt profeſſio valida exiſtat, reſoluunt Bartholom.à S.Fauſto d.lib.5.q.187.Laurent.de Peirinis d.conſtit.2.Sixti IV.num.78. Sanchez d.lib.7.cap.5. num.55.Peregrin.in d.cap.1.littera G.§.17. Lezana dict.cap. 24.num 36. Tamburin.d.diſput.4.quæſt.12.num.1.& de iure Abbatum tom.3.diſput.6.quæſt.10.num.6. Vnde non ſequuta profeſſione, quia mortuus eſt Nouitius antequam eam faceret, vel ad ſeculum redijt, donationem eſſe irritam, & nullam, docent Nauarr. conſil.1.de ſtat.monach. in antiq. aliàs conſil.9.de ſucceſſ.ab inteſtat. in nouis, Fr. Emman. in ſumm.part.2.cap.90.num.6.& tom.3.quæſt.regular.quæſt.47. art.12.Paſſarel.in priuileg. Minorum cap.37. Peregrin.dict.c. 1.littera G §.14.Sanchez d.cap.5.à num.48.Bartholom.à S. Fauſto d.lib.5.quæſt.186.Ego ipſe d.allegat.99.num.11.in fine, Honded. conſil.73.à num.16,vol.2. Fr. Bartholom. de Vecchis d.diſput.8.dub.8.num.3.& dub.9.num.6. Laurent. de Peirinis d.conſtit.2.Sixti IV.num.76.

16. Ratificata verò profeſſione, ſi illa nulliter emiſſa fuerit, cenſeri quoque renunciationem ratificatam, & validam, reſoluit Aloyſ. Ricc. in deciſ.Curiæ Archiepiſ. Neapolit. deciſ.146.part.4. Tamburin. dict.diſput.4.quæſt.12.num. 2.& Sanchez d.lib.7.cap.5.num.56. vbi ait, quòd ſi profeſſio eſſet nulla non ratione ætatis, ſed quia facta eſſet anno non integrè tranſacto, vel ex metu, aut alijs de cauſis, in hoc caſu cùm renunciatio ab initio valuerit, eiuſque firmitas pendeat à profeſſione validè emiſſa, quamuis profeſſio fuerit initio irrita, & ſic non confirmarit renunciationem, cùm tamen ea adhuc in ſuo priſtino valore perſeueret, confirmabitur quoties illa profeſſio ratificata fuerit alia profeſſione, ſiue expreſſa, ſiue tacitè valida, refert Peregr. dict.part.2.capitul.1.littera G.§.17.

17. Religionem ingreſſus, qui ſeruata forma huius decreti renunciauit legitimam paternam, & ius ſuccedendi in materna ad fauorem ipſius monaſterij, emiſſa deinde profeſſione, ſi poſtea ad Epiſcopatum ſit promotus, viuente eius matre, recuperat ius ſuccedendi tam in paterna, quàm in materna legitima, etiam quoad renunciata, ad fauorem tamen ſuæ Eccleſiæ, ita Aldan. in compendio Canon.reſol.lib.2.tit.9.num.10.vbi refert ſic fuiſſe decìſum ſub die 11. Ianuarij 1631.

18. ¶ Antea facta.] Intelligi de renunciatione tantùm facta poſt ingreſſum Religionis, non autem de facta ante ingreſſum, ac proinde ſecularis ante habitus ſuſceptionem, & nouitiatus ingreſſum, poſſe etiam intuitu eiuſdem ingreſſus validè de ſuis bonis diſponere, illa renunciando, donando, ſeu obligando, abſque ſolemnitate in hoc decreto petita, reſoluunt Mandoſ conſil.22.à num.8. vol.1.Paſſarel.in compend.Minor.cap.37.Confett.in priuileg. Mendicant.tit.13.c.12.& 13.Quarant.in ſumm.Bullarij.verb. monaſteria, & conuentus, verſ. dubium illud, Menoch. in addit.ad lib.2. de arbitrar.caſ.436.à num.3. Sorb. in ſuis addit. ad compend.Mendicant. verb.Nouitius, verſ.Sed hic ſunt aliqua aduertenda, Aluar.Valaſc.d.cap.16.nu.22.cum ſeq. Zanard. in direct.Theolog.part.2.cap.17.verſ.primò ſi ſit facta, Portel. in dub.Regul.verb.nouitius num.41. Villalob. in ſumm tom.2. tractat.35.difficult.17.num.4.Veg.in ſumm.tom.1.cap.91.caſu 4.& tom.2.cap.50.caſu 3. Theſaur. quæſt.forenſ.lib.2.quæſt. 56.num.8.& 9.Megal.1.2.lib.2.cap.27.num.25.& 26.Nald. verb.Religioſus nu.1.Fr.Emman.tom.2.quæſt.47.art.8. Steph. Gratian.Marchiæ deciſ.37.Benedict.Ægid. in repet.d.l.1.p.4. §.2.num.22.ad finem, Franc.Molin. de ritu nupt.lib.3.q.99. nu.30.Caſtil.controuerſ.lib.1.de vſufructu cap.65.nu.7. Campan. d.rubr.12.cap.3.num.17. Nicol.Garc. d.part.11.cap.9. num.15. Galet.in margarita caſuum conſcientiæ, verb.Religioſus, pag.226. col.1.& verb.Nouitius 1. Vgolin. de poteſtate Epiſcopi c.20.§.7.num.1. Armendar. d.l.7. de Religion.num. 20.& 25.Sanch.d.lib.7.cap.5.num.4.cum ſeqq. Barthol.à S. Fauſto d.lib.5.quæſt.183. Peregrin.d.part.2.cap.1.litt.G.§.2. vbi in verſ.quintò, ita declarauit, refert declarationem, me citato, in hoc loco, Aloyſ. Ricc. in deciſionibus Curiæ Archiep.Neapol.deciſ.295.ad fin.part.1. Fr.Barthol.de Vecchis d.diſput.8.dub.8.num.4. Tamburin. de iure Abbatiſſarum diſput.4.q.10.num.1. Galerat. de renunc.lib.3.cap.7.num.7.pag. 217. Cutelli de donat.tom.1.tract.1.diſcurſu 2.p.3.num.152. & 153. Nouar. in lucerna Regular. verb.renunciatio bonorum à num.9.pag.228.Melch.Phœbeos deciſ.137.num.13. idem Tamburin. de iure Abbatum tom.3. diſput.6.q.10.num.10. Ego ipſe d.alleg.99.nu.17.& tenuit Rota in Parmen. tranſlationis 20. Decembris 1627. coram R. P. D. Duran. verſ.tandem non obſtat, vbi etiam fuit dictum in donatione facta ab eo, qui adhuc non eſt ingreſſus Religionem, ſed cogitat de ingreſſu, eſſe adhibendam ſolemnitatem legis, ſeu ſtatuti ſecularis, & ideò donationem factam per filium patri per paucos dies ante ingreſſum in Religione, ſeu habitus ſuſceptione intuitu, & comtemplatione eiuſdem Religionis eſſe validam, tuetur Aldan. in compendio Canon reſol.lib.2.tit.8.num.15. vbi refert ſic fuiſſe decìſum ſub die 13. Aprilis 1630.

Contra Nauarr. conſil.7.& 8. de donat.in antiq. aliàs conſil.81.& 82. de Regularibus in nouis, Molin. de iuſtit. tract. 2.diſput.139.verſ. ambiget. & diſput.149.verſic.quoad Eccleſiam, & diſput.604.num.2. Cancer. var.lib.2.cap.8.num.81. Flamin.Pariſ. de reſignat.benefic. lib.3.quæſt.13.num.9. Fuſc. de viſitat.lib.2.c.18.num.37. Spin in ſpeculo teſtament.gloſſ.12. princ.num.5.Menoch.conſ.388.num.7. Emman.Sà verb.Religio num.5. Rojas in epit.ſucceſſ.cap.7.num.30.& 31.Gutier. in cap. quamuis pactum, de pactis lib.6.§. dum nuptui tradebatur, in fine, Ceuall.d.q.115.in fine,& q.121.num.4.& 5.Azor. inſtit.moral.part.1.lib.13.cap.9.quæſt.2. Leſſ. d.lib.2.cap.41. num.39.& 40.Mari.Antonin.variar.reſolut.lib.1.reſol.vltim. caſ.42.Miranda d.tom.1.quæſt.23.art.2.exiſtimantes renunciationem, ſeu donationem factam ab exiſtente adhuc

in ſeculo, prætextu, & intuitu ingreſſus Religionis, nullam, & inualidam eſſe.

19. Nouitium poſſe reuocare teſtamentum à ſe factum ante ingreſſum Religionis, & durante eodem nouitiatu aliud condere, communis tenet ſententia, de quo tamē vide Barthol. *in auth. Ingreſſi, num. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Butr. *in cap. in præſentia num. 34. de probat.* Couar. *in c. 2. numer. 4. de teſtam.* Glar. §. *Teſtamentum quæſt. 28.* Craſſ. *eod. verb. quæſt. 34. num. 2.* Gutier. *Canon lib. 2. cap. 1. & in d. cap. quamuis pactum. verb. dum nupti tradebatur, num. 4.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 9. à num. 34.* Gom. *l. 3. Tauri num. 23.* Fachin. *controuerſ. lib. 6. cap. 14. & 15.* Carol. Tap. *in auth. Ingreſſi, verb. ideoque nec de his, à num. 46.* Carol. de Graſſis *de effectibus clerical. effect. 4. num. 31. & 32.* Menoch. *de ſucceſ. creat. lib. 2. §. 20. num. 29. & de ſucceſſ. progreſſu lib. 1. §. 1. num. 58.* Matien. *l. 1. gloſſ. 3. num. 4. tit. 4. lib. 5. nouæ recopil.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 3. quæſt. 3. art. 8.* Ceuall. *commun. contra commun. quæſt. 61. & q. 221.* Azor. *d. part. 1. lib. 12. cap. 8.* Fr. Ludouic. Miranda *d. quæſt. 23. art. 8.* Gam. *Luſit. deciſ. 316. num. 5. & 6. & deciſ. 375. num. 5.* Coſt. *in cap. ſi pater, verb. teſtatorem, num. 8. & 10. de teſtament. lib. 6.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem num. 59. & de nominat. emphyt. quæſt. 6. num. 5. cum ſeqq. & de poteſt. eligendi cap. 3. num. 17.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. num. 397.* Aluar. Valaſc. *d. cap. 16. num. 14.* Franc. Molin. *d. q. 99. num. 23. & 24.* Caſtell. *controuerſ. lib. 1. de vſufructu cap. 65. num. 6. & lib. 3. cap. 12. nu. 3.* Molin. *d. tract. 2. diſput. 139. dub. vltim. & diſp. 64. num. 3.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practicabil. Eccleſiaſt. q. 332.* late Sanch. *d. tom. 2. lib. 7. cap. 3. num. 24. cum multis ſeqq.* Hieron. Roder. *in compend. q. regul. reſol. 101. num. 49.* Tamburin. *de iure Abbatiſſarum diſp. 4. q. 13.*

20. Profeſſo tamen integrum non eſſe teſtari etiam ad pias cauſas, Barthol. à S. Fauſto *in libello de vitio proprietatis q. 31.* nec teſtamentum ante profeſſionem factum reuocare, tenent Abb. *in cap. in præſentia num. 61. de probation.* Nauarr. *comment. 2. de Regularibus num. 53.* Couarr. *in cap. 2. num. 9. de teſtament.* Gutier. *Canon lib. 2. cap. 1. à num. 37.* Tap. *in d. auth. Ingreſſi, verb. ideoque nec de his, cap. 1. nu. 67.* Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ. 6. rubr. in fine,* Fachin. *d. lib. 6. cap. 15. verſ. ego ſententiam.* Angul. *de melioram. l. 1. gloſſ. 3. nu. 12.* Fr. Emman. *in ſum. p. 2. c. 32. num. 2. & q. regul. tom. 3. q. 16. art. 4. & q. 69. art. 3.* Azor. *d. p. 1. lib. 12. cap. 6. quæſt. 5.* Valaſc. *d. cap. 16. num. 18.* Molin. *d. tract. 2. diſp. 140. verſ. vtrùm verò Religioſus.* Benedict. Ægid. *in repet. d. l. 1. part. 4. § 2. num. 6. in fine,* Sanchez *d. tom. 2. lib. 7. cap. 11.* Mirand. *d. tom. 1. quæſt. 24. art. 10.* Valer. Reginald. *lib. 18. cap. 27. nu. 397.* Theſaur. *lib. 2. quæſt. forenſ. quæſt. 56. num. 1.* Hieron. Roderic. *in compend. quæſt. regul. reſolut. 135. num. 3.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practicabil. Eccleſiaſt. quæſt. 268.* Fr. Barthol. de Vecchis *d. diſp. 8. dub. 11.* Peregr. *d. p. 2. cap. 1. littera G. §. 35.*

Contra DD. *in l. 1. ff. de teſtament.* vbi Bart. *num. 7.* & Cuman. *numer. 5.* Xuar. *allegat. 20. à numer. 25.* Tell. *l. 17. Tauri, num. 6.* Decian. *conſil. 31. lib. 3.* Burg. de Pace *l. 3. Tauri, n. 688.* Matien. *l. 1. gl. 3. n. 4. tit. 6. lib. 5. nouæ recop.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. c. 3. n. 17.* exiſtimātes integrū eſſe profeſſo teſtamentū ante profeſſionē factū reuocare.

21. Religioſum profeſſum poſſe teſtamentum ſuum ante profeſſionem confectum declarare, præcipuè ſi teſtamentum dubiæ, & obſcuræ voluntatis interpretatione indigeat, ipſeque Religioſus declarationem verbis conuenientem proferat, reſoluunt Gozadin. *conſ. 41. num. 15. 16. & 17.* vbi optimè declarat. Fr. Emman. *tom. 3. q. 69. art. 3.* Valer. Reginald. *d. lib. 18. cap. 27. num. 397.* Hieron. Roder. *d. reſol. 135. nu. 3.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 7. c. 11. n. 16.* Monet. *de commut. vltim. volunt. c. 5. q. 1. nu. 14.* Fr. Barthol. de Vecchis *d. diſp. 8. dub. 12.* Peregr. *d. c. 1. lit. G. §. 36.*

Contra Couar. *in cap. 2. de teſtam. num. 5. & 9.* Nauarr. *in cap. non dicatis ex num. 43.* Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 23. art. 10.* exiſtimantes non poſſe Religioſum profeſſum teſtamētum ante profeſſionem a ſe factum, poſt profeſſionem declarare.

Hoc decretum vendicare ſibi locum etiam in ijs, qui excedunt annū decimumſextum, & illa verba huius decreti *antea facta*, non referri ad ætatem renunciantis, ſed ad duos menſes proximos ante profeſſionem, reſoluunt Gutier. *canon. lib. 2. cap. 1. num.* . Cened. *ad decretum collect. 50. num. 5.* Peregr. *d. p. 2. cap. 1. lit. G. § 3.* Campan. *d. c. 3. n. 18.* Fr. Emman. *tom. 2. q. 4. art. 13.* bene Franc. Molin. *d. q. 99. nu. 43.* Valaſc. *d. c. 16. num. 27.* Sanch. *d. cap. 5. num. 7.* Ego ipſe *d. alleg. 99. n. 18.* refert deciſum Armendar. *d. l. 7. de Religionib. n. 36.* & Fr. Barthol. de Vecchis *d. diſp. 8. dub. 8. n. 1.* Molfeſ. *ad conſuetud. Neapol. tit. de renunciat. q. 16. n. 31. cum ſeqq.* Sperel *in deciſ. fori eccleſ. deciſ. 16. n. 48.* Lezana *d. c. 24. n. 34. verſ. intelligitur tamen,* contra Menoch. *de arbitr. caſu 436. n. 8.* & Theſaur. *q. forenſ. lib. 2. q. 56. n. 7.* exiſtimantes renunciationem à Nouitio excedente hanc ætatem abſque ſolemnitate huius decreti factam non eſſe inualidam.

Reſeruatio de aliquibus bonis, quam facit ſibi Miles Hieroſolymitanus in renunciatione facta bonorum ante profeſſionem, ſub prætextu vt de reſeruatis teſtari poſſit, non ſuſtinetur, vt per Aldan. *d. tit. 9. num. 4.* vbi dicit reſolutum *in Neapolitana 5. Iulij 1628.* At profeſſio, reſeruata ſibi facultate teſtandi de ſuo patrimonio, eſt omninò valida, ex eodem Aldan. *loco citato,* vbi refert deciſum *ſub die 14. Decembris 1613.* 22.

γ *Niſi cum licentia.*] Obtentam ſcilicet requiri aſſerunt Sanch. *d. cap. 5. à num. 76.* Peregr. *d. part. 2. cap. 1. lit. C. §. 32.* Ego ipſe *d. alleg. 99. num. 10.* Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 5. quæſt. 291.* Lauret. de Franchis *in conuerſ. inter Epiſcopos, & Regulares q. 42. pag. 357.* non tamen in ſcriptis deſiderari, obſeruant Barthol. de Vecchis *d. diſp. 8. dub. 9. num. 5.* Lauret. de Franchis *d. q. 42. pag. 359.* Barthol. à S. Fauſto *citato loco, quæſt. 200.* vbi *q. 199.* ſubdit hanc licentiam poſſe delegari, de quo etiam Sanch. *d. c. 5. n. 73.* Ego ipſe *d. alleg. 99. n. 9.* Peregr. *d. p. 2. c. 1. lit. C §. 29.* Et neceſſe eſſe, quòd interueniat huiuſmodi licentia in ipſo actu renunciationis, poſt Cened. *canon. q. lib. 1. q. 6. n. 14.* firmauit Rot. *in Romana fideicommiſſi 15. Nouembris 1624.* coram bon. mem. Remboldo, vbi etiam fuit dictum, quòd hæc licentia ob hoc non præſumitur ex lapſu plurium annorum, vnde refert deciſum Fr. Barthol. de Vecchis *d. diſput. 8. dub. 9. num. 3.* omiſſa hac licentia, & profeſſione ſecuta nullam eſſe renunciationem. 23.

δ *Epiſcopi.*] Epiſcopum confirmatū, nondum tamen conſecratum, poſſe hanc licentiam in ſua diœceſi impertiri, reſoluit Sanch. *d. cap. 5. num. 66.* quem refero Ego ipſe *d. alleg. 99. num. 3.* Peregr. *d. part. 2. cap. 1. lit. C. §. 25.* 24.

Archiepiſcopum conſecratum, qui nondum pallium recepit, poſſe huiuſmodi licentiam in ſua diœceſi impertiri, reſoluit Sanch. *d. c. 5. num. 66.* quem refero Ego ipſe *d. alleg. 99. num. 4.* Peregr. *d. p. 2. c. 1. lit. C. §. 26.* 25.

Capitulum Sede vacāte poſſe eandem licentiam cōcedere, tradunt Sanch. *d. c. 5. num. 67.* Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 5. quæſt. 195.* Peregr. *d. part. 2. cap. 1. lit. C. §. 261.* Tamburin. *d. quæſt. 10. num. 3.* 26.

Abbates, & alios Prælatos habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, nullique Epiſcopo ſubiectos, in ſuis diœceſibus poſſe huiuſmodi licentiam concedere, aſſerunt Sanch. *d. c. 5. num. 68.* vbi etiam quòd Archiepiſcopus in diœceſi ſuffraganei non habet poteſtatem concedendi hanc licentiam, niſi Epiſcopo eam denegante deuolueretur per appellationem cauſa ad ipſum, Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 5. q. 196.* Ego ipſe *d. alleg. 99. num. 6.* Fr. Barthol. de Vecchis *d. diſp. 8. dub. 2. n. 2.* Peregr. *d. p. 2. c. 1. lit. C §. 27.* 27.

Prælatos Regulares eam facultatem concedere non poſſe in monaſterijs exemptis, & ſibi ſubiectis, quia Concil. in præſenti ſolùm Epiſcopi licentiam ad hanc renunciationem petit, obſeruant Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. q. 47. art. 14.* Fr. Ludou. Miranda *in manual. Prælat. tom. 1. q. 23. art. 6. concluſ. 2.* Fr. Borthol. de Vecchis *d. diſp. 8. dub. 9. n. 2.* Peregrin. *d. p. 2. c. 1. lit. C §. 30.* Sanch. *d. c. 5. nu. 74.* vbi *n. 75.* cum eodem Fr. Emman. *in ſumma, tom. 2. c. 7. n. 1. in fine,* & Vega *to. 2. c. 50. caſu 3.* aſſerit in aliquibus Religionibus in deſuetudinem abijſſe hanc licentiam petere ab Epiſcopo, quod ille approbat, ſi conſuetudo fuerit legitimè præſcripta, vt contra hoc Concilij decretum vires obtineat. 28.

Renunciatio facta ad fauorem Patrū Societatis IESV per Nouitium inter Patres dictæ Societatis, eſt valida, non obſtante, quòd non fuerit facta cum licentia Epiſcopi, vt per Sanch. *d. c. 5. n. 9. cum ſeqq.* Hieron. Roder. *in* 29.

com-

*compend.quaſt.regul.reſol.*53.*nu.*15. Sel.*in ſelect. canon. cap.* 19.*n.*15. vbi refert deciſum *in Neapolitana 20.Martij* 1621.

30. Renunciatio à Nouitio per duos menſes ante profeſſionem facta ſine licentia Epiſcopi, ſeu eius vicarij, eſt ipſo iure nulla, vt per Rot. *in Romana fideicommiſſi* 15. *Nouembr.*1624. *coram R.P.D. meo Pirouano*.

31. Formam laicorum ſtatuto præſcriptam nequaquam oportet ſeruare in renunciationibus, quæ à mulieribus profeſſionem emiſſuris habitu Regulari ſuſcepto intra probationis annum factæ fuerint, nec huiuſmodi ſtatuti omiſſio tales renunciationes inualidat, aut nullas, & irritas reddit, vtpote ab his perſonis, ſcilicet Nouitijs factas, quæ ſecundùm præſentem ſtatum, tanquam eccleſiaſticæ cenſentur, ac proinde legibus laicalibus ſolemnitatem inducentibus ſubiacere non debent, vt per Aldan. *d.tit.*9. *num.*11. vbi refert deciſum *de anno* 1606. & idem tenuit Rota *in Parmen. tranſactionis* 20. *Decembris* 1627. *coram R.P.D. Duran.*

32. Moniales poſt lapſum annum probationis, non tamẽ emiſſa profeſſione, minimè impediuntur renunciare bonis ſuis per duos menſes ante profeſſionem, vt per Aldan. *d.tit.*9.*num.*12. vbi ait ſic fuiſſe deciſum *in Nucerina* 21. *Auguſti* 1627.

33. ε *Seu eius Vicarij.*] Vicarium Epiſcopi, ſeu Capituli Sede vacante poſſe hanc licentiam concedere, tradunt Sbroz. *de officio vicarij, lib.*2. *q.*270. Peregr. *d. p.*2.*cap.*1.*lit.* G. §.28. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.*5. *q.*197. Sanch.*d.cap.*5. *num.*69. vbi *num.*70. idem dicendum putat de vicarijs quorumcunque Prælatorum iuriſdictione Epiſcopali in ſua diœceſi gaudentium, refero Ego ipſe *d.alleg.*99.*nu.*8. Tambur. *d.q.*10. *num.*16.

34. Vicarijs vero foraneis non eſſe integrum hanc licentiam concedere abſque expreſſa commiſſione ſibi facta, referunt Sanchez *d.cap.*5. *nu.*72. & Barthol. à S.Fauſto *d.lib.*5.*q.*198. Fr.Barthol. de Vecchis *d.diſput.*8. *dub* 9. *nu.*2. Peregr.*d.p.*2. *cap.*1. *lit.G.* §.28. *verſ. idem dicendum.*

35. ζ *Intra duos menſes proximos ante profeſſionem.*] Non requiri, vt renunciatio fieri debeat integro bimeſtri ante profeſſionem, ſed ſatis eſſe, vt toto eo bimeſtri ante profeſſionem fiat, quamuis immediatè ante profeſſionem, tenent Sanch. *d.cap.*5. *num.*80. Barthol. à S.Fauſto *d.lib.*5. *q.*192. Peregr. *d.p.*2.*cap.*1.*lit.G.*§.20.

36. Bimeſtre hoc computandum eſſe de momento ad momentum, & ſecundùm quod occurrit menſis in Kalendario, tradunt Sanch.*d.cap.*6.*num.*81. Barthol.à S.Fauſto *d.lib.*5.*q.*193. Fr.Barthol.de Vecchis *d. diſput.*8. *dub.*9. *num.*5. Peregrin. *d.cap.*1. *lit.G.* §.20. *verſ. probatur quia*. Tamburin.*d.quæſt.*10. *num.*4. Sperell.*d.deciſ.*16.*nu.*54. Vnde renunciationem factam à Moniali per diem ante duos menſes præfixos in hoc decreto non valere, tenent Aldan. *in compend.canon.reſol.lib.*4. *tit.*3.*nu.*8. vbi refert deciſum *ſub die* 21. *Ianuarij* 1617. Tamb. *d.q.*10.*n.*10.

Contra Læl.Zech. *de Republ.eccleſiaſt tit.de Regul.c.*3.*nu.* 14.& Zerol. *in praxi Epiſcop.p.*1. *verb.Monachus, in fine*, exiſtimantes id bimeſtre non debere eſſe mathematicum, ſed morale, ac proinde eam renunciationem non eſſe irritam, ſi paulo ante id bimeſtre fiat.

37. Nihil referre facta ſemel renunciatione bimeſtri illo ante profeſſionem legitimè faciendam, vt quia tranſacto bimeſtri eſt completa ætas, & annus nouitiatus, differre profeſſionem ex quacunque cauſa dilatio contingat, reſoluit Sanch. *d.c.*5.*n.*81. & deciſum aſſerit Armendar. *d.l.*7.*de Relig.num.*18. & *num.*27. ſubdit Concilij verba ſupradicta, *intra duos menſes*, verificari, etiamſi vltra plures menſes anni probationis profeſſio fiat, & *num.*22. refert pariter reſolutum tenere renunciationem, quam aliquis fecerit ante profeſſionem per duos menſes, licèt ante expletum decimumſextum annum. Ex quacunque enim cauſa contigerit profeſſionem vltra annum protrahi ſuo valore non deficere renunciationem poſt decimum nouitiatus menſem factam, refert deciſum Fr. Barthol. de Vecchis *d.diſp.*8.*dub.*9. *num.*5. *in fine*.

Quid autem ſtante diſpenſatione Apoſtolica, vt Nouitius nono menſe profeſſus ſit vel minor ſexdecim annis? Vide Sanch. *d.c.*5.*nu.*83. Peregr.*d.p.*2.*cap.*1.*lit.G.*§.21.

38. η *Sit irrita, & nullius effectus.* Vide Nauarr.*conſil.*7.& 8.*de* *Barboſ.Collect. in Concil. Trid.*

*donation. in antiq.* aliàs *conſ.*81. & 82. *de Regular. in nouis.* Azor.*d.p.*1.*lib.*12.*cap.*18. *verſ.*52. Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitijs, diſp.*13.*dub.*2. *num.*2. Et quòd renunciatio huiuſmodi ſine licentia Epiſcopi, ſeu eius vicarij facta ſit ipſo iure nulla, cenſuit Rot. *in Romana fideicommiſſi* 15. *Nouembris* 1624.*coram R.P.D. meo Pirouano*, vbi teſtatur ſic declaraſſe S.Congregationem, & refert Molin. *de iuſtit. tract.*2. *diſp.* 139. *verſ.antequam*, Cened. *canon.quæſt.q.*6. *num.*3. & 4.

θ *Finito tempore nouitiatus,*&c.] Prælatum, & Conuentum, vel Capitulum dilationem ad profitendum Nouitio poſt annum nouitiatus probato à ſe pro idoneo, non obſtante hoc decreto, iuſta de cauſa concedere poſſe, reſoluunt Nauarr. *conſ.*29.*in antiquis*, aliàs 30. *in nouis, de Regul.* Sayr. *in florib. deciſ ſub illo tit.deciſ.*35. Fr.Emman.*in ſum.p.*2.*c.*8.*num.*3. & *q.regul.tom.*3.*q.*15.*art.*10. *in fine*, & *quæſt.*17. *art.*6. Barthol. à F. Fauſto *d.lib.*5.*quæſt.*168. Leſſ. *de iuſtit.lib.*2.*cap.*41.*dub.*7. Sanch.*in præcepta Decalogi,lib.*5. *cap.*4.*num.*6. Hieron.Roder.*in compend. q.Regul.reſol.*101. *num.*83. qui duo poſteriores aſſerunt in Ordine Minorum vſque ad decimumoctauum poſſe dilatari profeſſionem iuxta eorum regulam. 39.

ι *Nouitios.*] Loqui de Nouitijs virorum educatis, non autem de Nouitiatibus dicit Barthol. à S. Fauſto *d.quæſt.* 168. *num.*3. vbi obſeruat ſæpè profeſſionem Monialium differri, donec dotem competentem habeant, de quo etiam Sanch.*d.lib.*5.*c.*4.*n.*21. Hieron.Roder. *d.reſol.*101. *nu.*53. Et reſpiciunt hæc verba tantùm ad habiles, non autem ad inhabiles, vt declarauit ſacra Cong. cuius verba referunt Barthol.de Vecchis *in praxi nouit. diſp.*2. *dub.* 1.*n.*3. Tamburin. *de iure Abbatum tom.*3. *diſp.*6. *q.*18. *nu.*5. 40.

κ *Quin Religio clericorum Societatis Ieſu,*&c.] Hæc Concilij decretum non habere locum in Nouitijs Societatis IESV, ac proinde eos poſſe renuntiare bonis in fauorem Societatis, vel cuiuſcunque, non ſeruata hac forma, nec expectato bimeſtri ante profeſſionem, vel ante vota biennij, tenẽt Fr.Emman.*q.regul.to.*2.*q.*47.*art.*8. Emman. Sà *verb.Religio,n.*5. Molin.*d.tract.*2.*diſp.*139.*verſ. antequam.* Leſſ.*d.lib.*2.*c.*41.*dub.*4.*nu.*41. quos refert, & ſequitur Sanchez *d.cap.*5.*nu.*9.& Ego ipſe *d.alleg.*99.*nu.*23.& addit. Aldan.*in cõpend. Canon.reſol.lib.*1.*tit.*16.*n.*10. fuiſſe deciſum, quòd Patres Societatis IESV hoc decreto non ſolùm excepti ſunt quoad emittendam profeſſionem, ſed etiã quoad obligationes, & renunciationes, adeò vt hę etiam ab eorum Nouitijs quandocunque & ſine cuiuſuis licentia factæ nullitati dicti decreti minimè ſubiaceant. 41.

λ *A ſancta Sede Apoſtolica approbatum.*] Patres Societatis IESV eſſe veros Religioſos ſtatuit Gregorius XIII. *in ſua conſtit.* incip. *Quanto fructuoſius, Kal. Februarij* 1582. & *in alia* incip. *Aſcendente Domino*, 8.*Kal.Iunij* 1584. & per eas probant. Nauarr.*comment.*1.*de Regul.n.*19. Mandoſ.*cõſ.*13. *n.*3. Fr.Emman.*to.*1.*q.*1.*art.*4.& *q.*56.*art.*1. Tapia *in auth. Ingreſſi,C de ſacroſ. Eccleſ.verb.monaſteria,c.*10.*n.*4. Azor. *inſt. moral. p.*1. *lib.*13.*cap.*7.*q.*.. Fr.Ioan.à Cruce *de ſtatu Relig. lib.*1. *cap.*2. *concluſ.*5. *verſ. ex dictis*. Aldret. *in alleg.pro omnimoda Regular. exemptione, part.*2. *cap.*7. *num.*6. Sanch.*de matrim.lib.*7. *diſp.*25. *num.*15. Nicol.Garc. *de benefic.part* 7. *cap.*10. *num* 53. *verſ.* & *clariùs*. Rota *in Caputaquen. penſionis* 18. *Aprilis* 1616. *coram bo. mem. Martino Andrea*. 42.

Statuit præterea Gregorius XIII. in dictis conſtitutionibus, vt qui ex dictis Patribus emiſerint tria vota ſimplicia, poſſint retinere ius, & dominium bonorum ſuorum ad effectum ea diſtribuendi in pios vſus, itẽ & beneficia, ac pẽſiones, nec poſtea dimiſſi eis priuati remanerent, ita fuit reſolutum per Rot. *in d. Caputaq. penſionis.* 43.

μ *Sed neq. ante profeſſionem,*&c.] Vide Fr.Emman.*q.regular.to.*2.*q.*47.*n.*5.& *q.*48.*art.*5. Valaſc.*de partition.c.*16.*n.*32. Stephan.Gratian. *diſcept.forenſ.c.*363. *num.*18. & 19. Villalob. *in ſum. part.*2. *tract.*35. *diffic.*19. *num.*4. Fr. Ludou. Miranda *de ſacris Monialib. q.*9.*art.*9. Hieron. Roder. *in compendio quæſt.regul.reſol.*101. *num.*94. 44.

Nouitij pater nõ poteſt dare paramentũ Altaris Religionis, vbi filius erat in nouitiatu, ex Sel.*in ſel.Can.c.*32.*n.* 3. quo loci atteſtatur, ſic fuiſſe deciſũ 22.*ſub die Aug.*1617. 45.

Donare validè poteſt ipſi monaſterio virgo, quæ diutius permanſit in monaſterio in habitu Nouitiarum 46.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cum licentia permanendi educationis cauſa, quia non eſt Monialis, ita Sel. *citato loco*, vbi refert ſic fuiſſe reſolutum *in Fauentina 31. Iulij* 1627.

47. Monialibus nullatenus recipere licet pecunias, vel aliquam aliam rem anticipatè ad computum eleemoſynæ dotalis, quam quæuis puella habitum monachalem ſuſceptura perſoluere debet, alioquin tam recipientes, quàm perſoluentes anathemati hoc decreto contento ſunt ſubiecti, ita Aldan. *in compend. Canon. reſolut. lib. 2. tit.* 25 *num.* 8. vbi teſtatur reſolutum per S. Congregat. Epiſcop. *in Camerinen. de anno* 1580.

Nouitiæ quando veſtiuntur, vel profeſſionem emittunt, non licet Epiſcopis à propinquis, vel ab alio quocunque donatum, tam comeſtibilia, quàm linea, etiam parui valoris accipere, neque ab Abbatiſſis in ingreſſu officij, neque ab eiſdem comeſtibilia tantùm in aliquibus ſolemnitatibus nomine totius monaſteri, quamuis antiquiſſima inoleuerit conſuetudo, Aldan. *cit. loc.* vbi refert deciſum *ab eadem S. Congreg. in Auerſana* 22. *Ian.* 1591.

Frater in ingreſſu ſororis ad monaſterium ſe obligās ad alimenta, & ad alia ſcuta centum, quotieſcunque ſoror non vult emittere profeſſionem, frater non tenetur ad centum promiſſa, vt per Aldan. *d. tit.* 25. *num.* 10. qui atteſtatur ita deciſum *ſub die* 12. *Auguſti* 1617.

γ *Omnia reſtituantur, quæ ſua erant.*] Nouitijs nolenti-
48. bus profiteri, ſed è Religione volentibus egredi, ſunt reſtituenda omnia bona, quæ tempore ingreſſus detulerunt in monaſterium, nec quid minimum ex eis retinere valent Religioſi; quod, vt rectè fiat, Epiſcopus etiam per cenſuras eccleſiaſticas, ſi opus fuerit, compellere poterit Superiores Regulares. Nauarr. *conſ.* 1. *de ſtatu monach. in antiq.* aliàs *conſ.* 9. *de ſucceſſ. ab inteſtat. in nouis*, Sayr. *in floreb. deciſ. ſub illo tit. de ſtatu monach. deciſ.* 1. Zerol. *in prax. Epiſcop. p.* 1 *verb. Moniales*, §. 3. *& p.* 2. *eod. verb. verſ.* 11. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. Regularis, different.* 8. Carol. Tap. *in auth. Ingreſſi, C. de ſacroſanc. eccleſ. verb. ſua, cap.* 14. *num.* 16. Cald. Pereirà *in l. ſi curatorem, verb. implorare à nu.* 27. *C. de in integr. reſtit. min.* Azor. *d. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 9. *q.* 2. Carol. de Graſſis *de effectib. clericalib. effect.* 4. *ſub num.* 25. Campan. *in diuerſ. iuris Canonic. rub.* 12. *cap.* 13. *à nu.* 125. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *q.* 190. Hieron. Venero, y Leypa *in examine Epiſcop. lib.* 6. *cap.* 16 *num.* 16. Lauret. de Franchis *de controu. inter Epiſcop. & Regul. q.* 5. *num.* 10. Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccleſ. cap.* 42. *nu.* 11. Tambur. *de iure Abbatum tom.* 3. *diſp.* 6. *quæſt.* 10. *num.* 8. metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi part.* 3. *alleg.* 101. *num.* 37.

Vnà cum fructibus inde perceptis, vt intelligit Galet. 49.
*in Margarita caſuum conſcientiæ, verb. Nouitius* 5.

Non teneri tamen ſoluere fructus, quos in eo alendo 50.
monaſterium fecit, tenent Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *q.* 191. Sanch. *d. cap.* 5. *num.* 25. Villalob. *in ſum. tom.* 2. *tract.* 35. *diffic.* 16. *num.* 6. Suar. *de Relig. tom.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 5. Diana *moral. reſol. p.* 1. *tract.* 2. *de dub. Regul. reſol.* 16. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 3. *diſp.* 6. *quæſt.* 9. *num.* 5.

Habitum religioſum Nouitio exeunti non eſſe reſti- 51.
tuendum, ſed pretium illius ei eſſe ſoluendum, deciſum refero Ego ipſe *d. allegat.* 101. *nu.* 39. Lezana *in ſum quæſt. Regul. cap.* 25. *num.* 38. *verſ. pro eiſdem in fin.* Nouar. *in lucerna Religioſ. verb. habitus, num.* 6.

Dotem nouitiæ intra tempus probationis decedentis 52.
monaſterio iam ſolutam hæredibus nouitiæ eſſe reſtituendam vnà cum fructibus, ſi quos monaſterium percepiſſet, deducto tamen victu, & veſtitu, refert deciſum Armendar. *d. l.* 7. *de Relig. nu.* 30.

---

*Mulieres volentes habitum Religionis aſſumere, ſint maiores* 12. *annis, & examinentur ab Ordinario, ſicut & ante emiſſionem profeſſionis. Proinde Præfecta monaſterio certiorem faciat Epiſcopum ante menſem finiti nouitiatus.*

## CAPVT XVII.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Puella recipi prohibetur ad habitũ probationis in Religione niſi duodecim annis ſit maior.*
3 *Nouitiæ an bis, vel ſemel ante proceſſionem per Epiſcopum examinandæ.*
4 *Pius V. circa examen Nouitiarum.*
5 *Vicarius, niſi Epiſcopo impedito, non poteſt voluntatis Nouitiarum explorationem facere.*
6 *Exploratio voluntatis puellarum profiteri volentium ad Epiſcopum pertinet.*
7 *Epiſcopus intra quod tempus teneatur perficere examen puellarum profiteri volentium.*
8 *Puellis nouitijs qui terminus præfigi debeat ad Ordinario ad deliberandum.*
9 *Epiſcopus poteſt Abbatiſſis prohibere ſub eccleſiaſticis cenſuris, ne quæ puellæ profeſſionem emittãt, niſi priùs explorata illius voluntate.*
10 *Epiſcopus etiam in monaſterijs ſuperioribus Regularibus ſubiectis bis examinat eas, quæ Moniales fieri volunt.*
11 *Puella, quæ inconſulto Epiſcopo habitum ſuſcepit Religionis, antequam profiteatur, ab Epiſcopo examinanda eſt.*
12 *Epiſcopus non ingreditur clauſuram pro exploranda voluntate Nouitiæ.*
13 *Monialis, aut Nouitia ſi neget ſe eſſe profeſſam, audire poteſt eam Epiſcopus etiam extra monaſterium.*
14 *Tertiariarum voluntates Epiſcopus explorare non debet, ſi domi degunt.*
15 *Ordinarius non debet explorare voluntatem puellæ, quæ habitum recipit in monaſterio ad petitionem, illius, qui vult eam in vxorem ducere.*
16 *Epiſcopus poteſt etiam cenſuris coercere Præfectas monaſterio patientes in Religione profiteri Moniales, ſine voluntatis exploratione.*

Libertati profeſſionis virginum Deo dicandarum proſpiciens ſancta Synodus, ſtatuit, atque decernit; vt ſi puella, quæ habitum regularem ſuſcipere voluerit, α *maior duodecim annis ſit*, β *non ante eum ſuſcipiat, nec poſtea* ipſa, vel alia profeſſionem emittat, quàm explorauerit Epiſcopus, vel, eo abſente, γ *vel impedito, eius Vicarius*, aut aliquis eorum ſumptibus ab eis deputatus Virginis voluntatem diligenter, an coacta, an ſeducta ſit, an ſciat, quid agat, & ſi voluntas eius pia, ac libera cognita fuerit, habueritque conditiones requiſitas iuxta monaſterij illius, & Ordinis regulam, nec non monaſterium fuerit idoneum, libere ei profiteri liceat, cuius profeſſionis tempus ne Epiſcopus ignoret, δ *teneatur Præfecta monaſterio* eum ante menſem certiorem facere. Quod ſi Præfecta certiorem Epiſcopum non fecerit, quandiu Epiſcopo videbitur, ab officio ſuſpenſa ſit.

Vide

1. VIde Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 2 cap. 18. num. 40.* Fr. Em-
man. *q regul. tom. 3 q. 12. art. 2.* Zerol. *in praxi Epiſcop.*
*p. 1. verb. Moniales pag. mihi 232.* Piaſec. *in ſimili praxi p. 2. c.*
*3. num. 55. verſ. explorare,* Azor. *inſtit. moral p. 1. lib. 12. cap. 1.*
*quæſt....* Fr. Ioan. à Cruce *de Relig. lib. 1. c. 8. in fine,* Armend.
*in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. nu.*
*37. & 44. cum ſeqq.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 4. c.*
*18. num. 32. cum ſequentib.* Fr. Ludou. Miranda *de ſacris Mo-*
*nialibus q. 8. a. 2.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr. 12. c. 16.*
*à num. 11.* Nouarr. *in ſingul. Canon. concluſ. 89.* Hieron. Ve-
nero, y Levua *in examine Epiſcop. lib. 9. cap. 25.* metipſum *de*
*offic. & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 100.* Hieron. Roder. *in com-*
*pend. quæſt. regular. reſolut. 101. num. 81. cum ſeqq.* Lau-
rent. de Peirinis *in formul. Regul. lit. M. cap. 6. num. 2.* No-
uar. *in lucerna Regular. verb. exploratio,* Lezana *in ſumm.*
*quæſt. Regul. cap. 25. num. 12.* Gauant. *in man. Epiſcop. verb.*
*monialium receptio à num. 21.* Tamburin. *de iure Abbatiſſar.*
*diſput. 4. q. 2. num. 8. cum ſeqq.* Sanchez *in conſil. moral. tom. 2.*
*lib. 6. cap. 9. dub. 2. num. 13.*

2. *α Maior duodecim annis ſit, &c.*] Receptionem puellæ
cauſa induendi habitum probationis in Religione pro-
hiberi, niſi duodecim annis ſit maior, tradunt Fr. Em-
man. *quæſt. regul. tom. 3. q. 12. a. 2.* vbi teſtatur hujus ſen-
tentiæ fuiſſe omnes Patres, qui ad Concilium Prouin-
ciale Toletanum conuenerunt, Azor. *inſtit. moral. part. 1.*
*lib. 12. cap. 18. quæſt. 55. & 56.* Nald. *in ſum. verb. habitus 6.*
*& verb. Monialis 5.* Barthol. de Vecchis *in praxi obſeruan-*
*da in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitijs diſp. 2. dub. 6.*
*num. 16.*

Contra Mich. Medin. *de ſacror. homin. continen. lib. 4.*
*controu. 9. cap. 4.* Fr. Ludou. Miranda *de ſacris Monialibus*
*quæſt. 8. art. 2. in concluſ.* Sanch. *in præcepta Decalogi tomo 1.*
*lib. 4. cap. 18. num. 35.* Soar. *tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 1. num.*
9. Portel. *in dub. Regularib. verb. Nouitia num. 1.* Villalob.
*in ſumm. part. 2. tractat. 35. diffic. 12. num. 2.* Hieron. Ro-
der. *d. reſolut. 101. nu. 24.* exiſtimantes in hoc decreto
non prohiberi puellas duodecim annis minores ingre-
di Religionem, immo aiunt in eo ſupponi recipi poſſe,
alias non loqueretur Concilium ſub conditione, *ſi maior*
*duodecim annis fuerit.*

2. *β Non ante eum ſuſcipiat, nec poſtea, &c.*] Ergo ante in-
greſſum, & ante profeſſionem examinari debet ab Epi-
ſcopo; ſed in Hiſpania vſu receptum eſt, eas ſemel tan-
tùm ante profeſſionem examinandas eſſe ab Epiſcopis,
& nunquam ante ſuſceptum habitum, ita referunt Fr.
Emman. *quæſt. regular. tom. 3. q. 12. a. 3.* Fr. Ludou. Miran-
da *de ſacris Monialib. q. 8. art. 4.* Sanch. *d. lib. 5. cap. 4. num.*
84. Villalob. *in ſumm. part. 2. tractat. 35. diffic. 8. numer. 2.*
Hieron. Roder. *d. reſol. 101. num. 82.* Portel. *d. verb. No-*
*uitia 3.*

4. Pius V. *in ſua conſtit. 7. §. 17. & 18.* hac de re ſic ſtatuit:
*Volumus etiam, quòd puellarum Deo dicandarum, an ſcilicet*
*coacta, vel ſeducta fuerint, examen faciendum, non niſi infra*
*quindecim dies, poſtquam iuxta Concil. Trident. Epiſcopi, vel*
*eorum Vicarij requiſiti fuerint, fieri poſſit, quibus elapſis am-*
*plius in hoc ſe illis intromittere non liceat, cuius occaſione nec*
*Epiſcopus, nec eius vicarius intra ſepta monaſterij ingrediantur,*
*ſed ſtent ante cratem ferream, & interrogationes alias, quàm*
*eas, quæ præfatum Concilium Trid. iubet, eis fieri omninò pro-*
*hibemus. Ac ſimiliter volumus, quod puella, ſeu Nouitia ipſa ad*
*alias interrogationes reſpondere minimè teneantur,* prout re-
fert Hieron. Roder. *d. reſol. 101. num. 81.*

5. *γ Vel impedito, eius Vicarius.*] Vicarium, niſi Epiſcopo
impedito, non poſſe huiuſmodi voluntatis exploratio-
nem facere, reſoluunt Sbroz. *de offic. Vicarij lib. 2. q. 208.*
Narbona *de appellat. à vicario ad Epiſcopum p. 1. num. 237.*
Ego ipſe *d. alleg. 100. num. 8.*

6. Exploratio voluntatis puellarum profiteri volentium
iuxta hoc decretum, ad Epiſcopum pertinet, quamuis
monaſterium ab eius iuriſdictione exemptum exiſtat, vt
refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauar-*
*ræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. num. 37.* & Piaſec. *in praxi Epi-*
*ſcop. p. 2. c. 3. num. 55. verſ. explorare.*

7. Poſtquam Epiſcopus à Præfecta, de tempore profeſ-
ſionis Nouitiæ ante menſem certior factus fuerit, intra
25. dies examen perficere tenetur, quibus elapſis am-
pliùs in eo non ſe intromittat, ita reſolutum atteſtantur
Armendar. *d. l. 7. de Relig. num. 45.* Campan. *d. c. 16. num. 10.*
Ego ipſe *d. alleg. 100. num. 2. in fine.*

Puellis, quæ ſumpſerunt ſacrum habitum in aliquo 8.
Monialium monaſterio, debet ab Ordinario certus die-
rum numerus 15. vel 20. præfigi, intra quem deliberent,
vtrùm velint profiteri, vel non, ſi noluerint, remitten-
dæ ſunt ad domos conſanguineorum, vel affinium, vt
referunt deciſum Armendar. *d. l. 7. de Relig. nu. 49.* Cam-
pan. *d. cap. 16. num. 16.* Ego ipſe *d. alleg. 100. num. 2.*

Epiſcopus poteſt prohibere eccleſiaſticis cenſuris, & 9.
alijs pœnis ſibi benè viſis contra Abbatiſſas, & ſuperio-
res Regulares Monialium ipſis Regularibus ſubiecta-
rum, ne quæ puella profeſſionem emittat, niſi priùs ex-
plorata illius voluntate ab Ordinario ad præſcriptum
Concil. in præſenti, ita Sel. *in ſelectis Canon. cap. 35. num.*
15. vbi atteſtatur ſic reſolutum *in vna Burgen. 4. Decembris* ☜
1627. Tamburin. *d. quæſt. 2. num. 8. cum ſeqq.*

Epiſcopus in monaſterijs etiã ſuperioribus Regula- 10.
ribus ſubiectis bis examinat eas, quæ Moniales fieri
volunt, primò ſcilicet quando habitum ſuſcipiunt, ſe-
cundò verò tempore profeſſionis, & ideo poterit earun-
dem Rectores compellere, ne habitum Nouitiæ dent,
niſi priùs Epiſcopum certiorem faciant, vt puellæ volun-
tatem explorare valeat, ex Sel. *d. cap. 35. num. 18.* vbi ait
deciſum *in Liman. 19. Septembris, 1625.* Hodie vſu iam re- ☜
ceptum eſt, ſaltem in Hiſpania, ſemel tantùm, id eſt, an-
te profeſſionem dictas puellas examinare, vt per Fr.
Emman. *quæſt. Regul. tom. 3. q. 12. art. 2.* Laurent. de Peirinis
*d. cap. 6. num. 2.* Miranda *de ſacris Monialib. q. 8. art. 4.* Diana
*moral. reſolut. tract. 2. de dub. Regularib. reſol. 47.* Lezana *d.*
*cap. 25. num. 12. verſ. conſuetudine.*

Puella, quæ inconſulto Epiſcopo habitum ſuſcepit 11.
Religionis, antequam profiteatur, ab Epiſcopo exami-
minanda eſt diligenter, vt referunt deciſum Armendar.
*d. l. 7. de Relig. num. 46.* Ego ipſe *d. allegat. 100. num. 4.*

In hac voluntatis exploratione, ſeu alio ſimili actu, 12.
quando fit in ipſo monaſterio, Epiſcopus non ingredia-
tur clauſuram, ſed ſtet ante feneſtellam cancellorum
examinando mentem ipſius puellæ, vt aduertit Paul.
Fuſc. *d. num. 40. in fine,* & deciſum atteſtatur Campan. *d.*
*cap. 16. num. 15.* quem refero Ego ipſe *d. alleg. 100. num. 6. in*
*fine.* Gauant. *verb. Monialium profeſſio num. 14. & 15.* Lezana
*d. cap. 25. nu. 12. in fine,* Nouar. *in lucerna Regular. verb. clau-*
*ſura num. 6.*

Si Monialis, aut Nouitia neget ſe eſſe profeſſam, au- 13.
dire poteſt eam Epiſcopus etiam extra monaſteriũ, pro-
ut reſolutum fuiſſe refert Armend. *d. l. 7. de Religon. n. 47.*

Tertiariarum voluntates Epiſcopus explorare nõ de- 14.
bet, ſi domi degunt, & ibi votum cælibatus emittant, ex
Sel. *d. c. 35. n. 20.* vbi ait ſic deciſum *ſub die 8. Nouemb. 1620.* ☜

Ordinarius non debet explorare voluntatem puellæ, 15.
quæ habitum recipit in monaſterio ad petitionem illius,
qui vult illam in vxorem ducere, ſed expectandum
tempus faciendæ profeſſionis, & tunc ſi ſit ſuſpicio,
quòd inueſtigetur à Monialibus, pro ſuo officio curabit
inde duci in exteriorem Eccleſiam monaſterij, vel in
aliam propinquiorem, & commodiorem, prout magis
conuenire iudicabit, vbi voluntatem eius exquirere poſ-
ſit. At ſi nulla ſit ſuſpicio, & nullam aliam iuſtam cauſam
ſubeſſe apparebit, tunc non in alio loco, quàm ad crates
ferreas monaſterij voluntatem puellæ explorabit. Ita re-
ferunt deciſum Armendar. *dict. lib. 7. de Religion. num. 48.*
Campan. *d. cap. 16. num. 15.* Ego ipſe *d. alleg. 100. num. 6.*

*δ Teneatur Præfecta monaſterio, &c.*] Epiſcopum poſſe 16.
coërcere Præfectas monaſterij patientes in Religione
profiteri Moniales, ſine voluntatis exploratione, non ſo-
lùm pœnis in hoc decreto ſtatutis, & præſcriptis, ſed
etiam eccleſiaſticis cenſuris, & alijs iuris remedijs, non
obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, vt reſoluit Cam-
pan. *d. cap. 16. num. 17.* quem refero Ego ipſe *d. allegat. 100.*
*num. 12.*

*Anathematizantur quicunque cogentes puellam, viduam, aut quamcunque mulierem ad ingrediendum monaſterium emittendam profeſſionem, & ad id fauorem dantes, & quoquo modo eidem actui conſentientes. Excipiuntur caſus iuris.*

## CAPVT XVIII.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Reges, & Imperator non comprehenduntur in hoc decreto.*
3 *Parentes qui cogunt filias Religioſam vitam ſuſcipere, vel eas ab eo vitæ genere prohibent, incidunt in excommunicationem hic latam.*
4 *Metus reuerentialis parentum an inducat excommunicationem incutientibus illum.*
5 *Intelligitur de vi coactiua, & non inductiua.*
6 *Viros ad Religionem cogentes non ligantur cenſura huius decreti.*
7 *Fœminam cogens ingredi monaſterium non vt ibi profiteatur, non ligatur cenſura huius decreti.*
8 *Cogentes mulierem monaſterium ingredi non excommunicantur ingreſſu non ſequuto.*
9 *Cogentes fœminam ad monaſterij ingreſſum, non vt profiteatur, ſed vt ibi ſeculari habitu retento educetur, non incurrit hanc excommunicationem.*
10 *Conſilium, auxilium, vel fauorem dans vt mulier cogatur ad ingrediendum monaſterium, incidit in excommunicationem huius decreti.*
11 *Doctores agentes de excommunicatione contra retrahentes fœminas à Religione.*

ANathemati ſancta Synodus ſubijcit α *omnes, & ſingulas perſonas*, quiuſcumque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam Clericos, quàm laicos, ſeculares, vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, ſi quomodocunque β *coegerint* aliquam vriginem, vel viduam, γ *aut aliam quacumque mulierem* inuitam, δ *præterquam in caſibus in iure expreſſis*, ε *ad ingrediendum monaſterium*, vel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcumque religionis, vel ad emittendam profeſſionem, ζ *quique conſilium*, auxilium, vel fauorem dederint: quique ſcientes eam non ſponte ingredi monaſterium, aut habitum ſuſcipere, aut profeſſionem emittere, quoquo modo eidem actui, vel præſentiam, vel conſenſum, vel auctoritatem interpoſuerint [a]. η *Simili quoque* anathemati ſubijcit eos, qui ſanctam virginum, vel aliarum mulierum voluntatem, vel accipiendi, vel voti emittendi, quoquo modo ſine iuſta cauſa impedierint. Eaque omnia, & ſingula, quæ ante profeſſionem, vel in ipſa profeſſione fieri oportet, ſeruentur non ſolùm in monaſterijs ſubiectis Epiſcopo, ſed & in alijs quibuſcumque. [b] Ab his tamen excipiuntur mulieres, quæ pœnitentes, aut Conuertitæ appellantur: in quibus conſtitutiones earum ſeruentur.

a Conc. Tolet. 3. cap. 10. c. puella. 20. q. 2. c. vlt. 32. q. 7.
b Conc. Tolet. cap. 54. in fin.

1. VIde Nauarr. *conſil. 55. & 56. de ſentent. excommun. in antiq.* alias *conſ. 5. 6. & 7. de Regular. in nouis*, Sayr. *in florib. deciſ. ſub illo tit. de ſentent. excommun. deciſ. 51. & 52.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 2. cap. 15. num. 68.* Henriq. *in ſumm. lib. 11. cap. 19. §. 4. verſ. ſecundo*, Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. part. 1. lib. 4. cap. 24. num. 7.* Cened. *ad decretum collect. 49. num. 2. & ad Decretal. collect. 165. num. 5.* Fr. Emman *quæſt. regul. tom. 3. quæſt. 14. art. 3. & quæſt. 17. art. 18. & 19.* Petr. Ledeſma *in ſumm. part. 2. tract. del ſtado de los Religioſos, cap. 5. concluſ. 8.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. Moniales, §. 22.* Soar. *tom. 5. de cenſur. diſp. 23. ſect. 5. num. 8. & de Religion. tom. 3. lib. 5. cap. 9.* Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 13. cap. 9. quæſt. 2. verſ. preterea.* Sayr *in claui Regia, lib. 5. cap. 1. à num. 27.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 18. num. 375.* Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. quæſt. 17. art. 4. concluſ. 2. & de ſacris monialib. quæſt. 8. art. 5.* Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib. 1. cap. 8. dub. 4. verſ. noth.* latè Sanch. *in præcepta Decalogi. tom. 1. lib. 4. c. 4.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. num. 62.* Memoriale clericor. *cap. 9. num. 60. & 61.* Filliuc. *in quæſt. moralib. tract. 14. cap. 6. quæſt. 5. num. 89.* Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib. 5. quæſt. 35. cum ſeqq.* Bonacin. *de cenſur. diſp. 2. quæſt. 6. puncto 5.* & nouiſſimè *de cenſuris extra Bullam diſp. 2. quæſt. 2. puncto 2. & 3.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitijs, diſp. 1. dub. 5. concl. 4.* Hieron. Roder. *in compend. quæſt. regul. reſol. 101. num. 31. & num. 79. & 80.* Portel. *in addit. ad dubia Regularia, verb. Monialis, n. 5. cum ſeqq.* Tambur. *de iure Abbatiſſarum diſp. 1. q. 4. & diſput. 2. q. 1.* metipſum *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p. 3. alleg. 104.*

2. α *Omnes, & ſingulas perſonas*, &c.] non tamen Reges, & Imperatorem, quia ſpeciali nota digni ſunt, ita Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. cap. 4. num. 2.* Bonacin. *de cenſuris extra Bullam, diſp. 2. q. 2. puncto 2. num. 13.* Portel. *d. verb. Monialis num. 6.* Contra Suar. *d. tom. 5. de cenſur. diſp. 23. ſect. 5. num. 8. verſ. qua cenſura eſt generaliſſima.*

Parentes, qui cogunt filias Religioſam vitam ſuſcipere, vel eas ab eo vitæ genere prohibent, incidunt in excommunicationem latam in hoc decreto, vt reſoluunt Nauarr. *in man. cap. 14. num. 17.* Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælator. tom. 1. quæſt. 17. art. 4. concl. 2.* Azor. *d. q. 2. propè fin. & p. 2. lib. 2. cap. 21. q. 13.* Portel. *in dub. Regular. verb. clauſura Monialium num. 9.* Tamburin. *de iure Abbatiſſar. diſp. 2. q. 4.* Ego ipſe *d. alleg. 104. num. 6.* 3.

An autem metus reuerentialis parentum incuſſus ex eo, quod manifeſtant puellæ ſtatum monachalem illi conuenire ob iuſtas cauſas, v. g. non ſufficientis dotis pro matrimonio, & ſimilium, inducat dictã excommunicationem illum incutientibus? In quo dubio partem negatiuam ſuſtinent Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 708. in 1. edit.* aliàs *reſol. 599. in 2. edit.* Portel. *in addit. ad dubia Regular. verb. Moniales, num. 12.* Hieron. Roder. *d. reſol. 101. num. 80.* Tamburin. *d. tract. diſp. 3. q. 2. num. 2.* quia parentes, vel conſanguinei in illo timore incutiendo non ſe habent actiuè, ſed ipſa puella metum concipit ob reuerentiam patris, hancque eſſe praxim in tota ferè Eccleſia aſſerunt; immò etiam addit idem Portel. ſi parentes, vel alij importunis precibus ſuaderent puellæ, vt ingrederetur, vel non ingrederetur, nõ incurrerent, quia ſuaſio etiam importuna, non eſt coactio, quod intelligit Hieron. Roder. *vbi ſuprà*, caſu quo talis metus reuerentialis incuſſus nõ excedat limites ſimplicis perſuaſionis. nam ſi metus grauis ſit, & cadens in virum conſtantem, omninò, & abſque dubio præfatam excommunicationẽ incurrere ſuadentes, ſeu metum incutientes exiſtimat. 4.

β *Coegerint.*] Intelligendum eſſe de vi coactiua, & non inductiua, deciſum atteſtatur Armendar. *d. l. 7. de Relig. num. 62.* quem refero Ego ipſe *d. all. 104. num. 3.* reſoluit Azor. *d. part. 1. lib. 13. cap. 9. q. 2. verſ. quæres*, vbi ſubdit hanc pœnam non incurrere illum, qui hæredem inſtituit mulierem ea lege, vt Monialis fiat. Tamburin. *dict. tract.* 5.

diſp. 3.

*diſp.3.q.1,num,2.* vbi *q.3.* tenet non eſſe prohibitum puellæ Religionis ingreſſum perſuadere, vel beneuolentiam muneribus abſque vllo pacto captare.

6. γ *Aut aliam quamcunque mulierem,* &c.] Ergo cogentes viros ad Religionem non ligantur cenſura huius decreti, vt per Soar. *d. diſput.23. ſect.5. num.*8. Sanch. *d. cap.4. num.3.* Filliuc. *in quæſt. moral. tract.14. cap.5. q.7. num.89. verſ. dico ſecundò.* Portel. *in addit. ad dubia Regular. verb. Moniales nu.*7. Bonacin. *d. diſp.2. q.2. puncto 2. nu.*15. Fr. Ludou. Miranda *d. concluſ.2.*

7. δ *Præterquam in caſibus in Iure expreſſis.*] Veluti, ſi quis cogeret fœminam ad ingrediendum monaſterium in pœnam alicuius peccati, vel ad cautionem pudicitiæ, vel alia iuſta de cauſa à iure permiſſa, vt per Soar. *d. ſect.5. nu.*9. Filliuc. *d. num.89. verſ. tertiò.* Bonacin. *d. puncto 2. nu.14. verſ. dixi.*

8. ε *Ad ingrediendum monaſterium,* &c.] Cogentes mulierem monaſterium ingredi non excommunicari ingreſſu non ſequuto, reſoluunt Nauarr *in man. cap.27. num.*51. *& d. conſil.55. de ſentent. excommunicat. in antiquis,* aliàs *conſil.5. de Regular. in nouis,* Sayr. *d. deciſ.51. de ſentent. excommunicat.* Fr. Ludou. Miranda *d. concluſ.2.* Ego ipſe *d. alleg.*104. *num.7.*

9. Cogentes fœminam ad monaſterij ingreſſum, non vt profiteatur, nec vt habitum ſumat, ſed vt ibi ſeculari retento educetur, donec ætatis aptæ matrimonio ſit, in hanc anathematis pœnam non incidere, tradunt Nauarr. *conſil.56. de ſentent. excommun. in antiq.* alias *conſil 6. de Regular. in nouis,* Zerol. *d. verb. Moniales,* §.13. Soar. *d. ſect.5. num.9.* Ego ipſe *d. alleg.*104. *num.5.* Filliuc. *in q. moral. tractat.14. cap.6. num.89.* Portel. *in addit. ad dubia Regularia verb. moniales num.*14. Diana *moral. reſol. p.2. tract.1. miſcel. reſol.*56. Id tamen limitant Sanch. *d. cap.4. num.*12. Portel. *d. verb. Moniales, num.*14. Fr. Emman. *in ſum. tom.2. cap.8. num.*10. Hieron. Roder. *d. reſol.*101. *num.*79. quando coactio iſta eſt in ordine ad ſuſcipiendum poſtea Religionis habitum, ſiue ſuaſionibus Monialium, ſiue alia ratione; & addit Portel. *citato loco num.*15. quòd hanc cenſuram incurrunt, qui puellam liberè ingredientem, vt maneat ibi in habitu ſeculari educationis gratia, poſt ingreſſum cogunt, vt habitum ſuſcipiat Religionis.

ζ *Quique conſilium, auxilium,* &c.] Vide Portel. *in addit.*
*ad dubia Regularia verb. Moniales num.*7. Hieron. Roderic. 10.
*d. reſol.*101. *num.*31. Bonacina *d. punct.2. num.*10.

η *Simili quoque,* &c.] De excommunicatione contra
retrahentes fœminas à Religione, latè Bonacin *de cenſu-* 11.
*ris extra Bullam, diſp.2. q.2. puncto 3.* Soar. *de cenſur. diſput.23. ſect.7. num.9 & 10.* Filliuc. *tract.14. cap.6. q.5. ad fin. numer.*90. Sanch. *d. cap.4. nu.*15. Sayr. *in claui Regia, lib.5. cap.1. nu.27. cum ſeqq.*

---

## *Quando, & quomodo ſit audiendus, qui prætendit ſe per vim, aut metum, ſeu ante debitam ætatem profeſſum fuiſſe.*

## CAPUT XIX.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Comprehendit moniales.*
3 *Habet locũ in Regularibus etiã Ordinũ Regulariũ.*
4 *Metus reuerentialis an annullet profeſſionem.*
5 *Profeſſus nulliter non poteſt ſine crimine apoſtaſiæ ad ſeculum redire.*
6 *Regularis non auditur ſuper nullitate ſuæ profeſſionis niſi intra quinquennium cauſas deduxerit coram Superiore ſuo & Ordinario.*
7 *Quinquennium ad reclamandum quando incipiat.*
8 *Reclamare poteſt etiam poſt quinquennium qui intra illud reclamare non potuit.*
9 *Religioſus, vt poſſit audiri poſt quinquennium, quid facere debet.*
10 *Reſtitutio aduerſus lapſum quinquennij pro caſu hodie concedatur.*
11 *Ignorantia, vel impedimentum reclamandi intra quinquennium non poteſt probari iuramento ipſius ignorantis, vel impediti.*
12 *Minor ætate, qui in foro conſcientiæ ſuæ profeſſionis nullitatem ſciuit, nec illam ratam fecit intra quinquennium tranſacto illo adhuc in foro exteriori poteſt reclamare.*
13 *Profeſſionem quis ratificare præſumitur in dubio intra quinquennium eo tranſacto.*
14 *Religioſus, & verè profeſſus non eſt qui ob vim, vel metũ profeſſionem emiſit, ſi illam nõ ratificauit, & ſolum in foro externo præſumitur eſſe Religioſus.*
15 *Religioſus per vim & metum non tenetur etiam poſt lapſum quinquennij in foro conſcientiæ ex vi voti ſeruare occultè regulas Religionis, nec vota ſecluſo ſcandalo.*
16 *Religioſus volens ratificare priorem profeſſionem irritam fit verus Religioſus, nec requiritur vt annum nouitiatus iteret.*
17 *Cõſenſus, & acceptatio ſuperioris de nouo nõ requiritur vbi religioſus ſuã profeſſionẽ irritã ratificat.*
18 *Profeſſus nulliter neceſſariò ſcire debet ſuam profeſſionem eſſe inualidam, ac eam ratificet, vt de irrita valida fiat.*
19 *Inhabiles ad profitendum poſſunt reclamare etiam tranſacto quinquennio.*
20 *Profeſsi nulliter ob non ſeruatam formam præſcriptam à Sixto V. in eorum informatione, poſſunt poſt quinquennium reclamare.*
21 *Regularis deducens intra quinquennium nullitatem profeſsionis, tenetur eam probare coniunctim coram Ordinario, & proprio ſuperiore Regulari monaſterij in quo profeſsionem emiſit.*
22 *Superior monaſterij non Religionis.*
23 *Cauſæ nullitatis profeſsionis nullæ proponendæ ſunt coram ſuperiore & Ordinario copulatiuè.*
24 *Profeſsionem nullam allegare non poteſt habitum ſponte dimittens.*
25 *Si habitum temere, & abſque cauſa dimiſerit.*
26 *Regularis nullus vigore cuiuſcunque facultatis ſe transferre poteſt ad laxiorem Religionem.*
27 *Papa poteſt ſolum licentiam concedere ad tranſeundum ad laxiorem.*
28 *Papa non ſolet concedere licentiam tranſeundi ad laxiorem, niſi ex iuſtis & legitimis cauſis.*
29 *Prælatus Papa inferior poteſt exiſtẽte legitima cauſa diſpẽſare Regularem ad laxiorem Religionem.*
30 *Decreti in præſenti intellectus à Doctoribus citatis præſtitus.*
31 *Cauſæ legitimæ, & iuſtæ, quibus diſpenſari poſsit Religioſus quatenus de vna Religione ad aliam laxiorem tranſire valeat, referuntur.*
32 *Regularibus ad ſtrictiorem Religionem tranſire volentibus ſufficit petita, licèt non obtenta licentia à ſuis ſuperioribus.*
33 *Religioſi Ordinis ſanctiſſimæ Trinitatis non poſſunt*

ad

*ad alium quemcunque etiam Mendicantium Ordinem ſe transferre, niſi, &c.*

34 *Regulares Ordinum Mendicantium non poſſunt tranſire ad alium Ordinem, preterquam ad Carthuſianos.*

35 *Regulari non eſt concedenda licentia occultè ferendi habitum.*

36 *Habitum ſine cauſa occultantes Religioſi incidunt in excommunicationem.*

37 *Regularis deferens habitum coopertum habitu alterius Religionis an incidat in cenſuras.*

38 *Epiſcopus Monachus tenetur portare habitum ſuæ Religionis.*

39 *Religioſus factus Epiſcopus ſi ſine cauſa habitum Religionis deponat, non incidit in cenſuras.*

40 *Epiſcopi Regulares retento colore habitus ſuæ Religionis poſſunt ſe conformare cum Epiſcopis ſecularibus in forma.*

a Cap. puella 20. q. 1. c. cum virum, de regul.

α QVicumque β regularis prætendat, [1] ſe per vim, γ *& metum* ingreſſum eſſe religionem, δ *aut etiam dicat, ante ætatem* debitam profeſſum fuiſſe, aut quid ſimile, velitque habitum dimittere quacumque de cauſa, aut etiam cum habitu diſcedere ſine licentia Superiorum, non audiatur, ε *niſi intra quinquennium* tantùm à die profeſſionis, & tunc non aliter, niſi cauſas quas prætenderit, deduxerit ζ *coram Superiore ſuo, & Ordinario.* [b] η *Quòd ſi antea habitum* ſponté dimiſerit, nullatenus ad allegandum quancunque cauſam admittatur, ſed ad monaſterium redire cogatur, & tamquam apoſtata puniatur, interim verò nullo priuilegio ſuæ religionis iuuetur. Nemo etiam regularis cuiuſcumque facultatis vigore θ *transferatur ad laxiorem religionem*, nec detur licentia cuiquam Regulari ι *occultè ferendi habitum* ſuæ religionis.

b Conc. Arelat. 1. c. vlt. Concil. Arelat. 2. c. 5.

1. VIde Nauarr. *commento 4. de Regular. num. 73. & 77.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 2. verb. profeſſio, §. 2. verſ. verum.* Fr. Emman. *quæſt. regular. tom. 3. quæſt. 17. art. 16. & ſeq.* Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ. 12. princip. num. 62. cum ſeqq.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 13. quæſt. 5. num. 45. cum ſeqq.* Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib. 1. cap. 8. dub. 4. verſic. ſecunda concluſio,* Franciſc. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſtic. parte 2. cap. 1. num. 42.* Ludouic. Beja *reſponſ. caſuum conſcient. part. 4. caſu 18.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ. 657. in 1. edit.* alias *reſol. 629. in 2. edit. & in praxi aurea, reſolut. 18. & in deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapolitanæ, part. 4. deciſ. 48.* Azor. *inſtitut. moral. part. 1. lib. 12. cap. 4. q. 10.* Campan. *in diuerſorio iuris canon. rubric. 12. cap. 13. num. 129.* Sanchez *de matrim. lib. 7. diſput. 37.* Portel. *in dub. regular. verb. profeſſionis nullæ reclamatio nu. 45. cum ſeqq.* Villalob. *in ſumma part. 2. tract. 35. difficult. 25. num. 4. cum ſeqq.* Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. c. 41. dub. 7. nu. 63.* Flores de Mena *variarum lib. 3. q. 23. nu. 68.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religion. nu. 38. & 51.* Fr. Ludouic. Miranda *in manual. Prælator. tom. 1. quæſt. 30. artic. 1. cum ſeqq.* Sanctarel. *variarum reſolut. quæſt. 48. per tot.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. Regulares, different. 2.* Nouar. *in ſingul. Canon. concluſ. 116.* Bonacin. *de clauſura, & pœnis eam violantibus impoſitis, quæſt. 2. puncto 10.* Hieron. Roderic. *in compend. quæſt. regular. reſolut. 101. num. 68. cum ſeqq.* Villalob. *in ſumm. tom. 2. tract. 35. diffic. 25.* Lezana *in ſumm. quæſt. Regular. c. 2. à num. 7.* Diana *moral. reſolut. part. 3. tract. 2. reſol. 62.* Nouar. *in lucerna Regular. verb. nullitas,* Rota *in Meten. profeſſionis 2. Iunij 1636. coram R. P. D. Carillo,* impreſſa per Tamburin. *de iure Abbatiſſar. deciſ. 3. num. 16.* D. Felician. de Vega Archiepiſc. Mexican. *ad cap. venerabilis 20. nu. 17. de iudic.* idem Tamburin *tom. 3. de iure Abbatum diſput. 5. quæſt. 11. nu. 84. & diſp. 6. quæſt. 25. cum ſeq.* metipſum *de offic. & poteſt. Epiſcopi, part. 3. allegat. 104. num. 10. cum ſeqq.* 24. & 26. Hieronym. Roderic. *d. reſol. 101. num. 78.* Rot. *deciſ. 175. num. 5. p. 1. recent. & in Toletana profeſſionis 19. Nouembris 1614. coram bo. mem. Vbaldo,* metipſum *in collect. cap. cùm virum, num. 8. de Regular.*

δ *Aut etiam dicat ante ætatem,* &c.] An nulliter profeſſus poſſit ſine crimine apoſtaſiæ ad ſeculum redire? Negat Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiepiſ. Neapol. p. 4. deciſ. 84.*

ε *Niſi intra quinquennium,* &c.] Vide Spin *in ſpeculo teſtament. gloſſ. 12. princip. à num. 62.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 13. q. 5. num. 45. cum ſeqq.* Zerol. *in praxi Epiſc. part. 1. verb. profeſſio, §. 1.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 4. quæſt. 10.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ. 744. in 1. edit.* alias *reſol. 629. in 2. edit. & in deciſ. curiæ Archiepiſ. Neapol. part. 1. deciſ. 182. num. 4.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſium, cap. 413.* nouiſſimè Tamburin. *de iure Abbatum tom. 3. diſput. 6. quæſt. 25. num. 5.* 6.

2. α *Quicunque.*] Seu *quæcunque*, vt ait Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. Monialis, verſ. ad ſecundum reſpondetur.*

3. β *Regularis.*] Etiam Ordinum Militarium, vt refert deciſum Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 8. num. 62.* & nuncupatim hoc decreto comprehendi Milites S. Ioannis Hieroſolymitani teſtantur reſolutum Armendar. *d. l. 7. de Religionibus num. 51.* Gonzal. *d. gloſſ. 8. num. 61.* Narbona *l. 8. gloſſ. vnic. num. 15. tit. 5. lib. 1. Recop.*

4. γ *Et metum.*] Regularem, qui profeſſionem per vim, vel metum celebrauit, poſſe contra illam reclamare, per hunc text. reſoluit Tamburin. *d. tom. 3. diſput. 6. quæſt. 26. nu. 7.* Sed quid ſi metus reuerentialis ſit, an annullet profeſſionem, vide Couarr. *de ſponſal. part. 2. cap. 3. §. 6. num. 7. & 8.* Henriq. *in ſum. lib. 11. cap. 9. §. 5.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub tit. de Regular. deciſ. 91.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part. 4. collect. 932. propè fin. & in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. part. 4. deciſ. 247.* vbi loquitur de matre. Sanch. *de matrimon. lib. 4. diſput. 6. num. 18. & in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. cap. 3. num.*

Vtrum autem idem procedat ex parte Religionis, itaut ea poſt quinquennium eijcere non poſſit Religioſum, quem nouit habuiſſe in profeſſione aliquem defectum? vide Laurent. de Peirinis *tom. 1. de ſubdito Religioſo quæſt. 1. de obedient. cap. 25. §. 4.* Lezana *in ſumm. quæſt. Regul. cap. 2. nu. 7.* qui tenent hoc decreto Concilij non obſtante poſſe Prælatos Religionis etiam tranſacto quinquennio eijcere Religioſum, quem nouerint habuiſſe in profeſſione defectum alicuius conditionis irritantis illam, quia Concilium ſolum videtur determinare illud quinquennium pro reclamatione profeſſorum.

Quinquennium prædictum in profeſſione expreſsè facta incipere à die, quo quis illam emiſit, in tacita verò à die quo fecerit actus ſolummodo profeſſis proprios, tradunt Franc. Leo *d. cap. 1. num. 4.* Azor. *d. cap. 4. quæſt. 10. verſ. poſtremo,* Nouar. *in lucerna Regul. verb. reclamare num. 3. pag. 223.* Tamburin. *d. diſput. 6. quæſt. 25. num. 5. & 6.* Fr. Ludouic. Miranda *d. quæſt. 30. art. 1. concluſ. vnica, propè fin.* Ego ipſe *d. alleg. 104. num. 16.* Bonacin. *d. punct. 10. diffic. 4. num. 1.* vbi *nu. 2.* reſoluit diem illam computandam eſſe de momento ad momentum, & *num. 3.* ſubdit præfatum quinquennij ſpatium computandum eſſe à die profeſſionis, etiam in illo, qui tunc temporis laborabat ignorantia inualiditatis profeſſionis, aut alio impedimento. 7.

Non reclamantem intra quinquennium, vel quia fuit impeditus, vel quia ignorauit iuſta ignorantia ſuam profeſſionem eſſe irritam, vel ob defectum ætatis poſſe reclamare etiam poſt quinquennium, & vti remedio extraordinario beneficij reſtitutionis in integrum, vt audiatur, reſoluunt Nauarr. *commento 4. de Regular. num. 71. verſ. tertio,* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 3. quæſt. 17. art. 16. ſub fin. & art. 17. verſ. ex quibus,* Azor. *d. lib. 12. cap. 4. quæſt. vltim. in fine,* Sanchez *d. diſput. 37. num. 22.* Aloyſ. Ricc. *d. reſolut. 550. num. 6. verſic. tandem, & in deciſ. Curiæ Archiepiſ. Neapolit. part. 1. deciſ. 182. num. 3. & 4.* Flores de Mena *d. quæſt. 23. num. 68.* Sanctarel. *variar. reſolut. quæſt. 48. nu. 3.* Ego ipſe *d. allegat.* 8.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

allegat.104. à num.17. Villalob. part.2. ſumm.tract.35. diffic. 25.num.5.8.& 9. Portel. in dubijs Regular. verb.profeſſio, num. 45. Hieronym.Roderic. in compendio quæſt.regul. reſol.101. num.68. Nouar. in lucerna Regul. verb.reclamare num.4. Leſſ. de Iuſtit.lib. 2.c.41.dub.7.num.66. Stephan.Gratian.diſcept. forenſ.tom.3.cap.413.num.9.& cap.440.nu.25. Diana moral. reſol.part.3.tract.2.reſol.53. Lezana in ſumm quæſt.Reg.cap.2. num.7. vbi ait Concilium in præſenti eſſe intelligendum, niſi aliter profeſſi allegauerint legitimas cauſas, ob quas non potuerint intra prædictum tempus reclamare, Tamburin. d.diſp.6.quæſt.25.num.7.

Contra Flamin.Pariſ. de reſignat.benefic.lib.13.quæſt.5.nu. 46.& Armendar. in addit.ad recop.legum Nauarræ, lib.2.tit. 18.l.7. de Religion. num.19. exiſtimantes elapſo quinquennio dato per hoc decretum non poſſe prætendentem per vim,& metum ſe eſſe ingreſſum Religionem, reclamare, etiamſi toto quinquennio durauerit eadem cauſa, vis, & metus. Item contra Ceuall.commun.contra commun. quæſt.500.in fine,& Bonacin.dicto puncto 10.difficult.4.num.4. arbitrantes in hoc cap. aſſignari quinquennium ingredientibus Religionem ad reclamandum contra profeſſionem per vim, vel metum factam, ita tamen, vt elapſo illo quinquennio non competat reſtitutio.

9. Sed hodie, vt quis poſſit audiri poſt quinquennium, adit Romæ ſacram Congregationem Concil. Tridentin. ſeu alteram Regularium negotijs præpoſitam, quæ priùs cognitis ſaltem ſummariè nullitatibus deducendis, & iuſto impedimento non reclamandi intra quinquennium, reſtitutionem illius concedere ſolet, & ita non ſemel fieri vidi, quod inſinuarunt Portel. d.num.45. verſ.circa quod, & Hieron.Roderic. d.reſol.101. nu.71. Niger Cyriac. controuerſ.forenſ.tom 2.controuerſ.371.num.37. Nouar. in lucerna Regul. verb.profeſſio num.31. pag.216.

10. Vnde in vna Colimbrien. 27. Aprilis 1630. S. Congregat. Concil. me informante, conceſſit reſtitutionem in integrum aduersùs lapſum quinquennij puellæ Colimbrien. prætendenti per vim, & metum parentum ingreſſam monaſterium, & profeſſionem emiſſe, de quo reclamauit intra quinquennium apud conſanguineos, & alios examinatos, & mortuis parentibus poſt quinquennium apud Collectorem Portugaliæ, & quòd profeſſio fuerit facta in 14. ætatis anno.

11. Ad probandam præfatam ignorantiam, vel impedimentum reclamandi intra quinquennium non ſufficit iuramentum ipſius ignorantis, vel impediti, licèt in alijs cauſis ſufficiat, quia tranſacto quinquennio ius præſumit ſcientiam habere talis decreti, ita Fr.Emman. in addit.ad ſumm.tom.4.c.65.num.6. Sanch.d.diſput.37.num.14. Portel. d.verb.profeſſio num 50. Hieron.Roderic. d.reſol.101.nu.72.

12. Minor ætate, qui in foro conſcientiæ ſuæ profeſſionis nullitatem ſciuit, nec illam ratam fecit, intra quinquennium, tranſacto illo adhuc in foro exteriori poteſt reclamare, allegando iuſtæ ignorantiæ cauſam. Quòd ſi ſub iuramento interrogetur an ignorauerit ius, quò poterat intra quinquennium reclamare, licitè poterit iurare ſe ignoraſſe, intelligens apud ſe habuiſſe ignorantiam, & non ſcientiam, cum qua ratificauerit profeſſionem ſuam quam præſumit Concilium ratificaſſe intra quinquennium, ex quo præcipit, vt non audiatur poſt illud elapſum; ſicut qui rogatur à iudice ſub iuramento iuridico, an tranſierit per locum, vbi iacebat homo occiſus, & inde iudex inferat, an ſit talis criminis reus, poteſt vtique licitè iurare nullo modo tranſiſſe, etiam ſi à parte rei per talem locum ipſe tranſiuerit, intelligens intra ſe non tranſiſſe culpabiliter, ſed innocenter, quare ita reſoluunt Sanchez d.diſp.37.nu.18. Portel.d.verb profeſſio nu.51. Sanctarel.d.q.48.num.15. Hieron.Roderic. d.reſol.101.nu. 73. vbi num.75. ſubdit profeſſum abſque legitima ætate, vel ſine præuia informatione iuxta conſtitutionem Sixti V. vel ex metu culpabili ex parte ſua non teneri ad ratificandam profeſſionem, ſed poſſe in Religione perſiſtere, vſque quò commoda occaſio egrediendi ſe offerat.

13. In dubio intentionis de ratificanda profeſſione intra quinquennium, eo tranſacto præſumitur illam ratificaſſe, in dubio enim in fauorem Religionis, quæ poſſidet, præſumendum eſt. Nauarr.conſil.13.num.10.de Regul. Villalob. dict.diffic.25.num.7. Hieron.Roderic. d.reſol.101.nu. 75.in fine. Vide Diana part.4.tract.4.reſol.49.

14. Non eſſe in foro conſcientiæ verum profeſſum, & Religioſum, qui ob vim, metum, vel aliquod ſimile profeſſionem emiſit, ſi illam non ratificauit, & ſolùm in foro externo præſumi eſſe Religioſum reſoluunt Nauarr. conſil.23.nu.5. & conſil.89.n.6.& 7.de Regularibus. Henriq. in ſumm.lib.11. cap.6.in comment. & cap.8.§.9.in commento. Sanchez de matrimon lib.7.diſput.37.num.9. Sanctarel.d.q. 48.num.18. Fr.Bartholom.de Vecchis in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitijs diſput.14.dub.3. num.5. Rot.in Vlixbonen. profeſſionis 10. Decembris 1621. coram R.P.D. meo Merlino.

15. Vnde in eodem foro conſcientiæ non teneri, etiam poſt lapſum quinquennij ex vi voti ſeruare occultè regulas Religionis, nec vota, ſecluſo ſcandalo, tradunt Henriq. d.§.9.in commento littera S. Fr.Emman. in ſumm.p. 2.c.92.concluſ.5. Sanch.d.lib.7 diſput.37.num.36. Azor.d.p. 1.lib.12.c.5.q.1. Bonacina d.punct.10.diffic.1.n.1. Sanctarel. d.q.48.ex n.24. vbi à n.21. reſoluit quòd Prælatus regularis cui conſtat talem profeſſum non ratificaſſe ſuam profeſſionem, poteſt occultè illum à Religione dimittere, etiam elapſo quinquennio.

16. Religioſum volentem ratificare priorem profeſſionem irritam, fieri verùm Religioſum, nec requiri, vt annum nouitiatus iteret, tradunt Nauarr.conſil.27.num.2. de Regularibus. Azor.d.lib.12.cap.1.q.6.verſ.ſi quæras, Portel. d.verb profeſſio num.53. Villalob.d.tract.35.diffic.24.num.5.6. & 8. Bonacin.d.punct.10.diffic.1.n.5. Sanctarel.d.q.48.n.33. cum ſeqq. Hieron. Roderic.d.reſolut.101.n.76. Sanchez d. diſput.37 n.49. cum ſeqq. Leſſ.de iuſtit.lib.2.c.41.n.66. Soar. tom.3.de Relig.lib.7.cap.1.num.8. Bartholom.de Vecchis d. diſp.14.dub.5. à princ. vbi declarat multipliciter, & præcipuè num.6. cenſet non eſſe iterandum nouitiatum, etiam ſi publica eſſet nullitas profeſsionis, & nouitiatus, ob profeſsi inhabilitatem.

17. Conſenſum, & acceptationem Superioris de nouo non requiri vbi Religioſus ſuam profeſſionem irritam ratificat, cum Nauarr. Fr.Emman.& alijs docet Sanctarel. d.q.48.n.30. Soar.de Relig.tom.3.li.7.cap.1.n.16. Leſſ.de iuſtit.li.2.c.41.n.67. Barthol.de Vecchis vbi ſuprà dub.4.n.7.

Contra Sanchez de matrimon.lib.2.diſputat.35.n.4. & lib.7.diſput.37.n.64. Bonacin.d.puncto 10.diffic.1. exiſtimantes in hoc caſu non ſatis eſſe ſolo interno actu profeſſionem reuocari, ſed oportere iterum profeſsionem recipi actu externo, & monaſterij ſuperiore denuò admittente.

18. Notatque tamen Sanctarel. d.q.48.n.40.cum ſeqq. neceſſariò requiri ad hoc vt profeſsio irrita, valida fiat, & conualeſcat, quòd profeſſus ſciat ſuam profeſſionem eſſe inualidam, eamque poſtea ratificet; cuius tamen contrarium videtur cenſuiſſe ſacram Congregat. vt teſtatur Rota in Meten.profeſſionis 2. Iunij 1636. coram R.P.D. Carillo, impreſſa per Tamburin.poſt tract. de iure Abbatiſſar. deciſ.3.nu.12. Et idem Sanctarel. d.q.48.n.45.verſ.dico duodecimò, ſubdit, quòd ſi huiuſmodi profeſſus dubitet an priorem profeſſionem inualidam ratificauerit, debet tranſacto quinquennio præſumere, quod eam ratificauerit, & n.50. tenet minimè eſſe credendũ profeſſo dicẽti ſe intra quinquennium non ratificaſſe profeſſionem.

19. Inhabiles ad profitendum, putà habentes perpetuum impedimentum poſſe reclamare etiam tranſacto quinquennio, quia iſti ratione inhabilitatis nunquam præſumuntur tacitè profeſſi, neque Concilium loquitur de huiuſmodi perſonis, obſeruant Nauarr.conſil.26.num.12. & vltim.de Regularibus. Bonacin.d.punct.10.diffic.4.n.7. Sanctarel. d.quæſt.48.num.36. Portel.d.verb profeſſio nu.5. Villalob. vbi ſuprà num.8. Hieron.Roderic.d.reſol.101.num.74. Tamburin.d.diſput.6.quæſt.26.num.9.

20. Nulliter profeſſos, quia non fuit in eorum informatione ſeruata forma præſcripta à Sixto V. de qua latè Fr. Barthol. de Vecchis in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitijs, diſp.6. poſſe etiã poſt quinquennium reclamare, cùm eorum profeſſio annulletur propter bonum commune Religionis, atteſtatur ab eodem Sixto V. declaratum Aloyſ. Ricc. d. praxi fori Eccleſ. reſol.550.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſol.550.in fine. quem refero Ego ipſe d.allegat.104.n.2. Villalob.in ſumm.part.2.tract.35.diffic.25.nu.8. Stephan. Gratian.diſcept.forenſ.tom.3.cap.440.n.14. Rota deciſ.175.n.3.p.1.recentior. Hieron.Roderic. d.reſol.101.n.74. vbi ſubdit hoc debere intelligi in profeſſo ante conſtitutionem Clementis VIII. qui anno Domini 1602. abſtulit huiuſmodi impedimentum irritans profeſſionem, ſine præuia informatione.

21. ξ *Coram Superiore ſuo, & Ordinario.*] Regularem deducentem intra quinquennium nullitatem profeſſionis, teneri eam probare coniunctim coram proprio Superiori Regulari illius monaſterij, in quo profeſſionem emiſit, & coram Ordinario illius loci, vbi exiſtit monaſterium, ☞ deciſum fuiſſe *ſub die 1. Decembris* 1593. teſtatur Armend. d.l.7.de Religion.n.18. quem refero Ego ipſe d.alleg.104.n.12. Vide Fr.Emman.tom.1.quæſt.26.art.3. Ludouic. Beja reſponſ. caſuum conſcientiæ part.4. caſu 18.fol.mihi 424.verſo. Bonacin. d. puncto 10.diff.3.n.3. Nouar.in lucerna Regular. verb.nullitas 1.pag.177. Tamburin. d.tom 3.diſp.6.q.26.n.3.

22. Superior autem, cui commiſſiones ſuper nullitate profeſsionis ex præſcripto Concilij in hoc loco directæ ſunt, vnà cum Ordinario, intelligitur de Superiore monaſterij, non Religionis, ita Sel.in ſelectis Canon. c.80.n.10. vbi ☞ refert deciſum *in Meten. & Romana 7. Aprilis* 1629.

23. Vnde colligit Aloyſ. Ricc. in praxi aurea reſol.20. reſolutum fuiſſe cauſas nullitatis profeſsionis nullæ ita proponendas eſſe coram ſuperiore & Ordinario copulatiuè, vt ſi ſuperior per ſe ſolum profeſsionem nullam declaret, Religioſumque è monaſterio eijciat, illum teneatur ad monaſterium reuocare, refert Tamburin.d.tom.3.diſput.6 quæſt.26.num.3.

24. *Quòd ſi antea habitum, &c.*] Vide Nauarr. dict.comment.4.de Regul.n.77.& 78. Azor.d.part.1 lib.12.c.4.q.10.in fine. Franc Leo d.cap.1.n.42. Portel.d.verb profeſſio n.46. Fr. Ludouic.Miranda d.q.30.artic.6.in princip.& concluſ.1. aſſerit reclamationem de nullitate profeſſionis faciendã eſſe cum habitu, atque habitu Religionis retento, aliàs reclamantem non exaudiri, refero Ego ipſe d.alleg.104.n.12. Lezana d.c.2.n.8. Dimiſsionem tamen habitus non impedire vt Regularis non audiatur ſuper nullitate profeſſionis, ſi poſtea eundem habitum reaſſumat, reſoluunt Campan. in diuerſ.iuris Canon.rubr.12.c.11.n.18. Suar. de Relig. tom.3.lib.7.c.3.n.14. Portel.in dub.Regular. verb.profeſſionis nullitas num.45. Gratian.d.c.413.num.7.& 8. Villalob.in ſumm.tom.2.tract.35.diffic.25.n.4. Diana moral. reſol part.3.tract.2.reſol.53.in fine. Tamburin.d.tom.3.diſput.6.quæſt.26.num.2.

25. Et hoc eſſe intelligendum, quando habitum temerè abſque cauſa dimiſit, ac proinde ſi haberet iuſtam cauſam dimittendi, debere audiri tradunt Azor.d.c.4 q.vltim. Nauarr.d.comment.4.n.vltim. Fr.Emman.tom.3.q.17.art.17 circa med. Sanchez d.lib.7.diſput.37.n.3. Aloyſ.Ricc. in deciſionibus Curiæ Archiepiſcop. Neapolitan.deciſ.48.n.7.& 8.p.4. Bonacin.d.puncto 10.diffic.3.n.1. Tamburin.d.tom.3.diſput.6.q.26 n.2. Quodque etiam intelligendum eſt procedere in foro exteriori, non in interiori, ſi cauſa ſubſit aliter faciendi, Lezana d.cap.2 num.8.

26. ϑ *Transferatur ad laxiorem Religionem.*] Nullum Regularem vigore cuiuſcunque facultatis ſe transferre poſſe ad laxiorem Religionem, tradunt Nauarr conſil.56.n.3. de regularibus. Sayr. in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ.55. Azor.d.part.1.lib.12.c.14.q.12.verſ.in Concilio Tridentino. Aloyſ. Ricc. in collect.deciſ.p.3.collectan.521. Stephan.Gratian. diſcept.forenſ.c.434. Valer.Reginald.in praxi fori pœnit.lib.18.c.19.n.412.cum ſeq. latè Fr.Ioan. à Cruce de ſtatu Relig.lib.1.c.7.dub.3. Barthol.à S.Fauſto in theſauro Relig.li.5.q.345. Bonacin.de clauſura, & pœnis eam violantibus impoſitis q.2 puncto 9.§.3.diffic.1.n.13. Fagundez in quinque Eccleſiæ præcepta, præc.2.lib.8.cap.5.num.4. Villalob.in ſumm. part 2.tract.35.diffic.13. Portel. in dub.regul.verb.Religionis tranſitus, Hieron.Roderic.in compend.quæſt.regul.reſol.123.à num.55.

27. Ad tranſeundum enim ad laxiorem Religionem nulla legitima cauſa exiſtente ſolum Romanũ Pontificem poſſe licentiam concedere, reſoluunt Nauarr. conſil.88.n.2. de Regular.in nouis, & commento 4.de Regularibus nu.10. verſic.2. addo, Fr. Emman. tom.3.quæſt.52.artic.10. Azor. dict.cap.14 quæſt.8.in fine. Leſſ.de iuſtit.lib.2.cap.41.dub 13.num.102. Fr.Ludouic.Miranda in Man.Prælat.tom.1.quæſt.31.artic.5.concluſ.3. Sanchez in præcepta Decalogi tom.2.lib.6.c.7.num.67. Stephan.Gratian. d.c.434.num.6. Suar.de Religione tom.4.lib.2.c.11.num.17.cum multis ſeqq. Anton. Ricciul. de iure perſonar. extra gremium Eccleſiæ exiſtentium lib.8.c.4.num.1. Hieron.Roderic.d.reſol.123 nu.63. Fr.Bartholom. de Vecchis in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitijs diſp 15.dub.5.num.1. Huiuſmodi autem tranſitum ſic abſque iuſta cauſa factum, Religioſum in foro conſcientiæ tutum minimè reddere, obſeruant Nauarr. d.conſ.88.num.2. Stephan. Gratian. d.c.434.num.17. Fr.Ludouic.Miranda d.q.31.art.6. Anton.Ricciul. d.c.4.n.3. Bartholom.à S.Fauſto d.lib.5.q.347. Fr.Emman. tom.2.ſumm.c.113.num.7. Hieron.Roderic. d.reſol.123.nu.91.& 65.

28. Et ideò Papam non ſolere concedere licentiam tranſeundi ad laxiorem, niſi ex iuſtis, & legitimis cauſis pluries in facti contingentia ſe expertum fuiſſe refert Anton.Ricciul.d.c.4.nu.4. qui licèt ibidem in verſ.dubitari ſolet, teneat non requiri hoc caſu derogationem Concilij in præſenti, contrarium tamen tanquam tutius reſoluunt Nauarr. conſil.62. aliàs 65.in fine, de Regularibus. Stephan. Gratian.d.cap.434.num.20.

29. Exiſtente legitima cauſa, poſſe Prælatum, Pontifice inferiorem, diſpenſare Regularem ad laxiorem Religionem, quamuis ad Pontificem facilis ſit aditus, concludunt Nauarr. commento 4. de Regularibus num.11. verſ. quintò, Fr.Ludouic. Miranda d.q.31.art.6.concl.3. Fr.Emman d.tom.3.q.52.art.9.ſtatim in princ. Sanchez in præcepta Decalogi tom.2.lib.2.c.7.num.53. Bartholom.à S.Fauſto in theſauro Relig.lib.5.q.345.in princ. Sanctarel. de apoſtaſ.c.8.num 27. Fr.Bartholom.de Vecchis d.dub.5.ex num.2.& ex nu.7. probat ad hunc tranſitum legitimè faciendum neceſſarium, vnà cum licentia ſuperioris aſſenſum Conuentus.

30. Ad decretum Concilij in præſenti prohibentis Regulari cuiuſcunque facultatis vigore transferri ad laxiorem Religionem, reſpondent infrà citandi intelligendum eſſe ſine iuſta cauſa, & ſine conſenſu Capituli, aut non præmiſſa cauſæ cognitione, vt olim interdum fiebat ab aliquibus Prælatis obtentu ſuorum priuilegiorum; non autem per facultates cum iure communi congruentes, quales ſunt, quæ conceduntur iuſtis de cauſis, & ſeruato debito iuris ordine, ita Nauarr. conſ.56.num.2.de Regularibus, & commento 4.de Regular.num.11. Sayr. d.deciſ.55. Fr. Emman. in ſumm.tom.2.c.6.num.8. Azor. d.lib.12.c.15.q.1. Leſſ.de iuſtit.lib.2.c.41.dub.13.num.103. Sanchez d.c.7.nu.68. Barthol. à S.Fauſto d.lib.5.q.345.num.2. Fr.Ludouic. Miranda d.q.31.art.13.ad fin. Fr.Bartholom. de Vecchis d.dub.5.num.6.

31. Legitimas, & iuſtas cauſas, quibus diſpenſari poſſit Religioſus, quatenus de vna Religione ad aliam laxiorem tranſire valeat, adducunt Doctores infrà citandi, veluti ſi Religioſus, qui ob infirmitatem, aut corporis debilitatem ferre nequeat auſteritatem Religionis, ad quam ſe primò contulit, ita Sylueſt.verb.Religio 4.q.2. Leſſ.d.lib.2.c.41.dub.13.num.102. Fr.Emman.d.q.52.art.9. Azor.d.c.14.q.8.verſ.quæres, Sanchez d.c.7.nu.72. Fr.Bartholom.de Vecchis d.diſp.15.dub.6.nu.2. Hieron.Roderic. d.reſol.123.nu.64. Aut ſi Religioſus in priori Religione odio habeatur à cæteris Religioſis, aut indignè, & malè tractetur, ſecundùm Azor. & Sanchez citatis locis. Aut ſi alijs ſit exoſus, Reginald. in praxi fori pœnitent. lib.18.c.29.num.414. Aut ſi propter ſuam ſimplicitatem non intellexit ſufficienter regulam, vel conſtitutiones tempore profeſſionis, & poſtea vult laxius viuere, aut ſi habens parentes in graui neceſſitate conſtitutos, non poſſit in priori Religione eorum neceſſitati ſuccurrere per modos ſuæ regulæ congruentes, Fr.Emman. d.art.9. Sanchez citato loco, Fr. Ludouic.Miranda d.q.31.art.6.concl.2. Fr.Bartholom.de Vecchis d.diſp.15.dub.6.num.3. vbi dub.7. reſoluit difficultatem grauem, quam experitur Religioſus in obſeruandis ſuæ Religionis auſteritatibus eſſe ſufficientem cauſam ad diſpenſandum ad laxiorem Religionem, ſi ratione hu-

ne huius difficultatis vehementer tranſgreſſionis regulæ, ſeu ſtatutorum probabilitas immineat, & *dub.* 8. tenet ſuperiorem antequam diſpenſet ſubditum ad laxiorem Religionem, debere cauſæ huius diſpenſationis cognitionem præmittere.

32. Regularibus ad ſtrictiorem Religionem tranſire volentibus, ſi beneuolos in ea inueniant receptores, ac deuotionis feruore ducti, non autem alicuius criminis perpetrati pœnam ſubterfugituri, ſufficit petita, licèt non obtenta licentia à ſuis Superioribus, Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib. 3. tit. 16. num. 1.* vbi refert ita fuiſſe reſolutum per S. Congr. Epiſcop. *ſub die 13. Septembris* 1583.

33. Religioſi Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis non poſſunt ad alium quemcunque etiam Mendicantium Ordinem ſe transferre, niſi petita à ſuperioribus licentia, cognitaque, & approbata priùs ab eadem S. Congregat. tranſitus cauſa, ac inuentis in Religione, ad quam tranſire intendunt, beneuolis receptoribus, nec non ſeruata, vbi opus fuerit, felic. recordat. Sixti Papæ V. conſtitutione *ſub die 15. Martij* 1616. cuius meminit Tamburin. *d. tom. 3. diſput. 7. quæſt. 2. num.* 8.

34. Regulares Ordinum Mendicantiũ non poſſunt tranſire ad alium Ordinem, præterquam ad Carthuſianos, inter quos poſtmodum Mendicantes huiuſmodi iuxta conſtitutionem Clementis VIII. voce actiua, & paſſiua carent, atque ad quæuis officia, & miniſteria, ac gradus iſtius Religionis perpetuò inhabiles exiſtunt, ita Aldan. *d. tit. 16. num. 3.* vbi dicit ita reſcripſiſſe eandem S. Congr. Generalis Carthuſianorum *de menſe Martij* 1596. Idem minores obſeruantes non poſſe ad Minimos tranſire niſi de licentia ſummi Pont. & è conuerſo per Conſtit. Pij V. confirmatam à Gregorio XIII. atteſtatur Tamburin. *d. tom. 3. diſput. 7. quæſt. 2. num.* 10.

Patres Societatis IESV poſt emiſſa vota ſecundùm eorum Conſtitutiones, non poſſunt ad aliam Religionem transferri, excepta Carthuſiana, niſi de expreſſa licentia Præpoſiti generalis eiuſdem Societatis, aut Sedis Apoſt. Ita Tamburin. *d. tom. 3. diſput. 7. quæſt. 2. num.* 9.

Capuccini ad laxiorem Religionem abſque ſpeciali Sedis Apoſtol. licentia tranſire non poſſunt: ad Carthuſienſes verò, ſeu quemcunque alium Ordinem, vel Congregationem, niſi de Miniſtri generalis pro tempore exiſtentis licentia in ſcriptis obtenta quouis prætextu, aut ex quauis cauſa tranſire non poſſunt. Ita S. D. N. Vrbanus VIII. in ſua conſtit. incip. *Iniuncti, 9. Auguſti* 1628. cuius meminit Tamburin. *d. tom. 3. diſput. 7. quæſt. 2. num.* 11. & ex Bartholom. de Vecchis *in praxi nouit. diſp. 15. dub. 3. num.* 6. dicit quòd nullus Capuccinus ad Ordinem ſancti Franciſci de Paula, & nullus frater ſancti Franciſci de Paula ad Capuccinos vllo vnquam tempore, & quantuncunque iuſtiſſima cauſa etiam de licentia ſuorum Superiorum ſe transferre poteſt.

Cætera, quæ occurrere poſſunt circa materiam tranſeundi de vna Religione ad aliam, & quis poſſit licentiã concedere, latè tractaui *in collect. ad cap. licet* 18. *de Regularibus*, & ibi citatis addo nouiſſimè Tamburin. *de iure Abbatum tom. 3. diſput. 7. q. 1. cum ſeqq.*

35. *t Occultè ferendi habitum, &c.*] Vide Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 1. lib. 3. c. 5. de Regularibus num.* 72. Fr. Emman. *q. regular. tom. 2. q. 76. artic.* 3. Soar. *tom. 5. de cenſur. diſput. 23. ſect. 4. num.* 34. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. num.* 406. Fr. Ioan. à Cruce *de ſtat. Relig. lib. 1. cap. 7. dub.* 4.

36. Habitum ſine cauſa occultãtem eo modo, vt à circũſtantibus cognoſci nequeat, cuius Ordinis Religioſus ille ſit, incidere in excommunicationem contra dimittentes habitum latam, tradunt Caietan. *in ſumm. verb. excommunicatio, cap.* 61. Nauarr. *in manual. cap. 27. num.* 131. Bañes 2. 2. *diſputat. 1. quæſt. 12. puncto 1. in fine*, Fr. Emman. *tom. 1. quæſt 30. artic. 2. & tom. 2. quæſt. 76. artic. 6. notab. 2.* Azor. *d. part. 1. lib. 12. cap. 13. quæſt. 5. caſu 16. & cap. 17. quæſt.* 10. Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. Religioſi, pag.* 226. Coriolan. *de caſibus reſeruat. part. 2. caſ. 2. de apoſtaſia, nu.* 2. Sanchez *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. c. 8. nu.* 63.

37. Quòd ſi Regularis deferat habitum coopertum habitu alterius Religionis? Vide Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapolitan. deciſ. 214. part.* 4. & quid ſi ſuæ Religionis habitu depoſito alterius Religionis amictum aſſumat, vide Sanchez *d. cap. 8. num.* 65.

38. Epiſcopum Monachum teneri portare habitum ſuæ Religionis, nec poſſe ſuper illum veſtibus Epiſcopalibus indui, docent Henriquez *in ſumm. lib. 10. cap. 32. §. 5. & cap. 33. in fine*, Valent. 2. 2. *diſput. 10. quæſt. 3. puncto* 8. Azor. *d. lib. 12. cap. 7. q.* 4. Fr. Emman. *in ſumm. par. 2. cap.* 10. *num.* 4. Leſſ. *de iuſt. lib. 2. cap. 40. dub. 14. num.* 113. Petr. de Ledeſma *in ſumm. part. 2. tract. 32. cap. 3. ad fin.* Fr. Ioan. à Cruce *d. lib. 1. cap. 2. dubit.* 4. Sanchez *d. lib. 6. cap. 6. num.* 22. Bartholom. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib. 6. quæſt.* 199.

39. Religioſum factum Epiſcopũ, ſi ſine cauſa habitum Religionis deponat, in excommunicationem non incidere, cenſent Azor. *d. lib. 12. c. 7. quæſt.* 4. Fr. Emman. *tom. 2. quæſt. 58. artic.* 3. Sanch. *d. cap. 6. nu.* 23. Bartholom. à S. Fauſto *d. lib. 5. quæſt.* 200. Sanctarel. *de apoſtaſia, cap. 1. num.* 15. Bonacin. *de clauſura, & pœnis eam violantibus impoſitis, q. 2. puncto 2. num.* 26.

Contra Maiol. *de irregular. lib. 2. cap. 1. num.* 13. Fulu. Pacian. *conſil. 132. num. 42. volum.* 1. Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 79. num.* 10. Henriq. *lib. 10. cap. 33. in fine*, & alios exiſtimantes Epiſcopum Regularem omittentem habitum, & aſſumendo illam albam, & candidam veſtem, quæ ab Epiſcopis exteriùs defertur, incurrere excommunicationem latam contra Monachos omittentes habitum *in cap. 2. ne clerici, vel Monachi, lib.* 6.

40. Aduertunt Sanchez *d. cap. 6. num.* 22. & Bartholom. à S. Fauſto *d. quæſt. 200. num.* 5. quod in Rituali Romano per Clementem VIII. reformato conceſſum eſt Epiſcopis Regularibus, vt retento colore habitus ſuæ Religionis poſſint ſe conformare cum Epiſcopis ſecularibus in forma, ſeu figura illius, & ita ſeruatur modo in praxi.

---

*Abbates, vbi ſunt Ordinum Capita, & cæteri ſuperiores Ordinum Epiſcopis non ſubiecti, viſitent monaſteria & Eccleſias ſibi ſubiectas.*

## CAPVT XX.

1 *Abbates, & alij Regularium præfecti habent ius viſitandi monaſteria, aliaque loca ſibi ſubiecta.*

2 *Epiſcopi non poſſunt viſitare Eccleſias Ordinum Militarium exigendo rationem à Rectoribus.*

ABbates, qui ſunt Ordinum Capita, ac cæteri prædictorum Ordinum Superiores. *α Epiſcopis non ſubiecti*, quibus eſt in alia inferiora monaſteria, Prioratuſve legitima iuriſdictio, eadem illa ſibi ſubdita monaſteria, & Prioratus, ſuo quiſque loco, atque ordine, ex officio viſitent, etiamſi commendata exiſtant. Quæ cùm Ordinum ſuorum Capitibus ſubſint, declarat ſancta Synodus, in ijs,[a] quæ alias de viſitatione monaſteriorum commendatorum definita ſunt, non eſſe comprehenſa, teneanturque quicumque prædictorum Ordinum monaſterijs præſunt, prædictos Viſitatores recipere, & illorum ordinationes exequi. Ipſa quoque monaſteria, quæ ſunt Ordinum Capita, iuxta ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, & cuiuſque Ordinis conſtitutiones viſitentur. Et quamdiu durabunt huiuſmodi commendæ, Priores clauſtrales, aut in Prioratibus Conuentum habentibus, Superiores, qui correctiones, & ſpirituale regimen exercent, à Capitulis generalibus, vel ipſorum Ordinum Viſitatoribus inſtituantur. *β In*

a Supra ſeſſ. 21. de refor. cap. 8.

*cæteris*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*cæteris omnibus præfatorum Ordinum priuilegia,* & facultates, quæ ipſorum perſonas, loca & iura concernunt, firma ſint, & illæſa.

1. ABbates, Priores, alioſque Regularium Præfectos viſitandi ius habere monaſteria, aliaque ſibi ſubiecta loca, per hunc text. reſoluit Azor. *inſtitut. moral. part.1. lib.12. cap.18. verſic. ſexto, & p.2. lib.3. cap.40. quæſt.9.* Ego ipſe *in collect. ad cap. vltim. numer.3. de ſtatu Monach.*

*α Epiſcopis non ſubiecti.* ] An Epiſcopi poſſint viſitare Eccleſias Ordinum Militarium, exigendo rationem à Rectoribus, & ab œconomis, viſitando Confratrias? Negat Fr. Emman. *q. regul. tom.1. q.36. art.3.* 2.

*β In cæteris omnibus præfatorum Ordinum priuilegia,* &c.] Vide Fr. Emman. *d. tom.1. q.17. art.9.*

*Monaſteria, & Prioratus prouideantur de perſonis Regularibus qui vitam monaſticam, & Regularem obſeruari faciant, & habitum ſuſcipere cogantur.*

## CAPVT XXI.

1. *Regulares vnius Ordinis, vel habitus non poſſunt eligi in Prælatos alterius Ordinis, vel habitus.*
2. *Reges Hiſpaniæ vigore indulti Adriani VI. non poſſunt præſentare ad præfecturas Regulares perſonas ſeculares, nec Regulares alterius Ordinis.*
3. *Verba hæc ſunt conſultiua.*
4. *Commendatarij Abbatiarum, ſeu monaſteriorũ, quæ capita ſunt Ordinum, tenentur intra ſex menſes Religionem illorum Ordinum ſolemniter profiteri.*
5. *Rex Hiſpaniæ eſt adminiſtrator Ordinum Militarium, & non Magiſter.*

a Concil. Lateranenſ. ſub Leone 10. ſeſſ.9. in Bulla de reformat. curiæ.

CVm pleraque monaſteria, [a] etiam Abbatiſſæ, Prioratus, & Præpoſituræ ex mala eorum, quibus commiſſa fuerunt, adminiſtratione non leuia paſſa fuerint tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus detrimenta, cupit ſancta Synodus ea ad congruam monaſticæ vitæ diſciplinam omnino reuocare, verùm adeò dura, difficiliſque eſt præſentium temporum conditio, vt nec ſtatim omnibus, nec commune vbique, quod optaret, remedium poſſit adhiberi, vt tamen nihil prætermittat, vnde prædictis ſalubriter aliquando prouideri poſſit, primum quidem confidit, Sanctiſſimum Romanum Pontificem pro ſua pietate, & prudentia curaturum, quantum hæc tempora ferre poſſe viderit, vt in ijs, quæ nũc commendata reperiuntur, & quæ ſuos conuentus habent, regulares perſonæ, eiuſdem Ordinis expreſsè profeſſæ, & quæ gregi præire, & præeſſe poſsint, præficiantur. [b] *α Quæ verò in poſterum* vacabunt non niſi regularibus ſpectatæ virtutis, & ſanctitatis conferantur. Quo ad ea verò monaſteria, quæ Capita ſunt, ac Primates Ordinum, ſiue Abbatiæ, ſiue Prioratus filiæ illorũ Capitum nuncupantur, teneantur illi, qui in præſenti ea in commendam obtinent, niſi ſit eis de regulari ſucceſſore prouiſum, *β infra ſex menſes religionem* illorum Ordinum propriam ſolemniter profiteri, aut ijs cedere, aliàs commendæ prædictæ ipſo iure vacare cenſeantur. Ne autem in prædictis omnibus, & ſingulis fraus aliqua adhiberi poſsit, mandat ſancta Synodus, vt in prouiſionibus dictorum monaſteriorum qualitas ſingulorum nominatim exprimatur, aliterque facta prouiſio ſurreptitia eſſe cenſeatur, nullaque ſubſequenti poſſeſsione, etiam triennali, adiuuetur.

b Supra ſeſſ. 24 cap.13.

1. REgulares vnius Ordinis, vel habitus non poſſe eligi in Prælatos alterius Ordinis, vel habitus, per *Clem. 1. de elect.* docent. Zerol. *in praxi Epiſcop p.1. verb. Abbatiſſa, verſ ad quartum,* Gonzal. *ad reg.8. Cancell gloſſ.8. num.78.* Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.12. cap.13. q.11.* Fr. Ludou. Mirãda *in man. Prælat. tom.2. q.23. art.11. concluſ.4.* Soar. *de Relig. tom.4. tract.8. lib.2. c.3. nu.11.* Fr. Sigiſm. à Bononia *de elect. dub.60. nu.4.* Iul. Lauor. *variar. lucubrat. tom.1. tit.4. cap.16. nu.127.* Hieron. Roder. *in compend. q. regul. reſol.123. nu.81.* Paul. Layman. *canon. q. de prælat. eccleſiaſt. elect. q.192. reſp.1.* Aſcan. Tambur. *de iure Abbatũ to.1. diſp.5. q.11.* Fr. Emman. *q. regul. tom.2. q.52. art.8.* vbi expreſsè tenet extraneos, id eſt, alterius Religionis alumnos nõ poſſe aſſumi ad prælationes illius Religionis, vbi non ſunt profeſſi niſi id auctoritate Apoſtolica nõ concedatur, vel cõſuetudine introductũ ſit, vt ex certo alio gremio eligẽdus aſſumatur.

2. Vide Nauarr. *commento 3. de Regularib. in princ. num.2.* & Fr. Emman. *d. tom.2. q.123. art.4.* aſſerunt Reges Hiſpaniæ, quibus Adrianus VI. indulſit ius præſentandi in ſuis Regnis Abbates, & alios Prælatos collegiatarum, & Regularium, ſaltem Conſiſtorialium, non potuiſſe præſentare, ante, & multo minus poſt Concil. Trid. ad præfecturas Regulares perſonas ſeculares, nec Regulares alterius Ordinis, refert Nicol. Garc. *de benef. p.7. c.10. num.14.*

*α Quæ verò in poſterum,* &c.] Hæc verba eſſe conſultiua, docent Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.4. q.5. numer.2.* Stephan Gratian. *diſcept. forenſ cap.123. num.12.* 3.

*β Infra ſex menſes Religionem,* &c. ] Habentes, ſeu obtinentes in commendam monaſteria, quæ capita ſunt, ac primates Ordinum, ſiue Abbatias, aut Prioratus, teneri intra ſex menſes Religionem illorum Ordinum ſolemniter profiteri, ac proinde hunc caſum excipi à generali lege tradita *ſupr. hac ead. ſeſſ. c.15.* De profeſſione non emittenda ante integrum nouitiatus annum, tradunt Cordub. *in ſumm. q.38.* Henriq. *in ſumm. lib.13. cap.40. §.2. in commento lit. O.* Fr. Emman. *in ſumm. tom.2. cap.6. num.10.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.2. lib.5. cap.4. nu.15.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel gloſſ.8. n.88.* Et quod Rex Hiſpaniæ ſit adminiſtrator Ordinum Militarium, & non Magiſter, ac proinde non faciat profeſſionem, obſeruat Fr. Emman. *d. tom.2. q.122. art.3.* 4. 5.

*Decreta Concilij de Regularibus, & Monialibus obſeruentur in omnibus cœnobijs, monaſterijs, & collegijs quorumcunque Regularium, tam virorum, quàm mulierum, non obſtante quibuſcunque priuilegijs, & cura incumbit Epiſcopis, & alijs Prælatis, & ſuperioribus, vt in text.*

## CAPVT XXII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Clauſuræ præcepto tenẽtur Moniales illorũ monaſteriorũ, quibus ante Concil. nũquam admiſſa fuerat.*
3. *Moniales conuerſæ, & tertiariæ profeſſæ ad eandem*

*tenentur*

*tenentur clauſuram.*

4 *Reuocatoria priuilegiorum, exemptionem, &c. quæ decretis Concilij Trid. contrariantur.*

5 *Religioſi delinquentes excommunicari, & alijs pœnis puniri poſſunt ab Epiſcopo in caſibus, quibus eius iuriſdictioni ſubduntur.*

HÆc omnia & ſingula in ſuperioribus decretis contenta, obſeruari ſancta Synodus præcipit in omnibus cœnobijs, ac monaſterijs, collegijs, ac domibus quorumcumque monachorum ac regularium, *a necnon quarumcumque Sanctimonialium* virginum, ac viduarum, etiam ſi illæ ſub gubernio militiarum, etiam Hieroſolymitanæ, viuant, & quocumque nomine appellentur, ſub quacumque regula, vel conſtitutionibus, & ſub cuſtodia, vel gubernatione, vel quauis ſubiectione, aut annexione, vel dependia cuiuſcumque Ordinis, mendicantium, vel non mendicantium, vel aliorum regularium monachorum, aut canonicorum quorumcumque: *β non obſtantibus eorum omnium*, & ſingulorum priuilegijs ſub quibuſcumque formulis verborum conceptis ac Mare magnum, appellatis, etiam in fundatione obtentis, necnon conſtitutionibus, & regulis etiam iuratis, atque etiam conſuetudinibus, vel præſcriptionibus, etiam immemorabilibus. Si qui verò regulares tā viri, quàm mulieres ſunt, qui ſub arctiori regula, vel ſtatutis viuunt, excepta facultate habendi bona ſtabilia in communi, eos ab eorum inſtituto, & obſeruantia ſancta Synodus amouere non intendit. Et quia ſancta Synodus deſiderat, vt omnia, & ſingula ſupradicta quamprimum executioni demandētur: præcipit omnibus Epiſcopis in monaſterijs ſibi ſubiectis, & in omnibus alijs, ipſis in ſuperioribus decretis ſpecialiter commiſſis, atque omnibus Abbatibus, & Generalibus, & alijs Superioribus Ordinum ſupradictorum, vt ſtatim prædicta exequantur. Et ſi quid executioni mandatum non ſit, Epiſcoporum negligentiam Cōcilia prouincialia ſuppleant, & coërceant. Regularium verò Capitula prouincialia, & generalia, & in defectum Capitulorum generalium Concilia prouincialia, per deputationem aliquorum eiuſdem Ordinis prouideant. Hortatur etiam ſancta Synodus omnes Reges, Principes, Reſp. & Magiſtratus, & in virtute ſanctæ Obedientiæ præcipit; vt velint prædictis Epiſcopis, Abbatibus, ac Generalibus, & cæteris Præfectis in ſuperiùs contentæ reformationis executione ſuum auxilium, & auctoritatem interponere, quoties fuerint requiſiti, vt ſine vllo impedimento præmiſſa rectè exequantur ad laudem Dei omnipotentis.

1. VIde Fr. Emman. *quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 8. artic. 6. & tom. 2. q. 108. art. 2. in fine, & quæſt. 112. art. 1. & tom. 3. quæſt. 23. art. 5. & in explicat. Bullæ Cruciatæ, §. 5. dub. 3. fol. 33.* Campan. *in diuerſor. iuris canon. rubr. 12. c. 13. ex n. 167.* Sanchez *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. c. 15. ex n. 10.* Bonacin. *de clauſura & pœnis eam violantibus impoſitis, q. 1. puncto 2.* Hieronym. Venero, y Leyua *in examine Epiſcop. lib. 6. c. 21. n. 6.* meipſum *de offic. & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 102. num. 9.*

*a Nec non quarumcunque Sanctimonialium*, &c.] Moniales omnes, etiam profeſſas Ordinum Militarium S. Iacobi Calatrauæ, & Alcantaræ clauſuræ præcepto adſtringi, reſoluunt Llamas *in methodo curat. in append. §. 1. in fine,* Nauarr. *commento 4. de Regular. n. 44. verſic. quinto nota,* Fr. Emman. *d. tom. 1. q. 44. artic. 2. & 3.* Sanch. *d. lib. 6. cap. 15. n. 10.* Ego ipſe *dicto num. 9. verſ. nam Moniales.*

2. Clauſuræ præcepto teneri Moniales illorū monaſteriorū, quibus ante Concil. Trid. nunquā admiſſa fuerat, docent Nauarr. *d. comment. 4. n. 45. verſ. octauò nota,* Fr. Emman. *d. tom. 1. q. 44. art. 2.* Azor. *inſtitut. moral. p. 1. lib. 13. c. 8. q. 1. verſ. ex his planè, & verſ. item quærebatur,* Sanchez *d. c. 15. num. 12.* Ego ipſe *d. num. 9. verſic. item eodem.*

Vnde facultates Monialibus profeſſis conceſſas ante Conciliū Trid. & Motum proprij Pij V. incip. *Circa paſtoralis*, exiſtendi intra Conuentum in aliquibus honeſtis locis, abolitas eſſe per Trid. in præſenti, & dictum Motū proprium, & ſolùm ſuffragari poſt huiuſmodi decretum obtentas cum ſufficienti illorū derogatione, obſeruant Nauarr. *d. commento 4. n. 53. notab. 2. & 3.* Sanch. *d. c. 15. n. 18.* Bonacin. *d. quæſt. 1. puncto 2. num. 2. verſ. nec obſtat tertiò.*

3. Moniales conuerſas, & tertiarias profeſſas ad eandē teneri clauſuram, reſoluunt Nauarr. *d. comment. 4. n. 45.* Fr. Emman. *tom. 1. quæſt. 44. art. 4.* Sanch. *d. cap. 15. n. 13.* Ego ipſe *d. n. 9. verſ. item ad eandem,* Fr. Ludou. Miranda *de ſacris Monialibus q. 1. art. 3. & 5.* Soar. *de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 8. num. 14. & 17.* Bonacin. *d. puncto 2. num. 2.* vbi *num. 3.* cum Soar. *d. cap. 8. num. 16.* aduertit Nouitias non teneri ad clauſuram, & *num. 4.* ſubdit illas fœminas, quæ non ſunt verè Moniales, non teneri ad clauſuram, etiam ſi aliqua ſimplicia vota emittant.

*β Non obſtantibus eorum omnium*, &c.] Pius Papa II. *ſua conſtit.* incip. *In Principis, ſub dat. 13. Kalend. Martij 1565.* reuocauit priuilegia, exēptiones, immunitates, facultates, conſeruatorias, indulta, Mare magnum, & alias quaſcunque ſimiles gratias, in his, in quibus ſtatutis, & decretis ſacri Concilij Trident. contrariantur. Et licèt Pius V. *in ſua conſtit.* incip. *Et ſi mendicantium, ſub dat. 17. Kal. Septembris* 1567. confirmaſſet priuilegia Ordinibus Mendicantium conceſſa, & alia de nouo conceſſerit, ac Conc. Trid. vbi de his loquitur, declarauerit, poſtea Gregorius XIII. dictam Pij V. conſtitutionem reuocauit, & reduxit ad terminos iuris communis, & Concilij Trid. *Conſtit. ſua,* incip. *In tanta, ſub dat. Kalend. Martij* 1572. 4.

Delinquentes Religioſos in caſibus, in quibus ex Conc. Trid. iuriſdictioni Epiſcoporum ſubduntur, excommunicari, & alijs pœnis puniri poſſe ab Epiſcopo, cùm quoad contenta in dicto Concilio ceſſent omnia eorum priuilegia, & exemptiones per text. in præſenti, & dictam conſt. Pij IV. docent Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 3. n. 52. verſ. delinquentes,* Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. c. 59. n. 8.* ex eo, quia Conc. hic mandat obſeruari omnia decreta de Regularibus, non obſtantibus priuilegijs, & deputat executores Epiſcopos, hinc ſequitur, quod cùm nulla ratio priuilegiorum ſit habenda, nec Conciliū reſtringat modum compellendi, remittitur arbitrio ipſius Epiſcopi, *l. 1. ff. de iure delib.* in terminis Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib. 2. tit. 18. num. 10.* vbi *in vna Liman. 19. Septembr.* 1625. refert deciſum licere Epiſcopo, etiam pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis in decretis eidem ſpecialiter commiſſis *hac ſeſſ. 25. de Regul.* Regulares compellere ad eorum executionem. 5.

# DE REFORMATIONE.

*Epiſcopi fructus ſuarum Eccleſiarum, non conſanguineis, & familiaribus, ſed pauperibus diſtribuant, & traditur ipſis in hoc decreto norma viuendi.*

## CAPVT PRIMVM.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*

2 *Baldachinum in Eccleſia loci dominus erigere non*

*Barboſ. Collect. in Concil. Trid.*

*poteſt.*

3 *Epiſcopi modeſta ſupellectili & menſa vti debent.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

4 *Eccleſiæ res omnes ſunt Dei.*
5 *Conſanguineis Eccleſiæ res donare prohibentur Epiſcopi.*
6 *Epiſcopi ſolent eſſe cæci circa nepotes.*
7 *Epiſcopi damnabiliter agunt qui res Eccleſiæ nepotibus erogant, aut diſtribuunt conſanguineis indiſcretè.*
8 *Epiſcopus an poſſit bona Eccleſiæ ſolita dari in emphyteuſim potius in conſanguineos, quàm in extraneos alienare.*

OPTANDVM eſt, vt ij qui Epiſcopale miniſterium ſuſcipiunt, quæ ſuæ ſint partes, agnoſcant, ac ſe non ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxum, ſed ad labores & ſolicitudines pro Dei gloria vocatos eſſe intelligant, [a] nec enim dubitandum eſt, & fideles reliquos ad religionem, innocentiamque faciliùs inflammandos, ſi præpoſitos ſuos viderint non ea, quæ mundi ſunt, ſed animarum ſalutem, ac cœleſtem patriam cogitantes. Hæc cùm ad reſtituendam Eccleſiaſticam diſciplinam præcipua eſſe ſancta Synodus animaduertat, admonet Epiſcopos omnes, vt ſecum ea ſæpè meditantes, factis etiam ipſis, ac vitæ actionibus, quod eſt veluti perpetuum quoddam prædicandi genus, ſe muneri ſuo conformes oſtendant: in primis verò ita mores ſuos omnes componant, vt reliqui ab eis frugalitatis, modeſtiæ, continentiæ, ac, quæ nos tantopere commendat Deo [b], ſanctæ humilitatis exempla petere poſſint. α *Quapropter, exemplo Patrum noſtrorum* in Concilio Carthaginenſi non ſolum iubet, vt Epiſcopi modeſta ſupellectili, & menſa, ac frugali victu contenti ſint, verùm etiam in reliquo vitæ genere, ac tota eius domo caueant ne quid appareat, quod à ſancto hoc inſtituto ſit alienum, quodque non ſimplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præ ſe ferat. [c] Omnino verò eis interdicit, ne ex redditibus Eccleſiæ conſanguineos, familiareſve ſuos augere ſtudeant: cùm & Apoſtolorum [d] canones prohibeant, ne res Eccleſiaſticas, β *quæ Dei ſunt*, γ *conſanguineis donent*, ſed ſi pauperes ſint, ijs, vt pauperibus diſtribuant, eas autem non diſtrahant, nec diſſipent illorum cauſa: immo, quàm maximè poteſt, eos ſancta Synodus monet, δ *vt omnem humanum* hunc erga fratres, nepotes, propinquoſque carnis affectum, vnde multorum malorum in Eccleſia ſeminarium extat, penitus deponant. Quæ verò de Epiſcopis dicta ſunt, eadem non ſolum in quibuſcumque beneficia Eccleſiaſtica, tam ſecularia, quàm regularia obtinentibus, pro gradus ſui conditione obſeruari, [e] ſed & ad ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales pertinere decernit: quorum conſilio apud Sanctiſsimum Romanum Pontificem cum vniuerſalis Eccleſiæ adminiſtratio nitatur, nefas videri poteſt, non ijs etiam virtutum inſignibus, ac viuendi diſciplina eos fulgere, quæ merito omnium in ſe oculos conuertant.

[a] Cap. magnę de toto. c. qualiter, & quando de accuſ. ſuprà ſeſſ. 22. de reformat. c. 1. in princ.
[b] Pſalm. 101. Eccleſ. 3. 35. & 66. Matth. 10. & 18. cum ſim. Concil. Carthag. 4. c. 15. Conc. Tolet. 2. c. 7. c. Epiſcopus. 41. diſt. c. pro reuerentia. 44. diſtin. ſuprà ſeſſ. 3.
[c] Conc. Antioch. c. 25. c. quiſquis. c. ſint manifeſta. c. Epiſcopus, & c. res Eccleſiarum, cũ ſeq. 12. q. 2.
[d] Can. Apoſt. 39. & 75.
[e] Concil. Later. ſub Leone X ſeſſ. 9. de reform. accuſæ.

1. VIde Anton. Molin. *in ſuo inſtruct. Sacerd. tract. 2. cap. 13. & 14.* Petr. de Ledeſma *in ſum. part. 2. tract. 32. c. 3. del ſtado de los Obiſpo, concl. 24. dub. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 20. num. 69. verſ. ſecundùm.*

Epiſcopo, & in eius abſentia Vicario generali debetur reuerentia in Choro, dum Diuina celebrantur, ab omnibus Canonicis, etiam exemptis ratione ſubcollectoriæ, & alia ratione, Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib. 3. titul. 28. numero* 19. vbi refert ita fuiſſe reſolutum per ſacram Congregationem Epiſcoporũ *in Cataten. 11. Nouembris* 1614. Locum tenens eſt afficiendus eodem honore, quo is, cuius locum tenet, ex eodem Aldan. *citato loco*, vbi atteſtatur ita fuiſſe deciſum à S. Congreg. *Rituum in Brunduſina* 10. *Nouembris* 1612.

2. Baldachinum in Eccleſia loci dominus erigere non poteſt, & Epiſcopus omnibus ſacrorum Canonum remedijs huiuſmodi Baldachinum omninò remouere facere debet, vt per Aldan. *d. tit. 28. nu. 50.* vbi dicit ita fuiſſe reſolutum per Sacr. Congreg. Epiſcop. *in Boianen. 12. Ianuarij* 1618.

α *Quapropter exemplo Patrum noſtrorum*, &c.] Vide
3. Azor. *inſtitut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 8. quæſt. 1. verſ. at enim contra hos*, Vgolin. *de offic. Epiſcop. cap. 3. in princ. num.* 5. metipſum *in ſimili tract. p. 1. tit. 2. gloſſ. 5. num.* 12. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. beneficiatus, differ.* 5. vbi ita ſcribit, *Miror valdè, quòd ſtante præfato præcepto Cõciliari* (*de quo in præſenti*) *& in re tam graui, tanquã pauperibus præiudiciali, & ſtatui eccleſiaſtico contraria, qui verbo & exemplo docere debent harũ pomparũ, & vanitatum mundi contemptũ ſint viri aliqui docti, & Religioſi, qui audeant dicere hanc Cõcilij doctrinã eſſe de honeſtate, & perfectione, non tamẽ de præcepto, cùm Cõcilium apertè dicat, non ſolùm iubet, vt Epiſcopi modeſta*, &c.

β *Quæ ſunt Dei.*] Omnes Eccleſię res eſſe Dei, docent
4. Tiraq. *de conſtituto limit. 16. num.* 3. Nauarr. *commento 2. de Regularib. num. 3. & de reddit. eccleſiaſt. quæſt. 1. mon. 40. num. 14. & mon. 18. num.* 11. Ioan. Valer. *de different. vtriuſque fori, verb. munera differ. 1. num.* 5.

5. γ *Conſanguineis donent.*] Vide Molin. *de primog. lib. 2. cap. 10. ex num.* 37. Ceuall. *commun. contra commun. quæſt.* 388. *num.* 33. Barthol. Peretr. *in comment. ad extrauag. Ambitioſæ, de reb. eccleſ. non alienan. ſuper verb. illorum præcipuè, nu. 19. &* 20. Cald. Pereira *de poteſt. elig. cap. 13. num.* 13. Ludou. Beja *reſponſ. caſuum conſcientiæ p. 2. caſ. 25. fol. mihi* 240. Molin. Theolog. *de iuſtit. tract. 2. diſput. 148. concl.* 4. Paul. Comitol. *reſp. moral. lib. 1. quæſt. 70. num.* 2. Ioan. Valer. *d. verb. munera differ. 1. num. 64. verſ. ſecundò.* Trullench *in Decalog.*
*lib. 7. cap. 2. dub. 6. num.* 9. Solent enim Epiſcopi eſſe cæci 6.
circa nepotes. Bald. *in auth. Quicunque. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Iaſ. *in vſib. feudor. tit. qui feudum dare poſſ. ante num.* 14. Franc. Leo *in theſauro fori eccleſiaſt. part. 1. cap. 3. num.* 37. Ego ipſe *de officio & poteſtate Epiſcopi, part. 1. tit. 2. gloſſ. 9. nu. 30. cum ſeqq.*

Certè nõnulli Prælati pretium vniuerſitatis ſuis mar- 7.
ſupijs includentes patrimonium Crucifixi aut nepotibus erogant, aut damnabiliter retinent, aut diſtribuunt conſanguineis indiſcretè. Nõne conſiderant, quòd requiret Dominus ab vnoquoq; villicationis propriè rationem & honorem proprij principatus, propter hoc irritauit impius Dominum, dicet enim in corde ſuo, Non requiret exactiſſimè vſque ad nouiſſimum quadrantem, & retribuet abundanter facientibus ſuperbiam, malos vtique malè perdet, vineam ſuam alijs agricolis locaturus. Væ operarijs vineam Domini Sabaoth ſi cum ſarmentis abſcindantur, & in ignem mittantur! Væ Paſtoribus ſi numerentur in ſiniſtra cum hædis! Væ cultoribus Dominicæ meſſis ſi cum palea comburantur!

An poſſit Epiſcopus bona Eccleſiæ ſolita dari in em- 8.
phyteuſim potius in conſanguineos, quàm in extraneos alienare, & an, & quando hoc licitum ſit? Vide Concil. Bracharen. IV. *act. 5. c.* 28. Burſat. *conſ. 127. num. 4. & 78. lib.* 2. Menoch. *conſ. 18. num. 19. verſ. non obſtat, & conſ. 79. nu. 1. & num. 4. cum ſeqq.* Barthol. Peretr. *ad d. Auth. ambitioſæ, verb. ac de rebus, & bonis, ex num.* 60. Surd. *de aliment. tit. 8. de priuileg. 92. nu.* 1. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 9. q. 17. nu.* 124. Cardoſ. *in praxi iudic. verb. Emphyteuſis, nu.* 21. Cald. Pereira *d. c. 13. num. 2. 8. & 11.*

δ *Vt omnem humanum*, &c.] Vide Nauarr. *de ſpol. cleric. §. 19. num.* 2.

*Patriar-*

*Patriarchæ Primates, & alij ſuperiores Prælati dent operam, vt recipiantur, & obſeruentur decreta Concilij ab ipſis, & à ſuis ſubditis, & negligentes ad Papam denuncientur, qui quidem Superiores curent, vt in omnibus locis, & præcipuè in Vniuerſitatibus ſanam doctrinam Doctores doceant, vt in text. & præcipuè quoad fidei profeſſionem emittendam.*

## CAPVT II.

1 *Concilium Trid. in omnibus ſuis dominijs recipi curauit Carolus V. Imper.*
2 *Philippus II. idem ſanciuit.*
3 *Rex Hiſpaniarum eſt defenſor Concil. Trid.*
4 *Vniuerſitates Canones & decreta Concilij Tridentini recipere debent.*
5 *Commentarij, annotationes, & gloſſæ edi non poſſunt ſuper Concil. Trident. ex Bulla Pij IV.*
6 *Conſtit. Pij IV. non loquitur de interpretationibus, quæ in ſcholis fiunt docendo.*
7 *Iura vbi diſponunt, non decet pro iuris declaratione ad Papam recurrere.*
8 *Tranſlationes ſacri Concilij Trid. prohibitæ.*

COgit temporum calamitas, & inualeſcentium hæreſum malitia, vt nihil ſit prætermittendum, quod ad populorum ædificationem, & Catholicæ fidei præſidium videatur poſſe pertinere. Pręcipit igitur ſancta Synodus Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & omnibus alijs, qui de iure, vel conſuetudine in Concilio prouinciali intereſſe debent, vt in ipſa prima Synodo prouinciali, poſt finem præſentis Concilij habenda, ea omnia & ſingula, quæ ab hac ſancta Synodo definita, & ſtatuta ſunt, palam recipiant, necnon veram obedientiam ſummo Romano Pontifici ſpondeant, & profiteantur, ſimulque hæreſes omnes, à ſacris Canonibus, & generalibus Concilijs, pręſertimque ab hac eadem Synodo damnatas, [a] publicè deteſtentur, & anathematizent. Idemque in poſterum quicumque in Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopoſque promouendi, in prima Synodo prouinciali, in qua ipſi interfuerint, omnino obſeruent. Quod ſi quis ex ſupradictis omnibus, quod abſit, renuerit, Epiſcopi comprouinciales ſtatim ſummum Romanum Pontificem admonere ſub pœna diuinæ indignationis teneantur, interimque ab eiuſdem communione abſtineant. Cæteri verò omnes, ſiue in præſenti, ſiue in futurum beneficia Eccleſiaſtica habituri, & qui in Synodo dięceſana conuenire debent, idem vt ſuprà, in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, faciant, & obſeruent: aliàs, ſecundùm formam ſacrorum Canonum puniantur. α *Ad hæc, omnes ij, ad quos Vniuerſitatum*, & ſtudiorum generalium cura, viſitatio, & reformatio pertinet, diligenter curent, vt ab eiſdem Vniuerſitatibus canones, & decreta huius ſanctæ Synodi integrè recipiantur, ad eorumque normam Magiſtri, Doctores, & alij in eiſdem Vniuerſitatibus ea, quæ [b] Catholicæ fidei ſunt, β *doceant, & interpretentur* ſeque ad hoc inſtitutum initio cuiuſlibet anni ſolemni iuramento obſtringant: ſed & ſi aliqua alia in prædictis Vniuerſitatibus correctione, & reformatione digna fuerint, ab eiſdem, ad quos ſpectat, pro religionis & diſciplinæ Eccleſiaſticæ augmento emendentur, & ſtatuantur. Quæ verò Vniuerſitates immediatè ſummi Romani Pontificis protectioni, & viſitationi ſunt ſubiectæ, has ſua Beatitudo per eius delegatos eadem, qua ſuprà, ratione, & prout ei vtilius viſum fuerit, ſalubriter viſitari & reformari curabit.

[a] Cap. ſicut & c. excommunicamus, in 2. de hæret. c. 2. in fin. de ſumma Trinit. cum ſim.

[b] Vide ſeſſ. 5. c. 1. de reformat.

1. IN executionem præſentis decreti Carolus V. Imperat. non ſolùm Hiſpaniæ, vbi regnabat, ſed Germaniæ, vbi imperabat, & omni Orbe recipi Concilium Tridentinum curauit, & in Auguſtano Conuentu omnes Principes ſe ſubmittunt illi, ex Laurent. Surio *in comment. de Carolo V. anno* 1547. *&* 1548. *fol. mihi* 436.

2. Philippus II. prædicti Caroli filius *die* 21. *Iulij* 1564. Regia mandata expediuit, vt in vniuerſo Regno cuſtodirentur decreta ſacri Concilij Tridentini, & Concilia Prouincialia conueniri curauit, iuxta eiuſdem Concilij in præſenti diſpoſitionem, vt illud reciperent, prout atteſtantur Herrera *in hiſtoria eiuſdem Philippi II. libro* 6. *capitul.* 1. *anno* 1564. Fr. Emman. *quæſtione regular. tom.* 2. *quæſt.* 63. *artic.* 19. Bobadil. *in ſua Politica lib.* 2. *c.* 18. *nu.* 194. Iacob. Valdeſ. *de dignitate Regum Regnorumque Hiſpanię, cap.* 22. *num.* 5.

3. Vnde Concilij Tridentini defenſorem, & tuitorem Regem noſtrum Hiſpaniarum appellant, ad quem pro defenſione contentorum in Tridentino recurſum legitimum interponi poſſe exiſtimant Soar. de Pace *in praxi tom.* 2. *prel. vlt.* Bobadil. *d. cap.* 18. *num.* 135. Flores de Mena *var. lib.* 1. *q.* 4. *num.* 35. cum alijs citatis infrà ad *cap.* 20. *num.* 15. *ſeſſ.* 25. *de reform.*

*Barboſ. Collect. in Concil. Trid.*

α *Ad hec omnes ij, ad quos Vniuerſitatum*. &c.] Quod etiam Pius IV. *in ſua Conſtitut.* incip. *In ſacroſancta, ſub dat. Idibus Nouembris* 1564. *in Bullario nouo in ord.* 114. obſeruari præcepit in ordinatione & promotione Doctorum, & per alios cuiuſlibet artis, & facultatis Profeſſores, refert Anton. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium eccleſ. exiſtent. libro primo, capitulo* 13, *numero ſecundo*, vbi *numero nono*, ſubdit ex eadem Pij IV. conſtitutione Magiſtros, & Doctores Vniuerſitatum, & ſtudiorum generalium teneri fidei profeſſionem facere in Rectorem, vel aliorum ſtudij ſuperiorum manibus, de quo etiam Aloyſ. Ricc. *dict. deciſ.* 84. *parte quarta*, & Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones* 24. *ex Iure antiquo deſumptas, & per Concilium Tridentinum innouatas in fine, in coronide pag.* 287. 4.

β *Doceant, & interpretentur.*] Pius IV. *in ſua conſtitut.* incip. *Benedictus, ſub dat. ſeptimo Kalend. Februarij* 1563. prohibuit ſub pœna excommunicationis, ne quiſquam vllos commentarios, annotationes, gloſſas, ſcholia, vllumve interpretationis genus ſuper Concilij Tridentini decretis quoquo modo ſine auctoritate Sedis 5.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Apoſtolicæ edere, aut quicquam quocunque nomine, etiam ſub prætextu maioris Decretorum corroborationis, aut executionis, aliove quæſito colore ſtatueret, de qua meminerunt Henriquez *in ſumma lib. 7. de Indulgent. capitul. 29. §. 4.* Soar. *tomo 5. de cenſuris, diſputatione 23. ſect. 3. numero 12.* Fr. Emmanuel *quæſtione regular. tomo 1. quæſtione 11. articulo 3.* Franc. Leo *in theſauro fori eccleſiaſt. parte 3. capitul. 9. numero 33.* Bonacina *de legib. diſputatione 1. quæſtione 1 puncto 8.* Fr. Ludouic. Miranda *in Manual. Prælator. tomo 2. quæſtione 26. artic. 11.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. libro 20. numero 53. in fine*, vbi dicit in
6. dicta Conſtit. non eſſe ſermonem de interpretationibus, quæ in ſcholis fiunt docendo, optime Homobon. de Bonis *de examine eccleſiaſtico tract. 11. cap. 12. quæſt. 27. reſol. 1. pag. 309.* vbi dicit illam conſtitutionem intelligendam eſſe de interpretatione hominis captioſa.

In caſu enim quo iura diſponunt non decere pro iu- 7.
ris declaratione ad Papam recurrere, reſpondit ſacra Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium pro dubijs Concil. Trid. præpoſitorum, prout idonei teſtes nobis ſunt, Nicol. Garc. *de benef. part. 3. cap. 2. num. 179. in 24. declarat.* & Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarre lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de reſident. numero 151. in fine.*

Tranſlationes, ſiue quæcunque verſiones ſacri Con- 8.
cilij Tridentini de lingua Latina in Gallicam continentur in prohibitione Bullæ Pij IV. ſuper confirmatione Concilij, Sel. *in ſelectis canonic. cap. 19. num. 51.* vbi refert deciſum *ſub die 2. Iunij 1629.*

---

*Excommunicationes non facilè decernantur, & concedantur, ſed ex grauioribus cauſis, & magna circumſpectione, vt ibi. Excommunicati ſi per annum non reſipiſcuntur, de hæreſi ſuſpecti teneantur.*

## CAPVT III.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Monitoria, quę fiunt ad finem reuelationis non ſunt concedenda, quando certæ ſunt perſonæ.*
3 *Prælati inferiores non poſſunt monitoria quæ fiunt ad finem reuelationis, concedere.*
4 *Monitoriales litterę, etiam lite pendente, abſque initio attentatorum concedi poſſunt ab Epiſcopo, niſi ſit inhibitus.*
5 *Vicarius generalis Epiſcopi ex officio poteſt excommunicationem, ſeu monitoriales litteras decernere.*
6 *Vicarius generalis à Capitulo Sede vacantè monitoria concedere poteſt.*
7 *Vicarius foraneus monitoria concedere non poteſt.*
8 *Legatus à latere, & Nuncius Apoſt. monitoria concedere poſſunt.*
9 *Prælati ordinarij etiam exempti, & immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiecti monitoria concedere poſſunt.*
10 *Prælati Regulares Conuentuales monitoria in ſubditos ſuos dirigere non poſſunt.*
11 *Teſtes laicos ad ferendum teſtimonium veritatis pro Curiæ Epiſcopalis informatione poteſt Epiſcopus citare ſub pœna pecuniaria, & in ſubſidium excommunicationis.*
12 *Reuelare tenentur ſcientes non obſtante affinitate, nec quòd veritas haberi aliter non poteſt vigore excommunicationis latę in litteris monitorialibus Apoſtolicis.*
13 *Cancellarius pro publicatione, aut monitione ſignificauit, non poteſt aliquid percipere.*
14 *Excommunicatus eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi debet, ſi in mortis articulo confeſſionem poſtulet.*
15 *Monitoria pro qualibet parua re decernenda non ſunt.*
16 *Monitoria ad finem reuelationis concedenda ſunt illi, cuius intereſt, & non alijs.*
17 *Monitoria abſque petentis intereſſe conceſſa ſunt reuocanda.*
18 *Monitoria in ſubſidium concedenda.*
19 *Cenſurarum remedium hodie eſt ſubſidiarium.*
20 *Excommunicatio in ſubſidium ferenda.*
21 *Concilium in præſenti non imponit formam, ſed tantùm tradit inſtructionem.*
22 *Declaratoria conceſſa diligentijs non premiſſis nulla non eſt, ſed iniuſta.*
23 *Excommunicandi moroſum in ſolutione penſionis quando datur facultas in litteris Apoſt. non tenetur executor in ferenda ſententia excommunicationis ſeruare formam huius decreti.*
24 *Epiſcopus debet pecuniarias pœnas ad pios vſus erogare.*
25 *Pœnæ pecuniariæ, quæ arbitrariæ fuerint, locis pijs ſunt ab Epiſcopo omninò applicandæ.*
26 *Pœnæ criminales diſtribuendæ locis pijs.*
27 *Pęnæ criminales non debent erogari pro fabricis Eccleſiæ cathedralis.*
28 *Epiſcopus propria ordinaria iuriſdictione cognoſcit cauſas etiam contra laicos per bonorum apprehenſionem, & perſonarum diſtrictionem.*
29 *Tuitiuę appellantes an prohibeantur per hoc decretum.*
30 *Recurſus ad iudices laicos prohibiti.*
31 *Salzed. hoc decretum interpretari fruſtra conatur.*
32 *Gaſpar Roderic.*
33 *Inſordeſcentia per annum in excommunicatione quando dicatur contracta.*
34 *Doctores de inſordeſcentibus per annum in excommunicatione agentes.*
35 *Clericus perſiſtens per annum in excommunicatione lata propter crimen, quod infert pęnam priuationis, eſt priuatus ipſo iure beneficijs.*
36 *Clericus perſiſtens per annum in excommunicatione pro cauſa merè ciuili, non eſt priuatus beneficijs, nec poteſt priuari per ſententiam.*
37 *Annus debet eſſe continuus vt dicatur contracta inſordeſcentia in excommunicatione.*
38 *Suſpectus de hæreſi reputatur perſiſtens per annũ in excommunicatione, tam ex cauſa criminali, quàm ex cauſa ciuili.*

Quamuis

QVamuis [a] excommunicationis gladius nerreus ſit Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ad continendos in officio populos valde ſalutaris: ſobriè tamen, magnaque circumſpectione exerendus eſt: cùm experientia doceat, ſi temerè, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quàm formidari: & perniciem potius parere, quàm ſalutem. Quapropter excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmiſſis, *α ad finem reuelationis*, vt aiunt, aut pro deperditis, ſeu ſubtractis rebus ferri ſolent, à nemine prorſus, *β præterquam ab Epiſcopo*, decernantur: & tunc non alias, quàm *γ ex re non vulgari*, cauſaque diligenter, [b] ac magna maturitate per Epiſcopum examinata, quæ eius animum moueat: *δ nec ad eas concedendas* cuiuſuis ſæcularis etiam Magiſtratus, auctoritate adducatur, ſed totum hoc in eius arbitrio, & conſcientia ſit poſitum: quando ipſe pro re, loco, perſona, aut tempore eas decernendas eſſe iudicauerit. *ε In cauſis verò iudicialibus* mandatur omnibus iudicibus Eccleſiaſticis, cuiuſcumque dignitatis exiſtant, vt quandocumque executio realis, vel perſonalis in qualibet parte iudicij propria auctoritate ab ipſis fieri poterit, abſtineant ſe tam in procedendo, quàm definiendo, à cenſuris Eccleſiaſticis, ſeu interdicto: *ζ ſed liceat eis, ſi expedire videbitur*, in cauſis ciuilibus, ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus, contra quoſcumque etiam laicos, *η per mulctas pecuniarias, quæ locis pijs*, ibi exiſtentibus eo ipſo, quòd exactæ fuerint, aſſignentur, ſeu per captionem pignorum, *θ perſonarumque diſtrictionem, per ſuos proprios*, aut alienos executores faciendam, ſiue etiam per priuationem beneficiorum, aliaque iuris remedia procedere, & cauſas definire. Quod ſi executio realis, vel perſonalis aduersùs reos hac ratione fieri non poterit, ſitque erga iudicem contumacia, [c] tunc eos etiam anathematis mucrone, arbitrio ſuo præter alias pœnas ferire poterit: in cauſis quoque criminalibus, vbi executio realis, vel perſonalis vt ſuprà fieri poterit, erit à cenſuris abſtinendum: ſed ſi dictæ executioni facilè locus eſſe non poſſit, licebit iudici hoc ſpirituali gladio in delinquentes vti, ſi tamen delicti qualitas, præcedente bina ſaltem monitione, etiam per edictum, id poſtulet. *ι Nefas autem ſit ſæculari* cuilibet magiſtratui prohibere Eccleſiaſtico iudici, ne quem excommunicet: aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet, ſub prætextu, quod contenta in præſenti decreto non ſint obſeruata, cùm non ad ſæculares, ſed ad Eccleſiaſticos hæc cognitio pertineat. [d] Excommunicatus verò quicumque ſi poſt legitimas monitiones non reſipuerit, non ſolùm ad Sacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur: ſed ſi *κ obdurato animo* cenſuris annexus, *λ in illis* * *per annum inſorduerit*, etiam contra eum, *μ tanquam de hæreſi ſuſpectum* procedi poſſit.

a Cap. dilecto, de ſent. excom. in 6. cap. multi, in princ. 2. q. 1. c. viſis, in fin. 16 q. 2. c. corripiatur, 26. q. 3.

b Cap. piſcopi. c. nemo Ep. ſcoporum, 1. & c. nullus Sacerdotum, 11. q. 3. c. ſact. de ſent. excom. Conc. Aurel. 4. c. 2.

c Cap. ſi qui deinceps, in fin. 17. q. 1.

d Cap. rogo, cum ſeqq. 11. q. 3. c. nullis, cum ſeq. cap. cum deſideres, & cap. ſi cõcubina. de ſent. excom.

1. DE excommunicationibus, quæ monitionibus præmiſſis ad finem reuelationis, aut pro deperditis, ſeu ſubtractis rebus fieri ſolent, latè agunt Quarant. *in ſum. Bullarij, verb. excommunicatio ad finem reuelationis*, Lazzar. *in ſpecial. tract. de monitor.* Sbroz. *de offic. vicar. part. 2. q.* 171. Gutter. *canon. lib. 1. c.* 11. Henriq. *in ſum. lib.* 12 *cap.* 18. Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. c.* 1. Campan *in diuerſ. iuris canon. rub.* 11. *c.* 15. *nu.* 88. *cum ſeqq.* Vgolin. *de poteſt. Epiſcop. c.* 45. *in princ.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. p.* 3. *c.* 7. *num.* 13. *cum ſeqq. in* 2. *edit. & in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. p.* 2. *deciſ.* 5. Franc. Leo *in theſauro fori eccleſiaſt. p.* 3. *c.* 7. *nu.* 13. *cum ſeqq.* Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *q.* 35 *art.* 12. Mari. Antonin. *variar. reſol. lib.* 1. *reſol. fin. caſu* 35. *cum ſeqq. & caſu* 75. Carraſco *in aliquas leges noua recop. c.* 4. *de cenſur. monit.* metipſum *de offic. & poteſtate Epiſcopi, p.* 3 *alleg.* 96 Bonacin. *variar. tract. diſp.* 6 *de onere, & obligatione denunciandi.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccleſ. cap.* 2. Theophil. Raynaud. *in tract. de monitorijs eccleſ.* Ioan. Machado *en el perfetto Confeſſor y Cura de Almas lib.* 1. *part.* 3. *tract.* 7. *docum.* 2.

2. *α Ad finem reuelationis*, &c.] Monitoria, quæ fiunt ad finem reuelationis pro rebus deperditis, ſeu ſubtractis, minimè eſſe concedenda, quando certæ ſunt perſonæ, reſoluunt Franc. Leo *d. c.* 7. *num.* 21. Giurba *Siciliæ deciſ.* 94. Baptiſta Coſta *de facti ſcientia, & ignorant. cent.* 2. *diſt.* 55. *nu.* 2. Lazzar. *de monitor. ſect.* 1. *q.* 10. *num.* 6. *& ſect.* 4. *q.* 1. *num.* 3. Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſolut.* 235. *n.* 1. Mart. *de iuriſdict. p.* 3. *c.* 5. *nu.* 1. Campan. *d. cap.* 15. *nu.* 113. Ego ipſe *d. alleg.* 96. *nu.* 25. Theophil. Raynaud. *d. tract. p.* 1. *cap.* 1. *quæſt.* 8. *in princ.*

3. *β Præterquam ab Epiſcopo*, &c.] Ergo non ab inferioribus Prælatis, Rot. *in Burgen. iuriſdictionis de Birbieſca* 11. *Februarij* 1594. *coram Card. Mantica*, inter eius impreſſas *deciſ.* 263. *num.* 5. ſi Epiſcopus huiuſmodi monitiones excommunicationum, quæ fiunt ad finem reuelationis, deneget, licitum eſſe parti appellare ad Metropolitanũ, quamuis reſideat in eius arbitrio illas concedere, vt per Quarant. *in ſum. Bullarij verb. Archiepiſcopi auctoritas, auctorit.* 19. *in fine*, quem refero Ego ipſe *d. alleg.* 96. *num.* 4.

4. Monitoriales litteras, etiam lite pendente, abſque vitio attentatorum concedi poſſe ab Epiſcopo, niſi ſit inhibitus, reſoluit Mari. Antonin. *d. lib.* 1. *reſol. vlt. caſu* 36. quem refero Ego ipſe *d. allegat.* 96. *num.* 5. *in fine.*

Vicarium Epiſcopi ex generali cõmiſſione huiuſmodi excommunicationem, ſeu monitoriales litteras decernere poſſe tuentur Frechil. *de excomm. p.* 2. *art.* 2. *n.* 5. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *c.* 79. *nu.* 1. Henriq. *in ſum. lib.* 13. *c.* 17. §. 4. Sbroz *de vicario Epiſcopi, lib.* 2. *q.* 171. *n.* 2. Gutter. *d. c.* 11. *nu.* 8. Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 1. *verb. Vicar.* §. 17. Suar. *to.* 5. *diſp.* 20. *ſect.* 1. *n.* 2. Sayr. *de cenſur. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 33. *verſ. primum eſt.* Auila *in ſimili tract. p.* 2. *c.* 20. *diſp.* 2. *dub.* 3. Curi. Philipp. *p.* 3. §. 2. *nu.* 29. Steph. Grat. *Marchiæ deciſ.* 97. *ex n.* 14. Iacob. Graff. *to.* 1. *conſ. ſub tit. de ſentent. excomm. conſ.* 6. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 29. *q.* 2. *n.* 16. Lazzar. *ſect.* 1. *q.* 6. *ex n.* 1. Franc. Leo *d. c.* 7. *n.* 17. Baptiſta Coſta *de facti ſcient. & ignorant. cent.* 2. *diſt.* 55. *n.* 1. *to.* 1. Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. deciſ.* 270. *in* 1. *edit. & reſol.* 235. *n.* 4. *in* 2. *edit.* Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *c.* 8. *n.* 94. 97. & 98. Narbon. *l.* 59. *gloſ.* 1. *nu.* 56. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop.* Ioan. Machado *en el perfetto Confeſſor y Cura de Almas lib.* 1. *p.* 3. *tract.* 7. *docum.* 2. *n.* 1. *in fin.* Ioan. Sanci. *in ſelect. diſp.* 50. *nu.* 23. vbi aduertit non ideo dixiſſe Concilium à ſolis Epiſcopis decerni poſſe huiuſmodi excommunicationes, quia intendat excludere Epiſcoporum Vicarios, ſed vt repellat omnes alios Prælatos Epiſcopis inferiores etiam nullius Diœceſis, qui huiuſmodi excommunicationes ante Concilium ferre conſueuerant. 5.

Contra Vgolin. *d. c.* 45. *in princ. verſ. ſecundò*, Camp. *d. c.* 15. *n.* 105. & Narb. *de appel. à Vicario ad Epiſcopum, p.* 1. *nu.* 205. quos ſecutus fui Ego ipſe *d. alleg.* 96. *n.* 6. Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. c.* 2. *n.* 4. Theophil. Raynaud. *d. p.* 1. *c.* 1. *quæſito* 10. *verſ. hæc cùm rata*, exiſtimantes Vicarium Epiſcopi non poſſe ex generali commiſſione huiuſmodi excommunicationes, ſeu monitoriales litteras decernere.

Vicarium generalem à Capitulo Sede vacãte eadem monitoria concedere poſſe tenent Pauin. *de poteſt. Capituli Sede vacante, q.* 1. *p.* 1. Sayr *de cenſur. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 33. Lazzar. *ſect.* 1. *q.* 7. Mart. *de iuriſdict. p.* 3. *c.* 4. *n.* 53. Franc. Leo *d. c.* 7. *n.* 18. Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 235. *n.* 5. Camp. *d. c.* 15. *nu.* 106. Marcel. Vulpe *d. c.* 2. *nu.* 6. Theophil. Raynaud. *d. p.* 1. *c.* 1. *q.* 10. Machado *d. docum.* 2. *num.* 6. *in fine*, Ioan. Sanci. *d. diſput.* 50. *num.* 23. Ego ipſe *d. allegat.* 96. *num.* 10. 6.

Vicarium foraneum huiuſmodi monitoria concedere non poſſe aſſerunt Lazzar. *ſect.* 2. *q.* 5. *num.* 9. Vgolin. *d. cap.* 45. *in princ. verſ. excipiuntur.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol.* 235. *in fine.* Poſſe tamen ei delegari ab Epiſcopo ſpecialiter, 7.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& expreſsè, & non niſi circumſpectis viris refert deciſum Galet. in margarita caſuum conſcient. verb. littera 2.

8. Legatum à latere, & Nuncium Apoſtolicum huiuſmodi monitoria concedere poſſe tradunt Lazzar. d. q. 5. Gutier. d. cap. 11. ex num. 5. Vgolin. loco proximè citato, Aloyſ. Ricc. d. praxi reſolut. 235. num. 2. Ego ipſe d. allegat. 96. num. 11. Raynaud. d. part. 1. cap. 1. quæſt. 10. in princ.

9. Prælatos ordinarios etiam exemptos Epiſcopo inferiores, & immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiectos, ac nullius diœceſis, non poſſe hæc monitoria dare, ſed oportere illorum ſubditos ipſam Sedem pro his excommunicationibus in forma Significauit, obtinendis adire, referunt deciſum Vgolin. dict. cap. 45. in princip. verſ. excipiuntur. Garc. dict. part. 5. cap. 8. num. 95. Franc. Leo in theſauro fori Eccleſ. part. 3. c. 17. num. 18. & 19. Campan. d. cap. 15. nu. 107. Marcel. Vulpe d. cap. 2. num. 5. Theophil. Raynaud. d. quæſito 10. verſ. itaque, dicit probabilem Machado d. lib. 1. part. 3. tract. 7. docum. 2. Ioan. Sanci. d. diſput. 50. num. 13. prope fin. Ego ipſe d. allegat. 96. num. 12.

10. Prælatos Regulares Conuentuales in ſubditos ſuos huiuſmodi monitoria dirigere non poſſe, reſoluit Fr. Emman. quæſt. regular. tom. 2. quæſt. 59. art. 4. quem refero Ego ipſe d. allegat. 96. num. 13. Fr. Ludouic. Miranda in man. Prælat. tom. 2. quæſt. 35. art. 12. Hieronym. Roderic. in compend. quæſt. regul. reſol. 62. num. 4.

Rota licèt olim facultatem haberet concedendi monitoria generalia cum pœna excommunicationis, quia Auditores ſunt Ordinarij in cauſis ſibi commiſſis, & ideo illa concedere poterant, cap. conſtitutus, de teſtibus. Nihilominus poſt Cõcilium Trident. non videtur competere talis facultas; nam in hoc decreto cautum eſt, vt huiuſmodi monitoria à ſolis Epiſcopis decernantur, ita ex Rota in vna Corduben. redecimarum coram Penna colligit Theodoſ. de Rubeis in ſingularib. Rotæ verb. monitorium §. 1. pag. 70. part. 2.

11. Teſtes laicos ad deferendum teſtimonium veritatis pro curiæ Epiſcopalis informatione, poteſt Epiſcopus ſub pœna pecuniaria, & in ſubſidium excommunicationis citare, vt per Aldan. in compend. canon. reſol. lib. 3. tit. 25. ☞ num. 10. vbi refert deciſum in Lucana 16. Martij 1630.

12. Reuelare tenentur ſcientes, ita vt non eximantur ab excommunicatione comminata in litteris monitorialibus Apoſtolicis, quando veritas haberi aliter non poteſt, nec attenditur excuſatio reſpectu affinitatis in hoc caſu. Sel. in ſelectis canon. cap. 10. num. 6. vbi atteſtatur ſic ☞ reſolutum in Fulginaten. 14. Decembris 1630.

13. Cancellarius pro publicatione, aut monitione Significauit, non poteſt aliquid percipere, vt per Aldan. d. tit. 25. num. 15.

14. Excommunicatus, ſi in mortis articulo dixit confeſſione, Madonna Sanctiſſima aiuta me, Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi debet, Sel. d. cap. 10. num. 20. vbi atteſtatur ita fuiſſe reſolutum per ſacram Congregat. Epiſcoporum in ☞ Nolana 19. Iulij 1619.

15. γ Ex re non vulgari.] Monitoria huiuſmodi pro qualibet parua re decernenda non eſſe reſoluunt Henriq. in ſumma lib. 1. cap. 31. §. 4. littera B. Aloyſ. Ricc. in d. praxi reſolut. 238. num. 1. Marc. Anton. Genuenſ. dicto cap. 1. num. 3. Vgolin. d. c. 45. §. 3. in princip. Ego ipſe d. allegat. 96. ex n. 26.

16. δ Nec ad eas concedendas, &c.] Hæc monitoria concedenda eſſe illi, cuius intereſt, & non alijs, obſeruant Marc. Anton. Genuenſ. d. cap. 1. num. 12. Aloyſ. Ricc. in d. praxi deciſ. 272. in 1. edit. aliàs reſolut. 326. in 2. edit. Lazzar. de monitor. ſect. 1. quæſt. 9. num. 3. & ſect. 4. quæſt. 1. num. 21. & ſeqq. Vgolin. dict. cap. 45. §. 1. in med. Ego ipſe dict. allegat. 96. num. 24.

17. Si verò abſque petentis intereſſe fuerint conceſſa, eſſe reuocanda tenent Franc. Leo d. cap. 7. num. 28. Lazzar. d. ſect. 1. quæſt. 9. quos refert, & ſequitur Aloyſ. Ricc. d. reſol. 236. num. 4.

18. ε In cauſis verò iudicialibus, &c.] Hæc monitoria in ſubſidium, id eſt, deficiente alia probatione, vel vbi executio perſonalis, aut realis fieri non poteſt, concedenda eſſe tenent Neuiſan. in ſylua nupt. lib. 3. in verb. monitorie, num. 48. Nauarr. in cap. inter verba corol. 66. 11. quæſt. 3. Lazzar. d. ſect. 1. quæſt. 15. num. 3. Mari. Antonin. var. reſolut. lib. 1. reſolut. vlt. caſu 75. verſ. tum quia ad excommunicationem Marc. Anton. Genuenſ. d. cap. 1. num. 4. Vgolin. d. cap. 45. §. 3. verſ. quare, Campan. d. cap. 15. num. 89. & 119. Sayr. in floribus deciſ. ſub tit. de cenſibus deciſ. 4. Aloyſ. Ricc. in deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapolitan. part. 1. deciſ. 219. vbi dicit monitoria poſſe impetrari contra teſtes pro ſcienda veritate pendente cauſa coram Iudice ſeculari, & maximè quando teſtes ignorantur, & num. 4. quòd monitoria non ſunt concedenda ſi ſint infamatoria alicuius particularis perſonæ, & num. 6. quòd monitoria non conceduntur ſi ſint criminoſa, contineant delictum alicuius, aut copia eſſet conſignanda Iudici laico, coram quo lis vertitur, & part. 4. deciſ. 301. Ego ipſe d. allegat. 96. num. 4. & me citato Homobon. de Bonis de examine Eccleſiaſtico, tract. 11. cap. 8. q. 19. ſuppoſ. 1. in princip.

Cenſurarum remedium hodie eſſe ſubſidiarium, ita 19. vt ſi duo in ſolidum obligentur in contractu, & contra alterum procedi poſſit realiter, ſeu perſonaliter, contra alterum verò non, tunc iſtum nõ poſſe excommunicari, refert Galet. in margarita caſuum conſcientiæ, verb. cenſura 2.

Excommunicationem ferendam eſſe in ſubſidium, & 20. priùs incipiendum ab exequutione reali, vel perſonali, reſoluit Marc. Anton. Genuenſ. in practicabilibus Eccleſiaſt. quæſt. 780. num. 3.

Hæc non eſſe de forma huiuſmodi monitorialium, 21. nec Concilium in præſenti imponere formam, ſed tantùm tradere inſtructionem, tenent Mari. Antonin. d. caſu 75. verſ. inſuper dicit, & Campan. d. cap. 15. num. 90. argum. text. in l. à D. Pio, §. in vendicatione, ff. de re iud. ſtatuentis modum obſeruandum in quauis executione, facienda, hanc pariter admittere interpretationem, vt exequutio aliter facta non ſubiaceat nullitati, reſoluunt plures citati per me d. allegat. 96. num. 39.

Vnde Nicol. Garc. in addit. ad ſuum tract. de benefic. p. ... 22. cap. 5. num. 587. in fine, ait declaratoriam conceſſam prædictis diligentijs prætermiſſis non eſſe nullam, ſed iniuſtam, quia Concil. in præſenti non annullat excommunicationem, ſine illis latam, ac proinde illam eſſe inualidam, & qui tali excommunicatione ligatus, exiſtit, indigere abſolutione.

Contra Franc. Leo d. part. 3. cap. 38. num. 22. Gutier. d. cap. 11. num. 39. Sayr. de cenſur. lib. 1. cap. 9. num. 33. Lazar. d. tract. de monit. ſect. 4. quæſt. 8. nu. 7. exiſtimantes Concilium in præſenti ſalutiferam in his monitorialibus formam præſcribere.

Quando verò in litteris Apoſtolicis datur facultas ex- 23. communicandi moroſum in ſolutione penſionis, non teneri executorem in ferenda ſententia excommunicationis ſeruare formam huius decreti, nec huiuſmodi facultatem cenſeri datam in ſubſidium, refert deciſum Nicol. Garc. de benefic. part. 1. cap. 5. num. 587. vbi tamen in ☞ addit. ſubdit quòd licèt in vna Illerden. penſionis 13. Nouembris 1593. coram Orano, Rota dixiſſet ſententiam Auditoris Cameræ latam contra reſignatarium ob non ſolutionem penſionis reſignanti reſeruatæ, fuiſſe nullam, ideoque reuocandam, quia non fuit in poteſtate Auditoris Cameræ per ſentẽtiam declarare eum incidiſſe in cenſuras comminatas in monitorio, ob nõ ſolutionem penſionis, niſi præmiſſis diligentijs requiſitis de faciendo executionem realem, vel perſonalem, iuxta diſpoſitionem huius decreti; hoc tamen aſſerit eſſe contra declarationem S. Congregat. & tenorem ipſarum litterarum penſionis, quod ego intelligendum eſſe cenſeo locum habere, quãdo Auditor. Cam. procederet tanquam executor in eiſdem litteris deputatus. At Rotæ deciſio loquitur, vbi procederet vigore obligationis cameralis, qua penſionarius ad penſionem ſoluendam obligatus exiſtit, in quibus terminis malè reprehenditur à Garcia.

ζ Sed liceat eis, ſi expedire videbitur, &c.] Circa intellectum horum verborum, vide Ludouic. Pegueram deciſ. 92. num. 25. Azeued. l. 14. num. 2. poſt med. tit. 3. lib. 4. nouæ Recop. Ioſeph. Ramon. conſil. 98. num. 3. Franç. Hieron. Leo Valent. deciſ. 154. num. 15. & 16. lib. 2. Gabr. Pereira Luſit. deciſ. 117. num. 10. Anguian. de legibus lib. 3. controuerſ. 30. num. 25. cum ſeqq. & num. 29.

η Per mulctas pecuniarias, quæ locis pijs, &c.] Epiſco- 24. pum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pum debere pecuniarias pœnas ad pios vſus erogare, ita quòd ipſas non poſſit conuertere, ne quidem in fabricam Eccleſiæ Cathedralis, aut mercedem Vicarij, vel aliorum officialium curiæ, referunt deciſum Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.2, cap.4. num.97. in princip.* Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb.Pœna 1.*

25. Pœnæ pecuniariæ, quæ arbitrariæ fuerint, locis pijs ſunt ab Epiſcopo omninò applicandæ, reliquas autem, quæ non fuerint arbitrarię, poteſt Epiſcopus ita demum ſibi ſumere, ſi ipſe egeat, dummodo non ſint mulctæ pecuniariæ, vel pœnæ non reſidentium, aut concubinariorum, quas omnes Concilium mandat locis pijs applicare, ita refert deciſum Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib.5.tit.1.num.8.*

26. Pęnæ criminales diſtribuendæ ſunt locis pijs ad arbitrium Epiſcopi, & in pari neceſſitate melius erit ſubuenire pauperibus loci, in quo habitat clericus condemnatus, vt per Aldan. *d.loc.num.9,* vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum per ſacram Congreg. Epiſcoporum *in Venuſina 21.Nouembris* 1600.

27. Et non debent erogari pro fabricis Eccleſiæ Cathedralis, vel reparatione domus Epiſcopalis, ex eod. Aldan. *num.11.citato loco,* vbi dicit ita deciſum per eandem S.Congregat. *in Auerſana 22.Ianuarij* 1591.

28. ꝗ *Perſonarumque diſtrictionem per ſuos proprios,*&c.] Epiſcopū propria ordinaria iuriſdictione cognoſcere cauſas etiam contra laicos per bonorum apprehenſionem, & perſonarum diſtrictionem, & ita poſſe familiam armatam tenere, per quam prædicta exequi valeat, tradunt Roland. *conſil.37 num.23.lib.4.* Surd. *deciſ.129. nu.11. & 12.* Gondiſalu. *de hæretic.quæſt.11.num.16.* Læli.Iordan. *in tract.de Rom.Sed.orig.part.2.cap.8.ex num.18.* Fuſc. *de viſitat. lib.2.cap.32.num.16.* Villadieg. *in tract.de irregular.quæſt.11. num.16.& 17.* Sbroz *de offic.Vicarij quæſt.191. num.1.* Penia *in direct. Inquiſ. part.3 lib.3.ſchol.114.* Franc.Molin. *de brachio ſeculari c.18* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.4 §.12.* Farin. *de hæreſi quæſt.182. num.90.in fine. verſ. ampliatur hoc idem,* Cardin.Tuſch. *pract concluſ.littera E.concluſ.253.* Matta *de iuriſdict. part.1. cap.51. num.10.* Mari.Antonin. *var.reſolut. lib.3.reſolut.14.num.1.2.& 3.* Bellet. *diſquiſit.clerical. part 1. tit. de fauore clericor. reali §.1. num.18.* Ioan. Franc.Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt.part... cap.9.num.24.* Ioan. Vincent. Anna *ſing.171.* Alex.Rauden. *Piſana deciſ.34.* Campan. *in diuerſ.iuris Canon.rubr.12.cap.13.num.87.& 88.* Alber. Oliua *in ritu Archiepiſcop Neapolitan.38.num.3.* Ego ipſe *de officio, & poteſt Epiſcopi part.3.alleg.107 num.1.*

29. ı *Nefas autem ſit ſeculari,* &c.] An per hoc decretum videantur prohibitæ tuitiuæ appellantes? Negant Bartholom. Humada *l.13 gloſſ.4.tit.13.part.2.* Viuald. *in Candel.aureo part.2.in explicat.Bullæ in Cœnæ Domini, caſu 16.ex num.114.* latè Azeued. *l.2.verſ.item, & decimo quartò tit.6. lib.1.nouæ recop.* me citato Ludouic. à Sarauia *de iuriſdict. Adiunctor.quæſt. 30,num.34.*

30. Circa abuſum illum recurrendi ad iudices laicos, ad hoc vt vim comprimant iudicum Eccleſiaſticorum, eoſque compellant ab ea inferenda ceſſare, latè dixi *in collect.ad cap.Eccleſiæ S.Mariæ,num.7.cum ſequentibus,de conſtit.* & plures Doctores, qui horum recurſuum iuſtitiam tueri nituntur, citaui *in collect. ad cap.Regum officium 2.quæſt.5. num.2.* quibus addo plures alios, quos refert Ludouic. à Sarauia *in tract.de iuriſdict. Adiunct.quæſt.30.ex num.1.*

31. Et mirum eſt videre, quomodo iſti Doctores ſe inuoluant in reſponſionibus, quas præſtant ad hoc Concilij decretum. In primis enim Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.102. littera A. verſ. parique ratione,* reſpondet vt procedat, quando ſeculares magiſtratus, tanquam iudices appellationis, veluti iuriſdictione ſpirituali vtentes, intenderent excommunicationem reuocare, aut temperare, ſecus autem, inquit ille, ſi ad tollendam vim ab Eccleſiaſticis iudicibus illam dicto remedio, & recurſu vterentur; ſed hanc aſſertam explicationem Concilij verba expreſſa adhorrent.

32. Vnde Gaſp. Roderic. *de annuis redditibus lib.1.cap.17. num.73. ad med.* reprobato Salzed. *citato loco,* exiſtimat, quod ea Concilij verba videntur pertinere ad violentiæ decreta, niſi dixeris, inquit ille, verba Concilij non comprehendere ſuprema Regia tribunalia, ſed magiſtratus dumtaxat, & iudices inferiores, quibus hæc cognitio per viam violentiæ iure non competit, ſed hoc eſt diuinare.

Peſſimè citati à Ceuall. *commun. contra commun. tom.4. quæſt.893.num.126.* intelligunt quando iudex ſecularis intendit cognoſcere principaliter, vel incidenter in caſu appellationis de ſententia lata Iudice Eccleſiaſtico; vel ſi potuit, vel non potuit Eccleſiaſticus cognoſcere, vel excommunicare, non autem quando ipſe cognoſcit per viam violentiæ.

Quidam putantes ſe nouum ſenſum illius decreti inueniſſe, arroganter aſſerūt illud generaliter loqui, vt nullus iudex de facto impediat, perturbet excommunicationem, non vt iudex appellationis, ſed quomodolibet impedire voluerit quocunque genere impedimenti, & perturbationis, ſiue occaſione iuriſdictionis, ſiue de facto mittendo ſaltem in meſſem alienam, aut iuriſdictionem Eccleſiaſticam vſurpando, & concludunt, quod cùm Concilium generaliter loquatur, nullo modo intelligitur, nec diſponit de huiuſmodi recurſu, quem ſpecialiſſimum iuris remedium vocant, & ſic quòd talis defenſionis facultas non comprehenditur ſub hoc decreto, auſi ſunt aſſerere Viuald. *in Candel.aureo, in explicat.Bullæ Cœnæ nu.109, & p.2. caſu 16.ex nu.114.* Humad. *l.13 gl.4. in verb. nin fuerça tit.13. p.2.* Bobadil. *in ſua Politica lib.2. cap.18. num.139. & cap.16. num.9.* Ceuall. *in Epiſtol.ad Regem num.94. & commun. contra commun. tom.4. quæſt.897. num.133.* Cened. *pract.& Canon.q.lib.1.q.45.num.2.*& præcipuè *ſub num.7. & ſub num.60.*

33. ĸ *Obdurato corde.*] Vt dicatur contracta inſordeſcentia per annum in excommunicatione ad effectum priuationis beneficiorum requiri perſeuerantiam, cum animi pertinacia, quę includat contemptum Clauium, probant *cap.bonæ, de ætat. & qualit. cap. cum contumacia, de hæret.in 6.* Rot. *in Oſcen. Archidiaconatus 16. Maij 1603. coram Illuſtriſſimo Cardin. Lancellotto,* impreſſa per Farin. *tom.2.conſil. deciſ.196.num.5. & in ead.4. Maij 1607 coram Cardin. Pamphilio,* apud Farin. *deciſ.132. num.7. part 1.recent.* quas refert Ricciul. *d.lib.4.cap.8. num.3.* vbi *num.4.* infert, quòd ad effectum docendi de inſordeſcentia, opus eſt docere in primis excommunicatum habuiſſe notitiam excommunicationis, & *num.5.* ſubdit, quòd is, qui intra annum inſtitit pro abſolutione, non poteſt dici, quòd perſeuerauerit in excommunicatione per annum, & *num.9.* reſoluit non poſſe dici perſeueraſſe in excommunicatione, & conſequenter contraxiſſe inſordeſcentiam, qui fecit diligentias pro obtinenda abſolutione, & obtinere non potuit.

34. λ *In illis per annum inſorduerit,* &c.] De inſordeſcentibus per annum in excommunicatione, vide Duen. *reg. 53 verſ. amplia quartò,* Couar. *in cap. alma mater part.1. §.7. ex num.10.* Simanch. *de Cathol. inſtit.cap.14. ex num.2. & cap.27. num.4.* Fuſc. *de viſitat. lib.1.cap.29. num.2.* Marant. *de ordinar.iudic. part.6.cap. de contumacia num.35.* Rebuff. *in repetit. cap. poſtulaſti, de cleric. excommun. miniſt. num.108. cum ſequentibus, & in praxi benefic. tit. Declaratio nouæ prouiſ.verb. Teque abſoluentes, num.10.* Perez *l.1.verſ. & excommunicatus perſiſtens, tit.5. l.9. in gloſſ. verb. eſtuuiere deſcomulgado tit.19. lib.8. Ordinam.* Azeued. *l.14.num.14. tit.1.lib.4. nouæ recopil.* Humada *l.32. gloſſ.2. à princip.tit. 19. part.1.* Menoch. *de arbitrar. caſu 416.* Salzed. ad Bernard. *in practic.cap.116.* Zerol. *in praxi Epiſcop.part.1.verb. Clericus,pag.mihi 78. ad fin.* Fr.Emman. *quæſt.regul.tom.2.q. 103. art.3. in fine,* Seraphin. *deciſ.1285.* Gonzal. *ad reg.8. Cancell.gloſſ.15. num.103. cum ſequentibus.* Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ. cap.119. num.2. cum ſequentibus.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. Eccleſiaſt.quæſt.712.* latè Anton. Ricciul. *de iure perſonarum extra grem. Eccleſię exiſtentium, lib.4. cap.7. & 8.* Parlad. *differ.9. §.2. num.5.* vbi ait quòd contra eum, qui per annum in excommunicatione inſorduerit tanquam ſuſpectum de hęreſi procedi ab Eccleſiaſtico iudice poſſe, Alex. Trentacinq. *tom.2. conſil.51.*

35. Clericum perſiſtentem contumaciter per annum in excommunicatione lata propter crimen, quod infert

pœnam

pœnam priuationis, eſſe priuatum ipſo iure beneficijs, tenent Rebuff. *in d. cap. poſtulaſti, num.* 247. Couarr. *in d. cap. alma mater, part.* 1. §.7 *ſub num.* 10. Seraphin. *deciſion.* 1285. *ſub num.* 1. Ricciul. *d. cap.* 7. *num.* 3.

36. Pro cauſa verò merè ciuili, nempe ob non ſolutionem penſionis, vel ex alia ſimili cauſa, perſiſtentem per annum in excommunicatione nec eſſe priuatum ipſo iure, nec poſſe priuari per ſententiam, tradunt Rebuff. *in dict. cap. poſtulaſti, ante num.* 243. Seraphin. *d. deciſ.* 1285. *in fine*. Gonzal. *d. gloſſ.* 15. *ex num.* 103. Stephan. Gratian. *citato loco*, Ricciul. *d. cap* 7. *num.* 14.

Contra Boſch. Codech. *in repet. cap.* 1. *num.* 12. *de iudic.* & Menoch. *d. caſu* 416. *num.* 52. & 53. exiſtimantes poſſe priuari per ſententiam.

37. * *Per annum,*] Continuum ſcilicet, nec ſufficere, ſi quis ſteterit ſemel per ſex menſes in excommunicatione, & deinde obtenta abſolutione cum reincidentia poſt abſolutionem ſteterit per alios ſex menſes, tenent Nauarr, *conſil.* 7. *num.* 3. *de hæret.* Menoch. *de arbitr. caſu* 416. *numer.* 55. Rebuff. *in d. cap. poſtulaſti num.* 252. Seraphin. *dict. deciſ.* 1285. *num.* 5. Rot. *in d. Oſcen. coram Illuſtriſſimo Lancellotto Ricciul. d. cap.* 8. *num.* 1.

38. μ *Tanquam de hæreſi ſuſpectum.*] Comprehendere excommunicatum, tam ex cauſa criminali, quàm ex cauſa ciuili, cum paulo ſupra ſtatuerit ob vtramque poſſe excommunicari, reſoluit Menoch. *de arbitr. caſu* 416. *nu.* 54. Quando agitur cõtra inſordeſcentem, vti ſuſpectum de hæreſi faciendum eſſe proceſſum ab Inquiſitoribus ſuper hæretica prauitate deputatis, & debere citari ad ſe purgandum iuxta formam traditam *in d. c. cum cõtumacia*, reſoluunt Seraph. *d. deciſ.* 1285. *n* 3. & 4. Ricciul. *d. c.* 8. *n.* 11. & 13. vbi etiam *eod. num.* 11. cum Mareſcott. *var. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 61. ſubdit ad effectum priuationis in cauſa quæ illam meretur, ſatis eſſe, quod in excommunicatione inſorduerit, & non eſſe neceſſariam aliam citationem. Sed optimè ex Rotæ deciſionibus Theodoſ. Rubeus *in ſingular. Rota tom.* 2. *part* 3. *ſub verb. Menochius* §. 1. *pag.* 202. ſic diſtinguit. Aut excommunicatio lata fuit propter crimen quod ipſo iure priuat clericum beneficio, & tunc per inſordeſcentiam habetur pro confeſſo, & cenſetur ipſo iure priuatus. Aut excommunicatio lata fuit ob crimen propter quod non eſt priuatus beneficijs ipſo iure, ſed venit per ſententiam priuandus, & tunc poterit poſt contractam inſordeſcentiam priuari. Aut crimen eſt tale propter quod nullo modo poteſt imponi pœna priuationis, putà ob debitum ciuile penſionis, & tunc nunquam ob inſordeſcentiam imponetur pœna priuationis, ſed alia arbitraria.

---

*Epiſcopi, & alij Prælati, & ſuperiores Eccleſiarum curent in ſuis Eccleſiis, vt Miſſæ celebrentur, aut ſaltem commemorationes pro defunctis, qui legata fecerunt, pro illorum anima fiant, eo meliori modo, quo ipſis videbitur, prouidentes, ne defunctorum animæ ſuis defraudentur ſuffragijs.*

## CAPVT IV.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Epiſcopus poteſt ex hoc decreto reducere numerum anniuerſariorum, & officiorum pro defunctis.*
3 *Miſſarum & anniuerſariorum numerum quæ præſcribuntur etiam in donationibus, & alijs actibus inter viuos reducere poteſt Epiſcopus.*
4 *Anniuerſaria in totidem Miſſas commutare poteſt Epiſcopus.*
5 *Miſſarum numerus moderandus iuxta vires legati.*
6 *Teſtator ſi reliquit centum aureos pro centũ Miſſis celebrandis in tali Eccleſia pro anima ſua, ſi augeatur eleemoſyna præſtanda Sacerdotibus tenetur hæres data capacitate hæreditatis ſupplere mercedem.*
7 *Miſſas in fundatione Eccleſiæ, ſeu capellis erectis in titulum non poteſt reducere Epiſcopus.*
8 *Miſſas reducere non poteſt Epiſcopus in beneficijs requirentibus in ſui fundatione certum numerum Miſſarum.*
9 *Prælati non poſſunt diminuere Miſſas particulares votiuas, vel pro defunctis, niſi habeatur conſenſus eorum, quibus illæ debentur.*
10 *Epiſcopus habet facultatem in hoc decreto ſibi tributam iuſta interueniente cauſa.*
11 *Onera Miſſarum ante Concilium impoſita, non verò poſt illud ſunt reducenda.*
12 *Miſſarum numerum non poteſt Epiſcopus abſque Synodi conſenſu commutare, vel moderare.*
13 *Commemoratio defunctorum piè teſtantium facienda eſt in numero Miſſarum, ſeu anniuerſariorum, qui ex reductione remanet.*
14 *S. D. N. Vrbanus VIII.*
15 *Epiſcopi in diœceſana Synodo, & Generales in Capitulis generalibus iam non poſſunt reducere onera Miſſarum.*
16 *Pecunia locis pijs, ac eorum perſonis relicta onere perpetuo Miſſarum celebrandarum penes ædem ſacram, vel perſonam, &c. deponenda.*
17 *Miſſarum perpetua cura non ſuſcipienda ſine certarum perſonarum licentia in ſcriptis, &c.*
18 *Sedes Apoſtol. eſt adeunda pro reductione oneris in legato tenui impoſiti.*
19 *Beneficiatus ſi tenetur quotidie celebrare, & beneficij redditus non ſint pro illius victu ſufficientes, datur ſupplicatio in dataria.*
20 *Capellanus ad nutum amouibilis cum obligatione vnius Miſſæ qualibet hebdomada poteſt demandare celebrationem dictarum Miſſarum alteri cum eleemoſyna conſueta.*
21 *Capella eſt erigenda ſecundùm teſtatoris voluntatem in loco Eccleſiæ, & non in alio.*

CONtingit ſæpe in quibuſdam Eccleſijs vel tam magnum Miſſarum celebrandarum numerum α *ex varijs defunctorum* relictis impoſitum eſſe, vt illis pro ſingulis diebus, à teſtatoribus præſcriptis, nequeat ſatisfieri, vel eleemoſynam huiuſmodi pro illis celebrandis adeò tenuem eſſe, vt non facilè inueniatur, qui velit huic ſe muneri ſubijcere, vnde depereunt piæ teſtantium voluntates, & eorum conſcientias, ad quos prædicta ſpectant, onerandi occaſio datur. Sancta Synodus, cupiens hæc ad pios vſus relicta, quo plenius, & vtilius poteſt, impleri, β *facultatem dat Epiſcopis*, γ *vt in Synodo diœceſana* itemque Abbatibus, & Generalibus Ordinum, vt in ſuis Capitulis Generalibus, re diligenter perſpecta, poi-

cta, poſſint pro ſua conſcientia in prædictis Eccleſijs quas hac prouiſione indigere cognouerint [a] ſtatuere circa hæc, quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Eccleſiarum vtilitatem viderint expedire, ita tamen, [ꝺ] *vt eorum ſemper defunctorum commemoratio fiat*, qui pro ſuarum animarum ſalute legata ea ad pios vſus reliquerunt.

[a] Supra ſeſſ. 22. de refor. cap. 6.

1. VIde Concil. Brach. IV. *act. 4. cap. 26. in fine*, Henriq. *in ſumm. lib. 9. cap. 22.* §. 6. Fr. Emman. *in ſumm. part. 1. cap. 252. num. 13. & q. regular. tom. 1. quæſt. 43. art. 13.* Seraph. *deciſ. 611.* Quarant. *in ſumm. Bullarij verb. Miſſa, verſ. poſſe.* Azor. *inſtitut. moral. part. 1. lib. 12. cap. 18. quæſt. 61.* Zerol. *in praxi Epiſcopi part. 1. verb. Miſſa* §. 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 23. num. 239.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 404. in 1. edit.* aliàs *reſolut. 541. in 2. edition. & in deciſ. Curiæ Archiep. Neapolitan. deciſ. 25. part. 4.* Bonacin. *de Sacrament. diſput. 4. quæſt. vltim. puncto 7. §. 2. num. 9.* Nald. *verb. Miſſa, num. 18.* Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis tract. 3. cap. 16. num 29. & 30.* Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. quæſt. 41. artic. 24.* Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap. 5. num. 365, cum multis ſeqq.* Vgolin. *de officio Epiſcopi part. 2. cap. 61.* Fraxinel. *de obligation. Sacerd. ſect. 7.* Nouar. *lib. 1. quæſt. forenſ. quæſt. 107.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. tract. 4. quæſt. 129. & tract. 11. cap. 9 quæſt. 21. in fine*, Nald. *in ſumm. verb. Miſſa num. 8.* Antonin. Diana *moral. reſolut. part. 1 tract. 14. reſol. 1. cum ſeqq.* Lezana *in ſumm. quæſt. Regular. p. 1. cap. 11. num 6.* Alphonſ. de Leone *de offic. Capellani quæſt. 5. ſect. 20. num. 305. cum multis ſeqq.* Torreblanca *in practicab. Iuris ſpirit. lib. 3. cap. 9. num. 73. cum ſeqq.* nouiſſimè Barthol. à S. Fauſto *in tract. de ſuffragijs lib. 1. quæſt. 76. cum ſeqq.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcop. p. 2. alleg. 29.*

2. *a Ex varijs defunctorum relictis.*] Poſſe Epiſcopum ex hoc decreto reducere numerum anniuerſariorum, & officiorum pro defunctis, referunt deciſum Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. Miſſa, pag. 291.* aliàs 402, Galet. *in Margarita caſuum conſcient. verb. Miſſa 4.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 3. num. 15. in fine*, Aloyſ. Ricc. *d. reſol 341. num. 2.* Monet. *de commut. vltim. volunt. cap 5. num. 367.* Ego ipſe *d. alleg. 29. num. 4.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. cap. 1. num. 131.*

3. Epiſcopum poſſe reducere numerum Miſſarum & anniuerſariorum non modò quæ præſcribuntur in teſtamẽtis, & alijs ſimilibus diſpoſitionibus cauſa mortis, ſed etiam quæ in donationibus, & alijs actibus inter viuos, reſoluit Moneta *d. c. 5. num. 368.* Ego ipſe *d. alleg. 29. num. 9.*

4. Anniuerſaria in totidem Miſſas commutare poſse Epiſcopum ex facultate illi à Concilio in præſenti attributa, tradunt Vgolin. *de offic. Epiſcopi c. 61. num. 1.* Monet. *d. c. 5. num. 370. & ſeq.*

5. Miſſarum numerum moderandum eſſe iuxta vires legati ſi pro ipſis celebrãdis adeò tenuis eleemoſyna relicta ſit, vt non facilè inueniatur, qui velit ſe huic muneri ſubijcere, refert deciſum Aloyſ. Ricc. *d. reſol. 341. ex nu. 2.* vbi pariter reſolutum aſſerit debere Epiſcopum in huiuſmodi reductione Capituli cõſilium requirere, quamuis ſequi illud nõ teneatur, refero Ego ipſe *d. alleg. 29. n. 6.*

6. Aduertit Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. q. 179.* quòd quando teſtator reliquit centum aureos pro centum Miſſis celebrandis in tali Eccleſia pro anima ſua, ſi augeatur eleemoſyna præſtanda Sacerdotibus, tenetur hæres data capacitate hæreditatis ſupplere mercedem, quia teſtator non reliquit pecuniam ſimpliciter pro eleemoſyna ſoluenda ſine onere Miſſarum, ſed pro Miſſis celebrandis pro anima ſua eo tempore, quo præſtabatur minor merces, nam ſi prænidiſſet augmentum, non vtiq; diminueret numerum Miſſarũ, cùm hæreditas totum reddere poſſet, refero Ego ipſe *d. all. 29. n. 7.* Aloyſ. Ricc. *in praxi p. 3. reſol. 364. n. 3.* Diana *p. 1. tract. 14. reſol. 17.*

7. Miſſas in fundatione Eccleſiæ, ſeu capellis erectis in titulum reducere, & ad minorem numerum reuocare non poſſe Epiſcopum, referunt deciſum Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. ..., cap. 3. num. 31.* Diana *reſol. moral. p. 1. tract. de celebrat. Miſſar. reſol. 1.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. c. 1. num. 131.* Miranda *d. art. 24. concl. vnic. in fine*, Aloyſ. Ricc. *d. reſol. 341. ex n. 4.* Monet. *d. c. 5. n. 376.* Ego ipſe *d. alleg. 29. nu. 12.* Ragun. *in vaſe Eccleſ. diſciplinæ tit. de Epiſcopo q. 6. nu. 86.*

8. In beneficijs requirentibus in ſui fundatione certum numerum Miſſarum non poſſe Epiſcopum ex vi huius decreti Miſſas reducere ad minorem numerum, referunt deciſum Galet. *in d. margarita, verb. beneficium, pag. 24. colum. 2. & verb. Miſſa vltim.* Bonacin. *d. §. .. num. 10.* Nald. *verb. Miſſa, num. 18.* Poſſeuin. *de officio Curati cap. 2. num. 25. quæſt. 9.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. cap. 9. num 75.* poſt Mirandam Bartholom. à S. Fauſto *in tract. de ſuffragijs lib. 1. quæſt. 77.*

9. Prælatos non poſſe diminuere Miſſas particulares votiuas, vel pro defunctis, quæ iuſtis ſtipendijs ſigillatim à particularibus perſonis petuntur, niſi conſenſus eorum, quibus illæ debentur, habeatur, quod rarò, vel nunquam accidere poteſt, reſoluunt Nauarr. *conſil. 9. nu. 9. & conſil. 11. nu. 1. de celebr. Miſſar.* Fraxinel. *de oblig. ſacerdot. ſect. 7. in remed. §. 5. num. 3.* Ego ipſe *d. allegat. 29. num. 11.*

10. *ß Facultatem dat Epiſcopis*, &c.] Iuſta ſcilicet interueniente cauſa, vt aſſerunt Fr. Emman. *d. c. 252. ad finem*, aliàs *cap. 251. concluſ. 13.* Nauarr. *d. conſil. 9. n. 9.* Molin. *de iuſtit. tract. 2. diſput. 249.* Bonacin. *d. §. 2. num. 12.* Fraxinel. *d. §. 5. nu. 1.* vbi *in verſ. tum quia tractatur*, ſubdit iuſtam cauſam eſſe ſi curſu temporis clericorum, aut Religioſorum numerus eſt diminutus, aut Eccleſiæ, vel monaſterij redditus extenuantur, vel impenſæ maiores fiunt, & cætera huiuſmodi, refero Ego ipſe *d. allegat. 29. n. 2.* & me nõ citato tranſcripſit Aloyſ. Ricc. *d. Neapol. deciſ. 25. n. 3. part. 4.*

11. Hanc Epiſcoporum, & Prælatorum Ordinum facultatem intelligendam eſſe de oneribus Miſſarum ante Cõcil. Trident. impoſitis, referunt deciſum Hieron. à Sorbo *in annot. ad compend. priuil. Regul. verb. Miſſa 3.* Confett. *in ſumm. priuil. Ordinum Mendicant. tit. 19. de diuinis offic. & Miſſarum celebr. c. 3.* Gaſp. Paſſarel. *de remed. Miſſar. cap. 60.* Fr. Emman. *q. Regul. tom. 1. quæſt. 43. art. 13.* Miranda *d. concl. vnic.* Fraxinel. *d. §. 5. n. 2.* Aloyſ. Ricc. *d. Neap. deciſ. 25. n. 3. in fin. p. 4.* Diana *d. tract. de celebr. Miſſ. reſol. 2.* Barthol. à S. Fauſto *in tract. de ſuffragijs lib. 1. q. 78.* Ego ipſe *d. alleg. 29. nu. 5.*

12. *γ Vt in Synodo diœceſana.*] Epiſcopum non poſſe abſque Synodi conſenſu commutare, & moderare Miſſarum numerum, tenent Nauarr. *in man. cap. 25. num. 138.* Henriq. *lib. 9. cap. 22. ſub §. 6.* Bonacin. *d. §. 2. num. 9.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moral. tom. 1. tract. 3. cap. 37. num. 29.*

Contra Fr. Lodouic. Miranda *d. q. 41. art. 12. concl. vnica*, Perez de Lara *de anniuerſ. & capellan. lib. 1. cap. 14. num. 9.* Monet. *d. c. 5. num. 372.* exiſtimantes poſſe Epiſcopos abſque conſenſu Congregationis ſynodalis temperare onera dicendi plures Miſſas in beneficijs ſiue Capellanijs ſibi ſubiectis, quorum opinionem non immeritò ſequutus ſui *d. alleg. 29. num. 12.*

13. *ꝺ Vt eorum ſemper defunctorum cõmemoratio fiat.*] In huiuſmodi numero Miſſarum, ſeu anniuerſariorum, qui ex reductione remanet, facienda ſemper eſſe commemorationem eorum defunctorum, qui pro ſuarum animarum ſalute legata illa ad pios vſus reliquerunt, aſſerit Monet. *d. cap. 5. num. 375.* vbi *num. 376.* cum Vgolin. *d. cap. 61. num. 1.* ſubdit dictæ commemorationi ſatisfieri poſſe vel in Memento, vel in collectis.

14. Nouiſſimè ſacra Congregat. Illuſtriſſimorum Cardin. Concilij Trident. interpretum in decretis *de celebrat. Miſſar.* publicatis, & in typographia R. Cam. Apoſtol. impreſſis de anno 1625. S. D. N. Vrbani VIII. auctoritate ſibi ſpecialiter attributa decreuit, ac primò *diſtrictè prohibet ac interdicit ne Epiſcopi in diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quomodolibet reducant onera illa Miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis, ſed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apoſtolicam Sedem recurratur, quæ re diligenter perſpecta id ſtatuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur, alioquin reductiones, vel moderationes, & commutationes huiuſmodi, ſi quas contra huius prohibitionis formam fieri cõtigerit, omnino nullas atque inanes decernit.*

*Præterea ne in Eccleſijs, in quibus onera Miſſarum in perpetuum*

*tuum*

*nuum impoſita ſunt, Sacerdotes in eis, vt par eſt, adimplendis eo tepidiores, & ſegniores reddantur, quòd onera huiuſmodi cùm nulla, aut parua ſint vtilitate coniuncta ſtatuit, atque decernit vt pecunia, ac bona mobilia Eccleſiis, Capitulis, Collegijs hoſpitalibus, Societatibus, congregationibus, monaſterijs, Conuentibus, ac locis omnibus tam ſecularibus, quàm Regularibus, atque illorum perſonis in futurum ſimpliciter acquirendarum onere perpetuo Miſſarum celebrandarum ab ijs, ad quos pertinet ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto incurrenda à die realis acquiſitionis ſtatim deponi debeant penes eadem ſacram, vel perſonam fide, & facultatibus idoneam ad effectum illa, ſeu illorum pretium quamprimum inueſtiendi in bonis immobilibus fructiferis, cum expreſſa, & indiuidua mentione oneris, quod illis annexum reperitur, ac ſi eadem bona immobilia auctoritate Apoſtolica deinceps alienari contigerit, eorumdem pretium ſub eadem pœna, vt ſuprà, deponi, ac in alijs bonis ſtabilibus itidem fructiferis cum eiuſdem oneris repetitione atque annexione conuerti debeat.*

17. *Ad hæc ſacra Congregatio quibuſuis Capitulis, Collegijs, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus & ſingulis Eccleſiarum, locorum, tam ſecularium, quàm Regularium ſuperioribus, vel alijs ad quos pertinet, diſtrictè prohibet ne in poſterum onera perpetua ſuſcipiant Miſſarum celebrandarum, ſeculares quidē ſine Epiſcopi, vel eius generalis Vicarij, Regulares verò ſine Generalis, vel Prouincialis conſenſu, & licentia, in ſcriptis, & gratis concedenda: alioquin ſecularis, ſi huiuſmodi prohibitionis tranſgreſſor extiterit, ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus ſit eo ipſo, Regularis verò pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vociſque actiuæ & paſſiuæ abſque vlla declaratione incurrat. Eleemoſynas verò manuales, & quotidianas pro Miſſis celebrandis ita demum ijdem accipere poſſint, ſi oneribus antea impoſitis ita ſatisfecerint, vt noua quoque onera ſuſcipere valeant, alioquin omnino abſtineant ab huiuſmodi eleemoſynis etiam ſponte oblatis in futurum recipiendis, & capſulas auferant ab Eccleſiis, cum ſcriptione illa: Eleemoſyna pro Miſſis, vel alia ſimili, ſub eiſdem pœnis ipſo facto incurrendis ne fideles hac ratione fruſtrentur. Epiſcopus verò, ſeu eius Vicarius, aut Generalis, ſeu Prouincialis, vbi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requiſiti, in ſingulis caſibus diligenter inquirant de ſingulis Miſſarum celebrandarum obligationibus, cuique Eccleſiæ, monaſterio, aut loco pio incumbentibus, ne ante aſſenſum huiuſmodi, aut licentiam præbeant, quam eis legitimè conſtiterit, illius Sacerdotes tam nouo oneri ſuſcipiendo, quàm antiquis iam ſuſceptis ſatisfacere poſſe, præcipuamque rationem habeant vt redditus, qui Eccleſiis, aut locis pijs relinquuntur, omnino reſpondeant oneribus adiunctis ſecundùm morem cuiuſque ciuitatis, intelligantque ſi in re tanti momenti deſides, aut negligentes fuerint, in nouiſſimo die ſe huius prætermiſſi muneris rationem eſſe reddituros.* Hactenus ſacra Congregatio cum ampliſſima derogatione, &c. quam ad litteram refert Barthol. à S. Fauſto *in tract. de ſuffrag. poſt quæſt. 91.*

18. Super quibus eadem S. Congregat. S. N. D. Vrbano Papa VIII. approbante, aliquot edidit declarationes, quas originales & in typographia R. Cameræ Apoſtolicæ impreſſas vidi de anno 1626. & quoad hanc partem declarauit etiam ſtante legato adeò tenui pro reductione oneris, vt ſuprà, impoſiti ab ijs ad quos pertinet, Sedem Apoſtolicam eſſe adeundam, quæ abſque vlla impenſa id ſtatuet, quod magis in Domino conueniens eſſe iudicauerit. Veruntamen ſi in ipſa beneficij erectione expreſsè cautum fuerit, vt liceat Epiſcopo iniunctum onus reducere, ac moderari legem hanc fundationis, quam decreta hac de re edita non ſuſtulerunt, eſſe validam, & obſeruandam. Deinde declarauit pœnam interdicti, & alias ſuprà in decreto appoſitas non comprehendere, niſi ſuſcipientes quamuis priuatos Sacerdotes onera perpetua Miſſarum celebrandarum ſine licentia Epiſcopi, vel eius generalis Vicarij, aut Generalis, vel Prouincialis.

19. Vnde Beneficiatus ſi tenetur quotidie celebrare, & beneficij redditus non ſint pro illius victu ſufficientes, datur ſupplicatio in dataria pro moderatione, vt per Aldan. *in compend. canonic. reſol. lib. 3. tit. 25. n. 8.* vbi refert deciſum *in nullius celebrationis Miſſarum 13. Iulij* 1630.

20. Capellanus ad nutum amouibilis cum obligatione vnius Miſſę qualibet hebdomada cum ſtipendio legato, & confirmato de octo annis in octo annos, poteſt demandare celebrationem dictarum Miſſarum alteri cū eleemoſyna conſueta iuxta morē regionis, retenta ſibi parte dicti ſtipendij debiti Capellano, ex Aldan. *d. tit. 25. num. 9.* vbi dicit reſolutum *in Fanen. 7. Septembris* 1630.

21. Teſtator ſi mandet in teſtamento erigi capellā in tali loco Eccleſiæ, eamque dotauit cum onere Miſſarum, & reſeruatione iuriſpatronatus, Ordinarius autē ſub prætextu, quòd capella non poſſit conſtrui in illo loco cum conſenſu patroni, & Capellani à teſtatore nominati, capellaniam erexit ad Altare maius, & ſtatim ſic erectam cōmutauit & erexit in titulū Canonicatus eiuſdē Eccleſiæ collegiatę, cōferens illius dotē in maſſam Canonicorum, & ſic talis commutatio eſt nulla, vt per Aldan. *d. tit. 25. num.* 10. vbi ait deciſum *in Aretina 17. Februarij* 1629.

## *Beneficia conſtituta ad aliquod munus, conferantur perſonis idoneis, nec in collatione derogetur oneribus, vel muneribus iam conſtitutis quoquo modo, ſed omni diligentia obſeruetur.*

## CAPVT V.

1 *Beneficia deuoluuntur cum ſuo onere, & qualitate.*
2 *Fundationi ſtatuenti vt minor etiam 14. annorum beneficium adipiſci valeat, ſtandum eſt.*
3 *Diſpenſare poſt Concil. Trid. non poteſt Epiſcopus etiam de conſenſu patronorum cum minore 25. annorum ad capellam ſimplicem obtinendam, ad quam ex fundatione eſt præſentandus Sacerdos.*
4 *Epiſcopus non poteſt cogere obtinentem capellaniam vt ipſemet celebret.*
5 *Capellanus non requiritur neceſſeriò vt ſit Presbyter ſi in fundatione capellę habetur quòd debeat celebrare diuina die noctuque.*
6 *Capellaniam habens non tenetur promoueri ad ſacerdotium, niſi, &c.*
7 *Beneficiati non ſunt cogendi ad ſuſtinenda onera, quæ in fundatione non reperiuntur.*
8 *Capellania de qua hic, an requirat perſonalem reſidentiam.*
9 *Sacerdotium actu requiritur in hoc caſu.*
10 *Beneficijs ſimplicibus non poteſt per Epiſcopum nouum onus imponi.*
11 *Oneribus beneficij iam conſtitutis, nec de conſenſu patronorum derogatur.*

RAtio poſtulat, vt illis, quæ bene conſtituta ſunt, contrarijs ordinationibus non detrahatur: quando igitur ex beneficiorum quorumcunque erectione, ſeu fundatione, aut alijs conſtitutionibus, qualitates aliquæ requiruntur, ſeu certa illis onera ſunt iniuncta in beneficiorum collatione, ſeu in quacumque alia diſpoſitione, *α eis non derogetur. β Idem in præbendis* Theologalibus, Magiſtralibus, Doctoralibus, aut Presbyteralibus, Diaconalibus, ac Subdiaconalibus, quandocumque ita conſtituta fuerint, obſeruetur, vt eorum qualitalibus, vel Ordinibus nihil in vlla prouiſione detrahatur; & aliter facta prouiſio ſurreptitia cenſeatur.

Bene-

1\. BEneficia deuolui cum ſuo onere, & qualitate tradunt Seraphin *deciſ. 1363. num. 4.* Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum, requiſit. 1. dub. 23. num. 3.* Onus verò & conditionem poſitam in fundatione beneficij, quòd illud conferatur conſanguineis, valere reſoluunt Hoied. *de incompatibil. benefic p. 1. cap. 23 num. 132. & cap. 24. nu. 107.* Lambertin. *de iurepatronat. p. 1. lib. 1. quæſt. 9. princip. à num. 109. & lib. 1. p. 2. art. 2. quæſt. 2. princip. ex num. 1.* Sebaſt. Medices *de acquir. rerum dominio, gloſſ. 1. p. 3. num. 352.* Azeued. *l. 14. num. 13. tit. 3. & l. 5. num. 2. tit. 6. lib. 1. nouæ recop.*

2\. Fundationi ſtatuenti vt beneficium minor etiam 14. annorum adipiſci valeat, ſtandum eſſe reſoluunt Doctores citati *ſeſſ. 23. de reformat. c. 5. nu. 3.* Et ferendam eſſe legem in fundatione appoſitam vt beneficium non ſit incõpatibile, cum alijs cenſuit Rot. *in Valliſoletana Archidiaconatus 19. Nouemb. 1616. coram R. D. meo Coccino Decano.*

3\. Dipenſare poſt Conc. Trid. non poteſt Epiſcopus etiã de conſenſu patronorum cum minore 25. annorum ad capellam ſimplicem obtinendam, ad quam ex fundatione eſt præſentandus Sacerdos, vt refert deciſum Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. cap. 1. num. 99. & 112.*

4\. Epiſcopus non poteſt cogere obtinentem capellaniã vt ipſemet celebret, licèt in eius fundatione diſponatur, quòd rectores celebrent, nam iſtis oneribus Miſſarum rectè per ſubſtitutum ſatisfit, vt etiam refert deciſum Nicol. Garc. *d. cap. 1 num. 87.*

5\. Capellanus non requiritur neceſſariò vt ſit Presbyter, ſi in fundatione capellæ habeatur quòd debeat celebrare diuina Officia diu, noctuque, ſicut cæteri Capellani faciunt, vt etiam teſtatur reſolutum Nicol. Garc. *d. part. 7. cap. 1. num. 93 & 99.*

6\. Capellaniam habens non tenetur promoueri ad ſacerdotium, niſi in fundatione cautum ſit, vt Capellanus per ſe ipſum Miſſas celebret, ſed debet curare vt per alium Miſſę in illa celebrentur, nec erit ſatisfactum oneri ſi Miſſæ in alia Eccleſia celebratæ erant, nec perſonalem reſidentiam requirit, niſi aliter in fundatione cautum eſſet, vt per Nicol. Garc. *d. p. 7. cap. 1. num. 87. & 93.*

Beneficiati non ſunt cogendi ad ſuſtinenda onera, quæ in fundatione, vel inſtitutione, aut ſtatutis non reperiuntur, vel ad quæ ex antiquiſſima conſuetudine non tenentur, prout refert deciſum *in vna Cremonen.* Aldan. *in compendio Canonic. reſolut. lib. 2. tit. 25. num. 16.*

Capellania inſtituta à teſtatore cum his verbis, vt beneficiatus ipſius capellæ omni die, ſeu ſaltem quinquies in hebdomada celebrare teneatur, & ſi negligens fuerit, ipſe beneficiatus incurrat pœnam ſolidorum duorũ, non cenſetur requirere perſonalem reſidentiam, nec exigit vt perſonaliter Miſſam dicat, vt atteſtatur deciſum Nicol. Garc. *in addit. ad d. p. 7. cap. 1. num. 87.* 8.

Sacerdotium actu requiritur ſtante diſpoſitione teſtatoris in fundatione duarum capellaniarum, vt per beneficiatos prouideantur clerici Sacerdotes, qui teneantur & debeant Miſſas celebrare, & arbitrio Capituli deſeruire, vel ipſis impeditis per alios ſubſtituendos à Capellanis eiſdem & à Capitulo approbandos, ita Aldan. *in compendio Canon reſol lib. 2. tit. 4. num. 3.* vbi refert deciſum *in vna Materanen, 8. Ianuarij 1628.* 9.

Non poſſe ab Epiſcopo beneficijs ſimplicibus nouum onus imponi, aſſerit Aldan. *d. tit. 25. num. 17.* atteſtans ita deciſum *ſub die 2. Iulij 1597.* 10.

α *Eis non derogetur.*] Nec de cõſenſu patronorum, ſed per hoc cenſetur ſublatam facultatem huiuſmodi, de qua per Doctores *in cap. cùm acceſſiſſent*, & *ibi* Abb. *nu. 5. de conſt.* vt refert deciſum Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. cap. 1. num. 112.* 11.

β *Idem in præbendis*, &c.] Vide Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 9. §. 2. num. 19. & gloſſ. 29. num. 3.*

---

*Epiſcopi in viſitatione & in cauſis cognoſcendis habeant duos ex Capitulo eligendos quolibet anno, qui ſecum cauſas cognoſcant, vt in text. vbi latè quoad vota illorum, & quando poſſit ſolus Epiſcopus procedere. Item Epiſcopus habeat primam ſedem in choro, & præcipuam auctoritatem in omnibus agendis, & conuocetur ab eo Capitulum vt in text.*

## CAPVT VI.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*

2 *Eccleſia poſt Trid. in Cathedralem erecta an gaudeat Adiunctis.*

3 *Capitula non exempta minimè comprehenduntur ſub hoc decreto.*

4 *Decretum hoc non pertinet ad Eccleſiam cathedralem tanquam cathedralem, ſed tanquam exemptam.*

5 *Capitulum debet in principio anni duos Adiunctos eligere, aliàs Epiſcop⁹ poterit per ſe ſolũ procedere.*

6 *Adiuncti iuriſdictionem habent.*

7 *Adiũcti poſſunt recuſari à parte, & ſolo iuramẽto.*

8 *Adiuncti non priuantur diſtributionibus ſi quando ea de cauſa ſine fraude tempore diuinorum officiorum abſint.*

9 *Conſilium in hoc decreto an ſequendum.*

10 *Epiſcopus conſecratur, & Capitulum Sede vac. procedit contra Capitularem delinquentem.*

11 *Epiſcopus poteſt procedere ſine Adiunctis ad pęnas contra Capitulares non obſeruantes diem feſtum S. Auguſtini.*

12 *Epiſcopus ſit velit contra Adiunctos iuriſdictionẽ ſuam perturbantes procedere, debet adhibere in dicto iudicio alios coniudices à Capitulo eligẽdos.*

13 *Vicarius Epiſcopi poteſt procedere contra Capitulares adhibitis duobus de Capitulo.*

14 *Vicarius etiam Sede vacante.*

15 *Viſitatio Capitulorum & perſonarum Epiſcopis conceſſa intelligitur cumulatiuè, non priuatiuè ad Abbates.*

16 *Epiſcopo nolente vel non valente contra Capitulares delinquentes procedere, non deuoluitur iuriſdictio ad Adiunctos.*

17 *Viſitare quæ poſſit Epiſcopus ſine Adiunctis.*

18 *Epiſcopus viſitando poteſt ſine adiunctis Capitularibus peccata, & exceſſus Capitularium corrigere, & punire, non tamen pœna ordinaria.*

19 *Collectores Cameræ Apoſt. ſi ſunt Canonici, vel aliàs beneficiati, ab Epiſcopo viſitari, & corrigi non poſſunt.*

20 *Epiſcopus ſine Adiunctis poteſt procedere ad priuationem Canonicorum ex cauſa quòd ordines ſuis præbendis annexos non ſuſceperint.*

21 *Capitulum totum quando delinquit, poteſt Epiſcopus contra Capitulares abſque Adiunctis procedere.*

22 *Modò delictum non ſit in perſonam Epiſcopi, &c.*

23 *Capitulum vniuerſum quando dicatur delinquere.*

24 *Epiſcopus in Capitulo exempto ſi velit rationes exigere ab officialibus ex gremio Capituli conſtitutis Sede vacante, non tenetur procedere cum Adiunctis.*

25 *Capitulum viſitare poteſt ſolus Epiſcopus abſque Adiunctis.*

26 *Cauſas pendentes contra Capitulares exemptos coram vicario foraneo cum Adiunctis non poteſt Epiſcopus auocare vt cognoſcat ſolus.*

27 *Epiſcopus duarum Eccleſiarum vnitarum non poteſt Capitulares ex vna ad carceres alterius duci facere.*

28 *Appellatio in cauſis pendentibus contra Capitulares exemptos coram vicario foraneo cum Adiunctis non datur ad Epiſcopum, ſed cauſa deuoluitur ad Sedem Apoſt.*

29 *Epiſcopus non tenetur cum Adiunctis procedere contra coadiutores cum futura ſuaſione.*

30 *Epiſcopus procedit ſine Adiunctis contra portionarios habentes vocem in Capitulo, ſed non ſunt de Capitulo.*

31 *Proceſſus appellatione intelligitur prima citatio.*

32 *Notarius proprius ab Epiſcopo aſſumendus in viſitatione perſonarum cathedralis Eccleſiæ.*

33 *Fiſcalem ſuum poteſt aſſumere Epiſcopus in viſitatione perſonarum cathedralis Eccleſiæ.*

34 *Optio datur Epiſcopo, vel vicario, quo magis in loco velint, procedant contra Capitulares.*

35 *Capitulum cùm voluerit viſitare Epiſcopus accedere, debet ad locum, quo ſolitum eſt Capitulares congregari.*

36 *Epiſcopus, & vnus ex duobus Adiunctis ſi ſine tertio pronuntiarent, ſententia eſt nulla.*

37 *Epiſcopo, & Adiunctis diſcordibus ad quem ſpectet tertij electio.*

38 *Geſta per Epiſcopum ſine Adiunctis ſunt irrita ipſo iure.*

39 *Epiſcopus ſolus poteſt exercere iuriſdictionem quoad ſummariam cognitionem, & ad capturam Capitularium.*

40 *Suſpectus de fuga quando quis dicatur.*

41 *Epiſcopus ſolus ad ſummariam informationem, & neceſſariam detentionem capitularis delinquentis procedit, vbi de fuga tenetur ne iudiciũ eludatur.*

42 *Capitulum quando Epiſcopi conuocare poſſint.*

43 *Epiſcopus, vel eius vicarius quando poſſit interuenire in actibus capitularibus.*

44 *Capitulum non poteſt Epiſcopus conuocare in illis caſibus, in quibus iudex eſſe poteſt.*

45 *Epiſcopus controuerſiam habens cum Capitulo non poteſt domi ſuæ illud congregare.*

46 *Congregationes capitulares habendæ non ſunt eo tempore, quo diuina officia celebrantur.*

47 *Vocem in Capitulo non habet Epiſcopus.*

48 *Vicarius Epiſcopi non admittitur ad Capitulum exemptum.*

49 *Canonici non tenentur admittere vicarium Epiſcopi in Capitulo ſi nolint.*

50 *Intelligitur de iuriſdictione ciuili.*

51 *Dignitates obtinentes, etiamſi Capitulares non ſint, Adiunctorum prærogatiua gaudent.*

52 *Epiſcopus ſolus ſine Adiunctis poteſt procedere contra eos, qui non ſunt Capitulares.*

53 *Viſitare Capitulares ſine Adiunctis non poteſt Epiſcopus etiam vbi contraria conſuetudo immemorialis viget.*

54 *Vicarius Epiſcopi interuenire poteſt in Capitulo, & in eo præſidere, ſi talis facultas ei ante Concil. ex conſuetudine, aut alio quocunque iure legitimè competebat.*

55 *Sententiæ & priuilegio ſimul non derogat hoc decretum.*

56 *Concordiæ non tollunt viſitationem omnimodam & independentem ab Adiunctorum miniſterio.*

57 *Concordias à Sede Apoſt. ex certa ſcientia confirmatas non comprehendit hoc decretum.*

58 *Concordiæ confirmatæ à Papa in forma communi, cum qua concurrat conſuetudo immemorialis, fuit per Concil. derogatum.*

59 *Priuilegia, quæ Vniuerſitatibus ſtudiorum generalium, ſeu eorum perſonis ſunt conceſſa, excipit hoc decretum.*

60 *Auctoritati & iuriſdictioni Epiſcopi acquiſitæ non detrahit hoc decretum.*

a Suprà ſeſſ. 6. de reform. cap. 4.

STatuit ſancta Synodus, α *vt in omnibus Eccleſijs cathedralibus*, & collegiatis decretum ſub fel. rec. Paulo III.[a] quod incipit, Capitula cathedralium obſeruetur, non ſolùm quando Epiſcopus viſitauerit; ſed & quoties ex officio, vel ad petitionem alicuius, contra aliquem ex contentis in dicto decreto, procedat: ita tamen, vt cùm extra viſitationem proceſſerit, infraſcripta omnia locum habeant: videlicet, β *vt Capitulum* γ *initio cuiuſlibet anni* δ *eligat ex Capitulo* duos: ε *de quorum conſilio, & aſſenſu* ζ *Epiſcopus,* η *vel eius Vicarius,* θ *tam in formando proceſſum*, quàm in cæteris omnibus actibus vſque ad finem cauſæ incluſiuè: ι *coram notario tamen ipſius Epiſcopi,* κ *& in eius domo, aut conſueto* tribunali procedere teneatur. λ *Vnum autem tantum ſit* vtriuſque votum, poſſitque alter Epiſcopo accedere. Quòd ſi ambo ab Epiſcopo diſcordes in aliquo actu, ſeu interlocutoria, vel definitiua ſententia fuerint, tunc intra ſex dierum ſpatium cum Epiſcopo tertium eligant, μ *&, ſi in electione tertij* etiam diſcordent, ad viciniorem Epiſcopum electio deuoluatur: & iuxta eam partem, cum qua tertius conuenict, articulus, in quo erat diſcordia, terminetur: ν *aliàs proceſſus, & inde ſecuta* nulla ſint, nulluſque producatur iuris effectus[b]. ξ *In criminalibus tamen* ex incontinentia prouenientibus, de qua in decreto de concubinarijs, & in atrocioribus delictis, depoſitionem, aut degradationem requirentibus, ο *vbi de fuga timetur*, ne iudicium eludatur, & ideo opus ſit perſonali detentione[c], π *poſſit initio ſolus Epiſcopus* ad ſummariam informationem, & neceſſariam detentionem procedere: ſeruato tamen in reliquis ordine præmiſſo. In omnibus autem caſibus ea ratio habeatur, vt iuxta qualitatem delicti, ac perſonarum, delinquentes ipſi in loco decenti cuſtodiantur[d]. ρ *Epiſcopis præterea vbique is honor tribuatur*, qui eorum dignitati par eſt, eiſque in choro & in Capitulo, in Proceſſionibus, & alijs actibus publicis ſit prima ſedes, & locus, quem ipſi elegerint, σ *& præcipua omnium rerum agendarum auctoritas.* Quòd ſi aliquid Canonicis ad deliberandum proponant, nec de re ad ſuum vel ſuorum commodum ſpectante agatur[e], τ *Epiſcopi ipſi Capitulum conuocent,* υ *vota exquirant*, & iuxta ea concludant. Abſente verò Epiſcopo omnino hoc ab ijs de Capitulo, ad quos hoc de iure, vel conſuetudine ſpectat, perficiatur, φ *nec ad id Vicarius Epiſcopi*

b Infrà c. 24. & ſuprà ſeſſ. 24. de matrimonio c. 8.
c c. qualiter 2. de accuſ. & cap. tua. de pœn.
d Conc. Carthag. 4. c. 35
c. Epiſcopus in Eccleſijs 95 diſt.
e Cap. nouit cum ſeq. de his quæ fiũt à prælat. ſine cõſenſu cap.

admit-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*admittatur.* χ *Cæteris autem in rebus* Capituli iuriſdictio, & poteſtas, ſi qua eis competit, & bonorum adminiſtratio ſalua, & intacta omnino relinquatur. ✝ *Qui verò non obtinent dignitates, nec ſunt de Capitulo,* ω *ij omnes* in cauſis Eccleſiaſticis Epiſcopo ſubijciantur: non obſtantibus, quoad ſupradicta, priuilegijs, etiam ex fundatione competentibus, α α *necnon conſuetudinibus, etiam immemorabilibus,* β β *ſententijs*, iuramentis, γ γ *concordijs*, δ δ *quæ tantùm ſuos obligent auctores* ᶓ: ε ε *ſaluis tamen in omnibus priuilegijs, quæ Vniuerſitatibus* ſtudiorum generalium, ſeu earum perſonis ſunt conceſſa. ζ ζ *Hęc autem omnia*, & ſingula in ijs Eccleſijs locum non habeant, in quibus Epiſcopi, aut eorum Vicarij ex conſtitutionibus, vel priuilegijs, aut conſuetudinibus, ſiue concordijs, ſeu quocumque alio iure maiorem habent poteſtatem, auctoritatem, ac iuriſdictionem, quàm præſenti decreto ſit comprehenſum: quibus ſancta Synodus derogare non intendit.

ᶓ Iur. alleg. in meo tract. de priuil. ſchol. maximè priuil. 64. cum ſeq.

1. VIde Nauarr. *conſ.9. in antiq.* aliàs 3. *in nouis, de offic. Ordin.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ.9.* Cardin. Mantic. *deciſ.180.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.4. collect.* 751. Franc. Leon. *in theſauro fori eccleſ. part.2. cap.2. num.64.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.1. tit.6. de Viſitat. num.30. cum ſeqq.* Laurent. de Peirinis *in conſtit. ſui Ordinis Minim. tom.1. in conſtit.2. Sixti IV. num.64. cum ſeqq.* Hieronym. Venero, y Leyua *de examine Epiſcopor. lib.4. cap.27.* Narbona *l.59. gloſſ.1. num.39. tit.4. lib.2. Recopil.* latè Ludouic. à Sarauia *in ſpeciali tract. de iuriſdictione Adiunctorum coadiuuantium Epiſcopum contra præbendarios ſuos criminaliter procedentem*, metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.3. alleg.73. num.5. cum ſeqq. & in tractatu de Canonic. cap.28.*

2. α *Vt in omnibus Eccleſiis Cathedralibus.*] An & quando Eccleſia poſt Tridentinum in Cathedralem erecta gaudeat Adiunctis; diſſerit Ludouic. à Sarauia *d. tract. de iuriſdict. Adiunctorum, quæſt.11. per tot.*

3. β *Vt Capitulum.*] Decretum in præſenti loqui ſolùm de Capitulis exemptis, non exempta enim minimè ſub illo comprehendi, etiam ſi multa habeant priuilegia, referunt deciſum Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.4. collect. 751. in princ.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.1. verb. Capitulum, §.8.* Seraphin. *deciſ.493. num.1.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.1. tit.18. l.7. de Epiſcopis, num.93.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum prælud.21. in princip. num.14.* ſecundùm Roman. impreſſ. Hieronymus Venero *in examine Epiſcopor. lib.4. cap.27. num.5.* Ludou. à Sarauia *d. tract. de iuriſdict. Adiunctor. quæſt.12. num.17.* Ego ipſe *in tract. de Canon. c.28. num.2.* Lotter. *de re benefic. lib.1. quæſt.25. nu.61.*

4. Decretum hoc non pertinere ad Eccleſiam Cathedralem tanquam Cathedralem, ſed tanquam exemptā, ac proinde Eccleſiam Collegiatam erectam in Cathedralem ſub illo non comprehendi referunt deciſum Armendar. *d. l.7. de Epiſcopis n.88.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi part.3. alleg.73. num.5. in fine*, & me citato Ludou. à Sarauia *d. tract. q.11. n.18.* Ego *d. tract. de Canon. cap.28. n.3.*

γ *Initio cuiuſlibet anni, &c.*] Capitulum debere in prin-
5. cipio anni eligere illos duos, quod ſi non fecerint, Epi-
ſcopum poſſe per ſe ſolum procedere, dummodo illum
priùs moneat, referunt deciſum Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.*
*2. cap.2. num.9.* Ludouic. à Sarauia *d. tract. quæſt.13. per tot.*
Ego ipſe *d. cap.28. n.4.* Valenzuel. *conſ.184. num.79. tom.2.*

δ *Eligat ex Capitulo duos.*] Ergo regulariter alij non
6. poſſunt eligi quàm Canonici, qui ſoli cum Prælato ſuo
faciunt Capitulum, non item Capellani, neque Aſſiſij,
ſiue Portionarij, vt in terminis tenet Lotter. *d. lib.1. q.25.*
*num.64. & 65.* vbi *n.66.* limitat cum de conſuetudine, ſta-
tutove Eccleſiæ poſſint ijdem effici de Capitulo. Hos
duos Adiunctos iuriſdictionem habere reſoluit Ludou.
à Sarauia *d. tract. q.5. ex n.5.* vbi *n.15.* poſt Camill. Borrell. *in*
*ſumm. deciſ. tit.60. num. fin.* ſubdit Adiunctos iuramentum
præſtare debere, ſicut & alios iudices de bene & fideliter
ſe habendo, & *n.17.* poſt Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.*
*100. n.49.* tradit quòd quoties iudex datur Adiunctus ali-
cui Tribunali, ſi nominatur à Principe, talis nominatus
appellatur iudex delegatus; ſi à lege, Ordinarius iudex
vocatur, refero Ego ipſe *d. cap.28. num.7. cum ſeqq.*

Poſſe Adiunctos recuſari à parte, & ſolo iuramento,
7. reſoluunt Stephan. Gratian. *d. cap.100. num.49.* & Ludou. à
Sarauia *d. tract. quæſt.9. per tot.* Ego ipſe *d. cap.28. num.9.*

Huiuſmodi Adiunctis ſi quādo ea de cauſa ſine frau-
8. de tempore diuinorum officiorum abeſſe contingat, pri-
uandos non eſſe quotidianas diſtributionibus tanquam
abſentes propter Eccleſiæ vtilitatem ex officio ſibi attri-
buto, reſoluit Monet. *de diſtribut. quotid. part.2. quæſt.8.*
*num.19.* quem refero Ego ipſe *alleg.73. num.6.*

ε *De quorum conſilio, & aſſenſu, &c.*] An ſequi debeat? 9.
latè fuit diſcuſſum in Rota *in Carthaginen. iuriſdictionis*
*26. Octobris* 1579. coram Cardin. Lancelloto ſen. vbi pro-
pter varietatem opinionum nihil certum firmare voluit,
nec poſtea ſemel & iterum dubio propoſito firmauit. Et
quòd tacitus Adiunctorum conſenſus non ſufficiat, ſed
requiratur expreſſus, reſoluit Ludouic. à Sarauia *d. tract.*
*quæſt.8. per tot.*

ζ *Epiſcopus.*] Etiam non conſecratus, vt per Ludou. à 10.
Sarauia *d. tract. quæſt.17. num.35. verſ. ſed contra,* vbi *eodem n.*
*35. verſ. ex omnibus,* refert deciſum ſuccedere Capitulum
Sede vacante in huiuſmodi iuriſdictione procedendi
contra Capitularem delinquentem.

Epiſcopum poſſe procedere ſine Adiunctis ad pœnas 11.
contra Capitulares non obſeruantes diem feſtum ſancti
Auguſtini ab eodem indictum, firmauit Sel. *in ſelect. Ca-*
*non. cap.31. num.3.* vbi ait ita fuiſſe deciſum *in Hiſpalen. 7.*
*Septembris* 1630.

Epiſcopus ſi velit contra Adiunctos iuriſdictionem 12.
ſuam perturbantes procedere, debet adhibere in dicto
iudicio alios coniudices à Capitulo eligendos, vt per Sel.
*citato loco*, aſſerentem ſic reſolutum *in Oriolen. 5. Apri-*
*lis* 1631.

η *Vel eius Vicarius.*] Poſſe Vicarium Epiſcopi proce- 13.
dere contra Capitulares, adhibitis duobus de Capitulo,
iuxta formam huius textus, reſoluunt Menoch. *conſil.52.*
*n.180.* Sbroz. *de officio Vicarij, lib.2. q.145.* Rota *deciſ.743. n.*
*5. part.1. diuerſ. & deciſ.321. part.2. diuerſ.* Ego ipſe *d. cap.28.*
*num.12.* latè Ludou. à Sarauia *d. tract. quæſt.14. per tot.*

Idem poſſe Vicarium Sede vacante, immò abſque 14.
Adiunctis procedere nō valere, ſi Epiſcopus dum viue-
bat, non habebat auctoritatem procedendi ſine illis, re-
fert deciſum Sbroz. *in addit. ad d. q.145.* & Ludouic. à Sara-
uia *d. tract. quæſt.17. num.35. verſ. ex omnibus, in fine.*

Viſitationem Capitulorum, & perſonarum Epiſcopis 15.
conceſſam, eſſe intelligendam cumulatiuè, non priuatiuè
ad Abbates, & Decanos, ac alios quibus ante Concil.
competebat ius viſitandi, ſeorſum tamen ab Epiſcopis,
referunt deciſum Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.154.*
*num.48.* Gonzales *ad regulam 8. Cancel. §.2. proœm. num.21.*
Ludouic. à Sarauia *d. tract. quæſt.4.*

Epiſcopo nolente, vel non valente contra Capitula- 16.
res delinquentes procedere, non deuolui iuriſdictionem
ad Adiunctos, latè reſoluit Ludouic. à Sarauia *d. tract. q.5.*
*per tot.* vbi *num.11.* citat metipſum *d. alleg.73. num.9. & nu.*
5. deciſum refert, non ad Epiſcopum, ſed ad ſuperiorem
deuolui iuriſdictionem ſi Coniudices, ſeu Adiuncti re-
nuant procedere contra Capitularem, quod etiam atte-
ſtatur Armendar. *d. l.7. de Epiſcopis, num.89.*

Epiſcopum ſine Adiunctis, de quibus in hoc cap. poſſe 17.
viſitare corpus Eccleſiæ cathedralis, & Sacramentum,
Reliquias, Veſtes, Ornamenta, cæteraque ad cultum
diuinum deſtinata, ſed & Capellas, capellanias, dotatio-
nes, anniuerſariorum inſtitutiones, memorias defun-
ctorum, pia opera, vel res, aut bona fabricæ, ſeu Eccle-
ſiæ, dicit deciſum Armendar. *in addit. ad recopil. legum*
*Nauarræ lib.1. tit.6. de viſitat. num.123.* quem refero Ego ip-
ſe *d. alleg.73. num.15.*

Epiſcopum viſitando poſſe ſine Adiunctis Capitulari- 18.
bus peccata & exceſſus Capitulariū, quos correctione,

& punitione dignos repererit corrigere, punire, & emendare, non tamen pœna ordinaria, ſed ea, quæ ad morum magis emendationem, quàm punitionem reſpiciat, refert deciſum Armendar. *d.tit.6.de Viſitat. num.39.* vbi *in reſp.2. & n.77. & 79.* cum Nicol.Garc. *de beneſic.p.3. cap.2.num.198.declar.10.* ſubdit huiuſmodi facultatem viſitandi etiam ad res, & bona Capituli, eiuſque adminiſtratores extendi.

19. Collectores Cameræ Apoſt. ad nudum miniſterium exigendi certis caſibus in partibus deputati, ſi ſunt Canonici, vel aliàs beneficiati, ab Epiſcopo viſitari, & corrigi nō poſſe refert deciſum Gonzal. *ad regul.8.Cancel. gloſſ. 51.n.82.* Armend. *d.tit.6.de Viſitat.n.3.verſ.itē ſubcollectores.*

20. Epiſcopum ſine Adiunctis poſſe procedere ad priuationem Canonicorum ex cauſa quòd Ordines ſuis præbendis annexos non ſuſceperint, referunt deciſum Nic. Garc. *de beneſic.part.3.cap.4.num.22.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ.reſol.448.num.2. & 3.* Ludouic. à Sarauia *dict. tract. queſt.18.per tot.* Ego ipſe *d.alleg.73.num.2.*

Valet quoque ſine Adiunctis in perſonas Capitulares Epiſcopus, procedere ſi tales perſonæ extra Eccleſiam Capitularem, beneficia curam animarum habentia obtineant, & in exercitio curæ deliquerint, præualet enim qualitas illa officij, propter quam Canonicus efficitur ſubditus ſolius Epiſcopi, neque tunc vti Canonicus, ſed vti curam habens animarum, vel eius adminiſtrationem iudicari debet. Ita Seraph. *deciſ.1058. per tot.* Vel ſi procederetur contra aliquem Capitularem, qui per accidens eſſet ſubiectus liberæ & abſolutæ poteſtati Epiſcopi, Seraphin. *d.deciſ.1058.n.2.* Lotter. *d.lib.1.queſt.25.n.61.in fin*

21. Facultatem procedendi contra Capitulares pertinere ad Epiſcopum etiam abſque Adiunctis, quando totum Capitulum deliquit, referunt deciſum Seraphin. *deciſ. 1050.num.6.* Valenzuel. *conſ.184.n.74.* Lotter. *de re beneſic. lib.1.queſt.25.num.62.* Aloyſ. Ricc. *in praxi part.4.reſol.594.* Ludouic. à Sarauia *d.tract.queſt.5.num.4. & queſt.6. per tot.* vbi *num.8.* aſſerit quòd ſi reperiatur vnus in Capitulo qui non deliquerit, iſte procedet ſimul cum Epiſcopo.

22. Modò delictum non ſit in perſonam Epiſcopi, vel in
contemptum eius, vel vbi Epiſopus habet intereſſe, quia
tunc facultatem contra Capitulares deuolui ad proximū
ſuperiorem, refert deciſum Armendar. *d.l.7.de Epiſcopis,*
23. *num.90.* & Ludouic. à Sarauia *d.queſt.6.num.5. & 6.* Quan-
do autem dicatur vniuerſum Capitulum delinquere, col-
ligitur ex notatis per Curiam Piſan. *lib.4.cap.3.num.1.ad*
*6.* Magon *Lucen.deciſ.72.* Card. Tuſch. *lit.V.concl.349.*

24. Epiſcopus in Capitulo exempto ſi velit rationes exigere ab officialibus ex gremio Capituli conſtitutis Sede vacante, non tenetur procedere cum Adiunctis ex forma huius decreti, niſi velit criminaliter ad eorum punitionem & correctionem procedere, vt refert deciſum Nicol. Garc. *d.p.5.cap.7.num.23.*

25. Capitulum viſitare poteſt ſolus Epiſcopus abſque Adiunctis Capitularibus, prout refert deciſum Sel. *in compend canon.reſol.lib.3.tit.18.num.16.*

26. Cauſas pendentes contra Capitulares exemptos coram vicario foraneo cum Adiunctis à Capitulo deputatis, nō poteſt Epiſcopus auocare vt cognoſcat ſolus, ſed bene cum Adiunctis, ex eodem Aldan. *d tit.18.n.20.* vbi
☞ teſtatur ſic fuiſſe reſolutum *in Burgen.18.Septembris 1627.*

27. Epiſcopus duarum Eccleſiarum vnitarum, v.g. Valuen. & Sulmonen. quando aliquem ex Capitularibus Valuen. in carcerem conijci mandat, iſte non ad Sulmonen. ciuitatem duci debet, vbi Epiſcopus non moratur, Aldan. *d.tit.18.num.21.* vbi refert deciſum *in Valuen. &*
☞ *Sulmonen.17.Ianuarij 1604.*

28. Appellatio in cauſis pendentibus contra Capitulares exemptos coram vicario foraneo cum Adiunctis à Capitulo deputatis, non datur ad Epiſcopum, ſed cauſa deuoluitur ad Sedem Apoſtol. Aldan. *d.tit.18.num.23.* vbi
☞ teſtatur reſolutum *in Burgen.18.Septembris 1627.*

Contra coadiutores cum futura ſucceſſione non te-
29. neri Epiſcopum cū Adiunctis procedere, niſi ex forma coadiutoriæ, colligitur ipſi coadiutori cōceſſa fuiſſe omnia priuilegia, quæ habent Canonici, teſtatur deciſum Nicol. Garc. *in addit.ad ſuum tract.de beneſ.p.4.c.5.n.96.* vbi obſeruat ex clauſula ordinaria coadiutoriæ, quòd coadiutor habeat omnes, & ſingulas prærogatiuas, præeminentias & honores coadiuti, non colligi concedi coadiutori huiuſmodi priuilegium de Adiunctis, eo quòd illa clauſula intelligatur de prærogatiuis, præeminentijs, &c. circa ſeruitium Eccleſiæ, vt, ex tenore ipſius coadiutoriæ apparet, refert & ſequitur Ludouic. à Sarauia *d.tract.q.29.* Et addit Sel. *in ſelect.cap.31. numer.3.in Barbaſtren.9. Nouembris 1630.* fuiſſe deciſum, Epiſcopum non poſſe procedere contra huiuſmodi coadiutores abſque Adiunctis, quatenus ex forma coadiutoriæ ipſis conceſſa fuerant omnia priuilegia, quæ habent Canonici.

Contra portionarios habentes vocem in Capitulo 30.
poſſe Epiſcopum procedere ſine Adiunctis, referunt deciſum Armendar. *d.tit.6.de viſitat.n.6. & d.l.7. de Epiſcopis, num.91.in princ.* Ludouic. à Sarauia *d tract.queſt.23.ex n.2.* Cuius tamen contrarium reſoluunt Aloyſ. Ricc. *d.collect. 751. & in praxi aurea, reſol.39.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, prelud.21.in princ.n.13.* ſecundùm Romanam impreſs. Ego ipſe *d.alleg.73.n.10. & d.c.28.n.27.* quorum opinionem procedere in Capitularibus, priorē verò in his, qui nō ſunt de Capitulo, ſed habent vocem in Capitulo, ex multis intelligit Ludouic. à Sarauia *d.q.23.ex n.4.* ſubdens quòd licèt Portionarij, & dimidij Portionarij in Eccleſijs Corduben. Cathaginen. Hiſpalen. Calaguritan. & Calciaten. habeant vocē in Capitulo, tamē in electionibus, prouiſionibus, & ad effectū conuidicū pro Capitularibus nō habentur ex his, quæ Gonzal. *ad regul.9.Cancell. gloſſ.43.num.45.* Rot. *deciſ.708 & num.2. & 3.part.2.recent.*

θ *Tam in formando proceſſum.*] Appellatione proceſſus 31.
intelligi primam citationem, refert deciſum Ludouic. à Sarauia. *d.tract.queſt.28.num.1. & queſt.16.num.7.*

ι *Coram Notario tamen ipſius Epiſcopi,* &c.] In viſitatione 32.
perſonarum cathedralis Eccleſiæ proprium Notarium ab Epiſcopo aſſumendum eſſe, non illi tamen Capitulo ſuſpectum, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop.legum Nauarre, lib.1.tit.6.de viſitat.num.38.* vbi *num.61.* ſubdit proceſſum in cauſis viſitationis coram ipſo eſſe fabricandum.

Epiſcopum poſſe aſſumere ſuum fiſcalem, qui inter- 33.
uenire ſolet in criminibus Canonicorum reorum, vel alium quem magis voluerit deputare, nec teneri ad ſumendum Capellanum de choro, deciſum atteſtantur Armendar. *dicto lib.1.tit.18.l.7. de Epiſcopis, num.91.in fine, & num.92.* quem refero Ego ipſe *dicta allegat.73.num.8.*

κ *Et in eius domo, aut conſueto,* &c.] Dari optionem Epi- 34.
ſcopo, vel vicario, quo magis in loco velint, procedant contra Capitulares, & Epiſcopum poſſe ſedere pro tribunali quocunque diœceſis loco vbi maluerit, refert deciſum Armendar. *dicta l.7.de Epiſcopis, num.93.*

Non poſſe tamen Epiſcopum viſitare in eius domi- 35.
bus Epiſcopalibus, ſed cùm viſitare voluerit Capitulum, accedere debere ad locum ſuum, quo ſolitum eſt Capitulares congregari, & eorum actus expediri conſueuerunt, ſi tamen id congruè fieri poteſt; ſin minus, ad locum congruum, & communem, ſed teneri accedere ad locum Capitularem quoties proſequi vellet viſitationē alicuius particularis perſonæ de Capitulo, refert deciſum Armendar. *d.tit.6.de viſitat.num.39.reſponſ.8.*

λ *Vnum autem tantùm ſit.* &c.] Epiſcopus, & vnus ex 36.
duobus Adiunctis ſi ſine tertio pronuntiarent, ſententiam eſſe nullam, ex aliis reſoluit Ludouic. à Sarauia *d. tract.queſt.31.num.21.* & ideo referunt Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ.cap.100. num.64.* & idem Ludouic. à Sarauia *d.tract queſt.3.num.3.* ſententiam Epiſcopi & Adiunctorum in cauſis criminalibus contra Capitulares eſſe concipiendam ſub hac forma, *Ego N. Epiſcopus de conſilio & aſſenſu N. & N. Adiunctorum ita pronuncio.*

Quid ſi diſcordent? Vide Gutier. *practic.lib.1. queſt.94.*

μ *Et ſi in electione tertij,* &c.] An diſcordibus Epiſcopo 37.
& Adiunctis in electione tertij ad Capitulum cathedrale vicinius, & Paſtore vacans tertij electio deuoluatur, latè diſputat Ludouic. à Sarauia *d tract. queſt.17. per tot.* vbi affirmatiuè concludit.

ν *Aliàs proceſſus & inde ſequuta,* &c.] Geſta per Epiſco- 38.
pum ſine Adiunctis eſſe irrita ipſo iure, reſoluit Ludouic.

à Sara-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

à Sarauia d.tract.quæſt. 31.per tot. Valenzuel. conſ.184.num.
99.tom.1. vbi teſtatur ſacram Congregat. conſultam per
Archiepiſcopum, Decanum, & Capitulum ſanctæ Ec-
cleſiæ Hiſpalenſi, ſi Epiſcopus, vel Vicarius ſolus in ali-
quo diſcordet ab Adiunctis, vel aliquid contra volunta-
tem Epiſcopi, vel Vicarij decernant, an Epiſcopus, vel
Vicarius poſſit ſolus procedere, aut ſua decreta exequi,
cùm ex decreto Concilij nihil ſolus facere poſſit; Et re-
ſpondiſſe ſub die 26. Octobris 1589. non poſſe ſolùm pro-
cedere. Quando enim duobus committitur aliquid à Iu-
re, vel hominis diſpoſitione, vnus ſolus per ſe non poteſt
efficere l.ſi vni ff de re iudic.cap.cùm plures, de officio deleg. in
6.cap ſi duo,de procurat.l.duo,ex tribus,de re iudic. Achiel. de
Graſſis deciſ.8.nu.3, de conſtit, dicens quod Adiuncti Iudi-
cis omiſſio regulariter nullitatem parit. Addit Valenzuel.
vbi ſupr.num.98. appellationem licitam eſſe ſi Epiſcopus
vellet corrigere ſine conſenſu Capituli.
39. ξ *In criminalibus tamen*, &c.] Epiſcopum ſolum poſſe
exercere iuriſdictionem quoad ſummariam cognitio-
nem, & ad capturam Capitularium in caſibus hic non
expreſſis, tradunt Mantic. deciſ. 180. num.6. Ludouic. à
Sarauia d.tract.quæſt.20.per tot. Rota in Calciaten. iuriſdictio-
nis 6.Iunij 1622. coram bonæ mem. Remboldo, vbi ſub-
ditur non procedere in delictis ſimplicis incontinentiæ
abſque qualitate concubinatus.
40. ο *Vbi de fuga timetur.*] Vide Rotam in Conch.iuriſdictio-
nis 3.Martij 1617.coram bonæ mem.Cardin.Sacrato,& in Cal-
ciaten.iuriſdictionis 21.Iunij 1621.cor.bo.me.Remboldo. Quan-
do dicatur quis ſuſpectus de fuga, vide Syluest. in praxi
iudic.lib.2. cap. 23. Cancer. variar. reſolut.cap. 10. num.13.
Ioſeph. Seſſe de inhibit. cap.9.§.2. num.44. & 46. Phœbos
Luſit. deciſ. 54.part. 1. Rot. in d. Calciaten. iuriſdictionis 6.
Iunij 1622. vbi dicitur quòd ſtatur arbitrio iudicis an ad-
eſſet timor fugæ, metipſum d.cap.28.num.21.
π *Poſſit initio ſolus Epiſcopus*, &c.] Statuit Concilium
41. ſolum Epiſcopum ad ſummariam informationem, &
neceſſariam detentionem Capitularis delinquentis pro-
cedere debere, vbi de fuga timetur ne iudicium eluda-
tur, & tamen aduertit Ioan. Sanci. in ſelect.diſp.50.num.21.
quod licet ſtatuatur ſolum Epiſcopum procedere, debe-
re, committur nihilominus actio Vicario ipſius, vt praxis
docet quotidiana, quia Concilium dum aſſerit illud eſſe
agendum per ſolum Epiſcopum, ſe refert ad immediatè
dicta, vbi Adiunctos reperiri ſimul cum Epiſcopo, vel
eius Vicario ad formandum proceſſum poſcebat; ani-
maduerſum enim fuit à ſancta Synodo in conuenientia
ſuboriri ob expectationem Adiunctorum ſi ad captu-
ram delinquentis eſſet adhibendi, ſubdit inde capturam
expleri poſſe à ſolo Epiſcopo, hoc eſt, Adiunctis non in-
teruenientibus, vnde particula ſolus Epiſcopus, adiunctis
eſt aduerſaria.
42. ρ *Epiſcopi ipſi Capitulum conuocent.*] Epiſcopos conuo-
care poſſe Capitulum ad libitum, dummodo non propo-
nant de re ad commodum ſuum, vel ſuorum ſpectante,
Capitulum autem ipſum poſſe quandocunque vult, ſe
congregare, aſſerit deciſum Armendar in addit. ad recopil.
legum Nauarræ, lib.1.tit.18.de Epiſcopis, num.95. quem refe-
ro Ego ipſe d.alleg.73.num. 16. & in tract. de Canon.cap. 35.
num.7. Aldan. in compendio canon.reſolut.lib.3.tit.8.num.10.
vbi refert ſub die 2.Martij 1619. fuiſſe reſolutum quòd Epi-
ſcopus, vel eius vicarius Canonicus poteſt interuenire
43. in actibus Capitularibus, dummodo non agatur de inte-
reſſe ſuo, non obſtante quacunque conſuetudine in con-
trarium.
Epiſcopum conuocare non poſſe Capitulum in illis
44. caſibus, in quibus iudex eſſe poteſt, reſoluit Hieron. Ve-
nero in examine Epiſcopor. lib.4. cap.29. num.39. Poſſe au-
tem illud conuocare, ſi iudex eſſe poteſt, de re ſpe-
ctante ad Epiſcopalem dignitatem, dicit reſolutum Ar-
mendar. d.l.7 de Epiſcopis, num.95. in fine.
Epiſcopum controuerſiam habentem cum Capitulo
45. non poſſe domi ſuæ illud congregare, ſed debere ad au-
lam capitularem conuocare, in qua ſolitum eſt Capi-
tulum ſemper conueniri, referunt deciſum Hieronym.
Venero d.cap.29.num.41. Aloyſ. Ricc. in deciſ. curiæ Ar-
chiepiſcop. Neapolit. deciſ.286. part.4. Armendar. d.l.7. de
Epiſcopis, num.96. Ego ipſe d.cap.55. numer.10.
Congregationes Capitulares habendas non eſſe eo 46.
tempore, quo diuina Officia celebrantur, niſi cauſa vr-
gens in aliud tempus differri non pateretur, quòd ſi hæ
Congregationes abſque cauſa prædicta tempore cele-
brationis diuinorum habitæ fuerint, Canonicorum iure
ab his, vt choro interſit, abeſſe poſſe referunt deciſum
Nicol.Garc. de benef.p.3,c.2.num.559. Armend. in addit.ad
recop.legum Nauarræ,lib.2.tit.23.l.2.§.2. de reſidentia Canon.
num.94. Ego ipſe d.cap.35. à num.14. Aldan. d.tit.8.nu.12.
atteſtans ſic fuiſſe deciſum in Oriolen. 6. Martij 1632.
σ *Et præcipua rerum agendarum auctoritas.*] Intelligun-
tur hæc verba à Paul. Fuſco de viſitat.lib.1.cap.2.num.12.
quem refert Valenzuel. conſil.184.num.21. reſpectu alio-
rum Prælatorum, & circa poteſtatem inquirendi, & cor-
rigendi in diœceſi, cap. cauendum 10.q.3. cap. cùm Apoſto-
lus, de cenſib. &c. & Vide Stephan. VVeyms ad conſtitutio-
nes 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil.Trid. innoua-
tas, conſtit.2.num.1.
τ *Epiſcopis præterea vbique is honos tribuatur.*] Quòd Epi-
ſcopis fieri debeat honor correſpondens eorum digni-
tati, & quòd in choro, Capitulo, & proceſſionibus, atque
alijs actibus publicis habere debent locum primum ad
eorum electionis arbitrium, dicit Paul. Fuſc. de Viſit.lib.1.
cap.15.num.24. dicens quòd cùm ſit primus in diœceſi,
in altiori loco debet ſtare, c. Epiſcopos, 17. diſt. cap.quia tua,
50. diſt. Caſſan. in catalog. gloriæ mundi, part.1. conſid.14. &
ſeqq. idem Paul. Fuſc. d.lib.1.cap.10. nu.13. refert Valen-
zuel. conſ.184.nu.18.& 19.tom.2. Intellige vbi ſtat in ſua
diœceſi tanquam Epiſcopus, vel in propria Eccleſia eſt
inſimul Epiſcopus & Canonicus, quia ſedebit etiamſi aſ-
ſiſteret tanquam Canonicus in primo loco, niſi aliter ſe
haberet priuilegio, vel conuentione, vt in Epiſcopo
Melitenſi Caputaq. deciſ.307.p.1. Putc. deciſ.104.lib.3. vbi
quòd Epiſcopus Mileuitanus ſedet in Cõſilio poſt Prio-
rem, vel magnum Magiſtrum, quia Epiſcopus in Con-
ſilio non adeſt vt Epiſcopus, ſed vt deferens magnam
Crucem, D. Felix Contelor. amicus meus, in libello de
præcedentia debita Religioni Prædicatorum, eiuſque Magiſtro ge-
nerali quæſt.1. nu.20. Et ideo vbi Epiſcopus eſſet in Col-
legio tanquam collegiatus, non deberet præcedere anti-
quiores, ſed ſedere in loco ad eum ſpectanti tanquam
collegiato, gloſſ. verb. Prælatus in c.à collatione, de appell. in 6.
Greg.Lop.l.15 gloſſ.1. tit.5. part.1. Capic. Neapol.deciſ.17.
nu.2. Franc. à Ponte conſ.14.num.50.& 56.tom.1. Maſtrill.
Sicil. deciſ.130. num.2 3. & 4. D. Felix Conterol. vbi ſuprà
num.23. Seraph. deciſ.716. num.15. & 16. Stephan. Gra-
tian. diſcept.forenſ. tom.2.cap.298.num.83. Ioan. Baptiſta de
Thoro in compend. deciſ. Regni Neapol. to.1. verb. præcedere. Vi-
de quę cumulaui in tract. de Canon. c.36. & de Epiſc. all.1.n.5.
υ *Vota exquirant.*] Epiſcopum igitur non habere vo- 47.
cem in Capitulo, aſſerunt reſolutum Armendar. d.l.7. de
Epiſcopis, num.84. Hieron. Venero d. lib.4. cap.29. nu.42.
faciunt quæ Raguſ. de voce Canonicorum in Capitulo, q.5.
num.4. qui autem vocem in Capitulo habeant, dixi dict.
tract. de Canonicis, cap.37.
φ *Nec ad id Vicarius Epiſcopi admittatur.*] Textum in 48.
præſenti dum habet Vicarium Epiſcopi non admitti ad
Capitulum, eſſe intelligendum, ſi Capitulum ſit exem-
ptum refert deciſum Sbroz. in addit. ad ſuum tract. de offi-
cio Vicarij, lib.2.q.30. Et Canonicos non teneri admittere 49.
Vicarium Epiſcopi in Capitulo ſi nolint, reſoluit Aldan.
d.tit 8. num.13. dicens ſic fuiſſe deciſum in Amerien. 24.
Aprilis 1631.
χ *Cæteris autem in rebus*, &c.] Intelligi de iuriſdictione 50.
ciuili, non criminali, quam ſoli Epiſcopo Concilium tri-
buit, dicit Mantic. d.deciſ.180. num.4. verſ. nec refragatur.
ψ *Qui verò non obtinent Dignitates, nec ſunt de Capitulo.*] 51.
Ergo obtinentes dignitates, etiamſi Capitulares non
ſint, Adiunctorum prærogatiua gaudere, multis reſoluit
Ludouic. à Sarauia d.tract.q.21. ex num.8.
ω *Ii omnes, qui non ſunt de Capitulo*, &c.] Epiſcopum 52.
ſolum ſine Adiunctis poſſe procedere contra eos, qui
non ſunt Capitulares, tenet Mantic. d. deciſ.180. num.2.
& dicit reſolutum Armendar. d.l.7. de Epiſcopis, num.94.
videlicet omnes, qui non obtinent dignitates, nec ſunt

de Capitulo, in cauſis eccleſiaſticis Epiſcopo ſubijci.

53. *αα Nec non conſuetudinibus, etiam immemorabilibus.* ] Epiſcopum non poſſe viſitare Capitulares ſine Adiunctis, etiam vbi contraria conſuetudo immemorialis viget, reſoluunt Rot. *deciſ.744.num.1.part.1.diuerſ.* Stephan. Grattian *diſcept.forenſ.cap.492.num.6.* late Ludouic. à Sarauia *d.tract.q.24.per tot.* Sel. *in ſelect.canon.cap.31.num.12.* vbi refert deciſum *in Calciatenen.7.Septembris* 1630.

54. Non obſtare quominus Vicarius Epiſcopi poſſit interuenire in Capitulo, & in eo præſidere, ſi talis facultas ei ante Concilium ex conſuetudine, aut alio quocunque iure legitimè competebat, iuxta hoc decretum, præſertim ſi ipſum Capitulum nullo exemptionis, aut ſpeciali iure iuuetur aduerſus omnimodam ſubiectionem, refert deciſum Sbroz. *in addit. ad ſuum tract. de offic.Vicarij, libro 2.quæſtione* 30. ſubdens quòd in his, in quibus agendum eſſet in Capitulo de re ſpectante ad Capitulum, ſeu ſuorum commodum, æquum eſt, vt nec eius Vicarius interſit.

55. *ββ Sententijs, priuilegijs,* &c.] Non fuiſſe derogatum per hoc decretum ſententiæ, & priuilegio ſimul, quia cùm faciat diuerſas derogationes, his ſimul iunctis non videtur voluiſſe derogare, refert deciſum Ludou.à Sarauia *d.tract.q.25.n.7.* per deciſ. Achil.de Graſſ.3.*de pactis.*

56. *γγ Concordijs.*] Concordias non tollere viſitationem omnimodam, & independentem ab Adiunctorum miniſterio, reſoluunt Ludouic.à Sarauia *d.tract. quæſt.25.ex num.4.* Hieronym, Venero *d.lib.4.cap.27.num.3.*

Decretum in præſenti in ſuis derogationibus non cōprehendere concordias à Sede Apoſt. ex certa ſcientia confirmatas, referunt deciſum Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.25.num.14.* Armendar. *d.lib.1.tit.18.l.7. de Epiſcopis n.67.* Marcheſ. *de commiſſion part.1.* §.1. *de appellat.ab interlocut. deciſ.4.* Ludouic.à Sarauia *d quæſt.25.num.6.* Rot.apud Farin. *deciſ.715.in 1.collect.nouiſſ.* aliàs *part.4.diuerſor.* Lotter. *de re beneſic.lib.1.quæſt.25. num.86.* vbi *num.88.* ſubdit concordias dici ſpecificè, & ex certa ſcientia confirmatas ſi totus tenor ſit relatus in ipſa confirmatione, vel ſaltem tota ſubſtantia narrata. 57.

Concordiæ confirmatæ à Papa in forma communi, 58.
cum qua concurrat conſuetudo immemorialis, fuiſſe per Concil.in præſenti derogatum aſſerit reſolutum Ludou. à Sarauia *d.quæſt.25.num.19.*

*δδ Quæ tantùm ſuos obligent auctores.*] Non eſſe hæc verba referenda ad concordias, ſed ad iuramenta, dicit deciſum Ludou.à Sarauia *d.q.25.in fine.*

*εε Saluis tamen in omnibus priuilegijs, quæ Vniuerſitatibus,* 59.
&c.] Concilium in præſenti excipere priuilegia, quæ Vniuerſitatibus ſtudiorum generalium, ſeu eorum perſonis ſunt conceſſa, aſſerit Mantic. *deciſ.180.num.5. verſ. neque.* Anguian. *de legib.lib.3.contr.33.num.73.*

*ζζ Hæc autem omnia,*&c.] Concilium in preſenti decre- 60.
to non detrahere auctoritati, & iuriſdictoni Epiſcopis acquiſitę, refert deciſum Ludouic.à Sarauia *d tract.quæſt.11. num.15.* vbi citat Rotæ *deciſ.743.part.1.diuerſ.& deciſ.305. & 321.part.2.etiam diuerſ.*& apud Seraphin. *deciſ.493.*

---

*Acceſſus & regreſſus omnino tollantur. Item & coadiutoriæ cum futura ſucceſſione non dentur, niſi ex cauſa cognita à Summo Pontif.*

## C A P V T VII.

1 *Doctores de acceſſu agentes.*
2 *Doctores de regreſſu agentes.*
3 *Intelligitur de acceſſibus, & regreſſibus per ceſſum, vel deceſſum.*
4 *Acceſſus, & regreſſus in reſignationibus permiſſi.*
5 *Doctores de coadiutorijs cum futura ſucceſſione agentes.*
6 *Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum coadiutoribus quæ liceant, vel non.*
7 *Coadiutores cum futura ſucceſſione inferiorum beneficiorum non ſunt beneficiarij interim dum viuunt coadiuti.*
8 *Coadiutor Canonici cum futura ſucceſſione vocatur Canonicus fictus.*
9 *Beneficium per obitum coadiuti dicitur vacare.*
10 *Coadiutor conſequi non poteſt fructus ex beneficio coadiuti.*
11 *Coadiutori quid reſeruetur.*
12 *Officium Canonicū recitare non tenetur coadiutor.*
13 *Profeſſionem fidei admittere nō tenetur coadiutor.*
14 *Reſidentiam præciſam, ſed cauſatiuam facere non tenetur coadiutor.*
15 *Excommunicato coadiuto non lucratus diſtributiones coadiutor.*
16 *Poſſeſſionem verè non capit niſi poſt ceſſationem coadiutoriæ.*
17 *Sedes eadem principalis coadiuti non aſſignantur coaditori.*
18 *Coadiutores viuentibus coadiutis ſedere debent in vltimo loco.*
19 *Præcedentia competit Canonicis quamuis poſterius prouiſis, & non coadiutoribus.*
20 *Coadiutor in dignitate, abſente vel impedito coadiuto ſuo præcedit omnibus Canonicis.*
21 *Coadiutor non intelligitur comprehenſus in ſtatuto quod ex aliqua cauſa iubilare facit Canonicos.*
22 *Nec ſibi optat, ſed coadiuto.*
23 *Nec in ingreſſu debet fabricæ ſoluere.*
24 *Iudex Apoſt.ſeu delegatus Papæ non poteſt eſſe coadiutor.*
25 *Priuilegijs, & indultis de percipiendis fructibus in abſentia non gaudet coadiutor.*
26 *Onera Canonicorū iuniorum non portat coadiutor.*
27 *Pœnas iudiciales non ſubdit coadiutor.*
28 *Presbyteralem ordinem non tenetur coadiutor habere vbi requiritur quod Canonicus actu ſit Sacerdos tempore promotionis.*
29 *Ordinem requiſitum non tenetur ſuſcipere intra annum coadiutor non reſidens.*
30 *Ordinari nō poteſt coadiutor ad titulū coadiutoriæ.*
31 *Officia ad quę coadiutus electus eſt, non poteſt exercere coadiutor.*
31 *Diſtributiones quotidianas abſente, vel non ſeruiente coadiutore non admittit coadiutus ſi per ſe deſeruiat.*
33 *Habitum & tonſuram clericalem tenetur deferre coadiutor.*
34 *Reg. de annali, & triennali poſſeſſore gaudet coadiutor.*
35 *Menſibus datis cauſa recreationis gaudere poteſt coadiutor.*
36 *Ægrotans, aut legitimè impeditus coadiutor haberi debet pro præſenti.*
37 *Excommunicato exiſtente coadiuto poteſt in Eccleſia deſeruire coadiutor.*
38 *Qualitates requiſitas ad obtinendam præbendam*

habere

*habere tenetur coadiutor exemplo reſignatarij.*

39 *Ordinari debet infra annum coadiutor ſi reſidet & inſeruit.*

40 *Coadiutor extra Eccleſiam Cathedralem in abſentia coadiuti tanquam verus, & proprius Canonicus cenſendus quoad præeminentias.*

41 *Coadiutor tenetur facere mentionem de obtentis beneficijs, quæ habet.*

42 *Coadiutor licèt nō ſit in ſacris, poteſt omnia facere quæ ſine paramētis ſacris facere poſſet coadiutus.*

43 *Coadiutori tenentur Canonici inſeruire prout tenentur inſeruire coadiuto.*

44 *Coadiutor ſeruiens pro coadiuto an debeat exire de Capitulo in quo agitur de negotio coadiuti.*

45 *Cauſæ propter quas Epiſcopis coadiutor eſt concedendus.*

46 *Papa ſolus, & non alius, poteſt concedere coadiutorias cum futura ſucceſſione.*

47 *Qualitates requiſitę ad obtinendam prębendam requiruntur ad conſequendam coadiutoriam.*

48 *Epiſcopis dandus eſt coadiutori habens qualitates paſtorali officio requiſitas.*

CVm [1] in beneficijs Eccleſiaſticis ea, quæ hæreditariæ ſucceſſionis imaginem referunt, ſacris conſtitutionibus ſint odioſa, Patrum decretis contraria, nemini in poſterum acceſſus, aut regreſſus, etiam de conſenſu, ad beneficium Eccleſiaſticum cuiuſcumque qualitatis concedatur, nec hactenus conceſſi ſuſpendantur, extendantur, aut transferantur. Hocque decretum in quibuſcumque beneficijs Eccleſiaſticis, ac in quibuſcumque perſonis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, locum habeat. [a] *In Coadiutorijs quoque cum futura ſucceſſione* idem poſthac obſeruetur, vt nemini in quibuſcumque beneficijs Eccleſiaſticis permittantur. Quod ſi quando Eccleſiæ Cathedralis, aut monaſterij vrgens neceſſitas, [b] aut euidens vtilitas poſtulet Prælato dari Coadiutorem, is non aliàs cum futura ſucceſſione detur, quàm hæc [β] *cauſa prius* diligenter [γ] *à Sanctiſſimo Romano Pontifice* ſit cognita, [δ] *& qualitates omnes* in illo concurrere certum ſit, quæ à iure, [c] & decretis huius ſanctæ Synodi in Epiſcopis, & Prælatis requiruntur, aliàs conceſſiones ſuper his factæ ſurreptitiæ eſſe cenſeantur.

a Cap. ad Apoſtolicā 8. q. 1. c. ex trāſmiſſa. & c. ad extirpandas ſucceſſiones de fil. preſbyter c. conſuluit de iurè patron. c. ad hæc dec. Conc. Rom. tempore Hilarij cap. 5.
b Sup. ſeſ. 21. de refor. c. 6. c. ſcripſit & c. quamuis 7. q. 2.
c Sup. ſeſſ. 20. de refor. c. 2. & ſeſſ. 7. de reform. c. 1. & 3.

1. VIde Vaſq. *in opuſc. de beneſic. cap. 2. §. 4. num. 204.* de acceſſu vide Galet. *in Margarita caſuum conſcientiæ, verb. acceſſus.* Azor. *inſtitut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 20.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. beneſic. lib. 6. quæſt. 5. ex num.* 111. vbi *n.* 115. ſubdit acceſſus eſſe ſublatos.

2. De regreſſu vide Mandoſ. *in tract. de ſignatura gratiæ, tit. regreſſus, & acceſſus,* Campeg. *in tract. de reſeruat. regreſſus,* Rebuff. *in praxi beneſic. tit. de regreſſus,* Flamin. Pariſ. *d. lib. 6. quæſt. 5. à princip.* vbi *num.* 96. refert conſtitutionem Pij V. incip. *Romani Pont.* quæ reuocat omnes regreſſus, acceſſus, & ingreſſus ſub quibuſcūque formis, & quibuſcunque perſonis, & quomodocunque conceſſis.

3. Decretum in præſenti intelligi de acceſſibus & regreſſibus per ceſſum, aut deceſſum, non autem de illis, qui ob non ſolutionem perſonis conceduntur, tradunt Mandoſ. *in reg. de impetr. beneſic. vac. per obitum, quæſt.* 31. *n.* 3. Flamin. Pariſ. *d. l. 6. q. 5. num.* 110. Ratio eſt, quia illi iam ſublati videbantur inducere votum captandæ mortis alienæ, arg. *cap. ne captandæ, de conceſſ. præbend. in 6.* & illo-

4. rum, quæ tradit Franc. Marc. *deciſ.* 288. *part.* 1. iſti verò nō ita, cùm per mortem titularis penſionarius non ſuccedat, nec ſit in manu & poteſtate volentis accedere, vel regredi, malè, vel bene operando efficere vt beneficiū ad ſe reuertatur, niſi obtinens recuſet penſionem ſoluere, aut illam nulliter, vel malè aſſignatam dicat, quod totum ab eo pendet, vnde Rota duplici ex iſto capite nō ſemel acceſſus & regreſſus canonizauit, & ſignanter apud Achil. *deciſ. 1. num. 2. de iureiur.* Verall. *deciſ.* 247. *part.* 1. *& deciſ.* 313. *part. 2. ead.* Rota *deciſ.* 631. *num.* 1. *part.* 1. *recent. & deciſ.* 286. *num.* 2. *part.* 2. *etiam recent. & in Meſſanen. regreſſus* 24. *Ianuarij* 1622. *coram bonæ mem. Vbaldo, & Cremonen. penſionis ſuper regreſſu* 23. *Iunij* 1623. *coram eod. & in Bracharen. acceſſus ad Theſaurariam* 22. *Iunij* 1629. *coram R. P. D. meo Pirouano,* vbi etiam fuit dictum Rotam non ſolere admittere huiuſmodi acceſſus & regreſſus, niſi concurrat nimia proteruia in denegante ſolutiones, aut aliter reſiſtente. Et Concil. *in præſenti* non tollere regreſſus & coadiutorias præteritas, ſed tantùm futuras poſt Concil. tenet Sanch. *in conſil. moral. tom. 1. lib. 2. cap. 1. dub. 15. in fine.*

a *In coadiutorijs quoque cum futura ſucceſſione.* ] Quia futura ſucceſſio abſque coadiutoria non datur per Papam propter expectatiuas prohibitas à Concilio *in præſenti,* vt ait Rota *deciſ.* 349. *num* 7. apud Farin. *part. 2. in poſthum.* & ſtante coadiutoria cum clauſ. *Ex nunc prout & tunc,* non datur vacatio, quæ cadat ſub regula menſium, Pute. *deciſ.* 100. *lib.* 2. Seraphin. *deciſ.* 1148. *num.* 2. Rota *deciſ.* 456. *num.* 11. *&* 12. *part.* 1. recentior, & coram Duran. *deciſ.* 12. *num.* 1.

De coadiutorijs cum futura ſucceſſione, vide Mandoſ. *in tract. de ſignatura gratiæ, verb. coadiutoriæ, & reg.* 11. 5.
*quæſt.* 5. *& reg.* 32. *quæſt.* 5. Campeg. *in tractatu de coadiutore Epiſcoporum,* Gambar. *de officio legati de latere lib. 5. cap. de coadiutoribus,* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 5. §. 9. cum ſeqq.* Camill. Portel. *in ſumm. omnium deciſ. tit. 9. de clerico ægrotante num.* 10. Quintanad. *Eccleſiaſt. lib. 2. num. 30. cum ſeq.* Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap.* 2. Monet. *de option. canon. cap. 4. quæſt.* 8. Melch. Phœbos *Luſit. deciſ. 2. num. 5. tom.* 1. latè Nicol. Garc. *de beneſic. part. 4. cap.* 5. vbi in addit. plura de nouo cumulat, Mendez de Vaſconcellos *diuerſ. iuris argument. lib. 4. cap.* 1. Ioan. Baptiſt. Valenzuel. *conſil.* 98. Campan. *in diuerſ. iuris. canon. rub. 7. cap. 6. num.* 102. *cum ſeqq.* Ludouic. à Sarauia *in tract. de iuriſdict. Adiunctorum q.* 29. Nouar. *in ſingularibus canon. concluſ.* 58. Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſiaſt. Hierarchia part. 3. diſput.* 14. §. 9. Lotter. *de re beneſic. lib. 2. quæſt.* 2.

Circa Archiepiſcoporum & Epiſcoporum coadiutores cum futura ſucceſſione Proſp. de Auguſt. ad Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. Archiepiſcopi auctoritas, auctor.* 6.
13. *num.* 12. *in fine,* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 1. cap. 1. num.* 10. & Campan. *d. cap. 6. num.* 107. referunt deciſum coadiutori cum futura ſucceſſione non licere ingredi ciuitatem pontificaliter, quia licèt ſit coadiutor cum futura ſucceſſione, ex quo tamen non habet ius in re, ſed ad rem, non debet recognoſci tamquam ſuperior & caput, ſed vti coaditor, & eo magis, quia contingère poteſt vt non ſuccedat in Epiſcopatu, ſed prior moriatur, item ipſum non debere vti Cruce in Diuinis, nec in functionibus Pontificijs, nec dum incedit per Vrbem, cùm Crux ſit ſignum, & ornamentum dignitatis, & iuriſdictionis, & coadiutor vtraque careat, item coadiutorem Pontificalia in Eccleſia exercentem abſente Archiepiſcopo vti poſſe cappa, cùm ea ſit tantùm ornamentum Epiſcopalis dignitatis; præſente autem Archiepiſcopo vti debere Mantelleto, & Rochetto, nec licere vnquam coadiutori vti Mozetta & Rochetto, etiam abſente Archiepiſcopo, & hoc proprium ſit eius, penes quem eſt dignitas, & iuriſdictio, item coadiutorē non poſſe ſedere in ſede coadiuti, cùm vna ſedes non capiat duos, item Canonicos eſſe cōpellendos vt coadiutori Epiſcopo ſolēniter celebranti, & Pōtificalia exercenti ſemper aſſiſtant, alioquin indecorum videretur, ſi Epiſcopus ſine Canonicorū aſſiſtentia celebraret, nec non videretur eſſe cōtra decretū Concilij Trident. quod extenſiuè huic etiam caſui accōmodari poteſt, item Canonicos nō debere accedere ad circulos, cùm ipſi circuli denotent membrorum vnionē ad ipſum caput, & conſtat coadiutorem non debere eſſe

caput, item decere vt coadiutor Epiſcopus cõfeſſionem faciat cum Sacerdote Canonico celebrante, & vt idem quoque benedicat in fine Miſſæ ne populus Diuinis aſſiſtens benedictione Epiſcopali defraudetur, & jam eſt vſu receptum vt Epiſcopus benedicturus faciat etiam confeſſionem cum celebrante, item licere coadiutori, de licentia tamen Archiepiſcopi, benedicere populum, dum per ciuitatem incedit, item maximè decere, vt Canonici prodeant obuiam coadiutori Epiſcopi ad Eccleſiam pontificaliter accedenti ad oſtium Eccleſiæ, cumque deſcendentem ad idem oſtium deducere, immò eſſet valde commendandum, ſi nonnulli Canonici officij, & vrbanitatis gratia ad ipſius coadiutoris ædes accederent, item coadiutorem non habere facultatem largiendi indulgentias, & ſic eas Archiepiſcopi nomine, ſi quas Archiepiſcopus concedere voluerit, eſſe publicandas, refero Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſcopi part. 3. allegat.* 118. ſecundùm Lugdunen. impreſſ.

7. Coadiutores autem cum futura ſucceſſione inferiorum dignitatum, & beneficiorum, non ſunt beneficiarij interim dum viuunt coadiuti, nec habent ius in re, ſed ad rem, vt per Nauarr. *in cap ſi quando, de reſcript. pręl. 5. nu. 10. & in tract. de Orat. cap. 20. num.* 18. Ludouic. à Sarauia *in tract. de iuriſdict. Adiunctorum queſt. 29. nu. 44.* Rot. *deciſ. 456. num. 9. part. 1. recent.* quia coadiutoriæ huiuſmodi non ſunt verè & propriè beneficia, ſecundùm Abb. *in cap. de rectoribus, de clerico ęgrot.* Petr. Greg. *de re beneſic. cap. 11. num.* 2. Gonzal. Mendez de Vaſconcellos *diuerſor. iuris argumentor. lib. 4. cap. 1. num.* 8. Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 2. queſt. 4.* Gonzal. *d. gloſſ. 5. §. 9. num. 40. & 64. cum ſeqq.* Anton. Fabri *in theorica de re beneſic tit. de officijs & adminiſtrat. num. 20. cum ſeqq.* Sebaſt. Cæſar *in relect. de Eccleſiaſt. Hierarchia part. 3. diſput. 14. §. 9. à princ.* Nam Papa coadiutoriam concedendo non prouidet abſolutè de beneficio, illud abſolutè conferendo, ſed ad effectum prouidendi neceſſitati Eccleſiæ, Buratt. *deciſ.* 78.

8. Vnde coadiutorem Canonici cum futura ſucceſſione vocari Canonicum fictum, tradunt Gonzal. *d. gloſſ. 5. §. 9. num.* 107. Monet. *de option. canon. queſt. 8. num.* 143. Ludouic. à Sarauia *d. tract. de iuriſdict. Adiunctorum queſt. 29. num.* 33. Lotter. *d. lib. 2. queſt. 2. num.* 11. Rota *deciſ. 410. nu. 6. in princ. p.* 2. recentiſſim.

9. Per obitum enim coadiuti dicitur beneficium vacare, Pute *deciſ. 225. num. 3. lib. 3.* in correctis, Caualer. *deciſ. 116. nu.* 5. & coadiutoria poſt mortem coadiuti continet gratiam coadiutoris, ex Pute. *d. deciſ. 225. num. 6 lib. 3. & deciſ. 98. lib. 2.* Gonzal. *d. gloſſ. 5. §. 9. num. 53. & ſeq.* Monet. *d. q. 8. num.* 143. ac proinde non ſubiacet publicationi, Ludouic. à Sarauia *d. q. 29. num.* 25. licet enim ſit ſimilis reſignationi, eſt tamen quid diuerſum ab illa; Rot. *deciſ. 10. num. 3. lib. 3. p. 3 diuerſ.* Gonzal. *d. §. 9. num.* 69. Caualer. *d. deciſ. 116. num.* 4. Lotter. *d. lib. 2. queſt. 25. num.* 23.

10. Hinc prouenit quòd Coadiutor conſequi non poteſt fructus ex beneficio coadiuti, Nauarr. *conſil. 2. num. 3. de cleric. ęgrot.* Ludouic. à Sarauia *d. queſt. 29. num* 26 Rot. *deciſ. 285. lib. 3. p. 3. diuerſ.* ſed lucratur etiam diſtributiones quotidianas abſente coadiuto ad vtilitatem coadiuti, vt cenſuit ſacra Rituum Congregat. *in vna Colimbrien. 16. Septembris* 1606. *in dub. 6. & in alia Elboren. 15. Aprilis* 1606. Vide Trullench. *d. lib. 1. in Decalog. capitul. 8. dub. 6. num.* 3.

11. Et ideo quando coadiutor habet aliunde vnde ſe valeat decenter ſuſtentare, diſponitur nonnunquam quòd nihil prorſus percipere debeat de fructibus, nec de diſtributionibus, prout fuit in caſu, in quo Nauarr. conſuluit *d. conſ. 2. nu.* 3. & ſæpe aliàs fit; & interdum mandatur dari centum ducatos, & aliquando plus, vel minus, prout partes inter ſe conueniunt ante porrectam ſupplicationem, habita ſemper conſideratione, ne coadiutor egeat, refert Gonzal. *d. gloſſ. 5. §. 9. nu.* 96. quia aliàs coadiutor poſſet petere à coadiuto congruam ſuſtentationem, ſi deſeruiat vti coadiutor, Nauarr. *d. conſ. 2. num. 1. & 7. & de Orat. cap. 20. num.* 18. Nicol. Garc. *d. part. 4. cap. 5. in addit. ſub num. 130. dub.* 36. niſi aliud caueatur in coadiutoria huiuſmodi, in qua hodie conſuetum eſt poni clauſula, *quia partes ita conueniunt, quòd coadiutor non poſſit petere congruam, nec quicquam exigere, quouis titulo ratione coadiutoriæ,* vt ipſe teſtatur Garc. *vbi proximè,* ſubdens id procedere, etiam ſi non narretur coadiutorem habere beneficium, ſeu vnde ſe valeat ſuſtentare, quamuis ſi coadiutor ob paupertatem magnam, non valeat decenter ſeruire Eccleſię, poſſet excuſari à ſeruitio, nec principalis poſſet illum arctare, ſeu compellere, niſi dando ei aliquid, quo decenter & honeſtè valeat deſeruire.

Nec tenetur ad officium Canonicum recitandum, 12.
ſed proprietarius, vt tenent Campeg. *de coadiutore Epiſcopi num* 8. Nauarr. *in cap ſi quando pręl. 5. num. 10 de reſcript. & de Orat. cap. 20. num.* 18. Gambar. *de offic. Legati à latere lib. 4. num.* 285. Redoan. *de ſimon. part. 2. cap. 28. de Rectoribus.* Soar. *de Religion. tom. 2. tract. 4. lib. 4. cap. 22. num.* 19. Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moral. tract. 6. cap. 2. num.* 44. Azor. *inſtitut. moral. part. 1. lib. 10. cap. 4. queſt.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. num.* 41. Nicol. Garc. *de beneſic. part. 3. cap. 1. num.* 109. Malder. *de virtut. tract. 10. cap. 2. dub. 3. queſt.* 2. Oliuer. Bonart. *de oblig. Horarum Canon. lib. 2. cap. 4. num.* 26. Bonacin. *de Horis Canon diſputat. 1. queſt. 2. puncto 3. & num* 15. Squillante *de obligat. clericor. part. 1. à num* 14 Ludouic. à Sarauia *d. queſt. 29 num.* 24. Paul. Layman. *in Theologia morali lib. 4. tract. 2. cap. 5. num. 8. in fine.* Sebaſt. Cæſar. *dicta diſput. 14. §. 9. num.* 3.

Nec tenetur ad Fidei profeſſionem niſi cùm fuerit 13.
ſucceſſioni locus, vt contra Acoſtam de Andrada ad Bullam Cruciatæ, *queſt.* 73. reſoluunt Nicol. Garc. *de beneſic. part. 3. cap. 3 num.* 16. Ludouic. à Sarauia *d. queſt. 29. num.* 37. Trullench. *in Decalog. lib. 1. cap. 1. dub. 8. num.* 1. Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 61. num.* 13. me citato Squillante *de priuilegijs cleric. cap. 4. num.* 79.

Nec tenetur ad reſidentiam præciſam, ſed cauſati- 14.
uam, id eſt, vt de bonis ſuis ſatisfaciat pro intereſſentia non ſoluta; ita Gonzal. Mendez de Vaſconcellos *d. cap. 1. num.* 8. Gonzal. *d. gloſſ. 5. § 9. num.* 63. me citato Ludouic. à Sarauia *d. queſt. 29. num.* 27. etiam caſu, quo coadiutus propter infirmitatem, vel aliàs legitimè impeditus, non teneretur alioquin reſidere, aliàs enim amittentur diſtributiones quotidianæ, quæ punctantur coadiuto in damnum ipſius coadiutoris, vt cenſuit S. Rituum Congregat. *in Eboren. 15. Aprilis* 1606. *& in Patauina 8. Maij* 1617. *& in Ceneten. 4. Aprilis* 1620. Vnde Rota *deciſ. 276. nu. 3. part. 1.* recentior. reprobat Nauarr. *conſil. 2.* incip. *Preſuppoſito, nu. 4. de cleric. ęgrot.* reſoluentem coadiutorem non teneri reſidere, licèt poſſit, ſi velit, & addit Nauarrum hoc dicere, quia in illo caſu coadiutoria habebat circa reſidentiam, & ſeruitium verba facultatiua; poſſis, &c. non autem verba neceſſitatis, debeas & tenearis; deinde quia in caſu Nauarri nihil omnino erat coadiutori reſeruatum, ſecus quando plura emolumenta fuerunt attributa, demum quòd dictum conſilium Nauarri non videtur verum, quia ſecundùm illum intellectum gratia coadiutoriæ eſſet quodammodo ſimplex expectatiua, quæ per ſacrum Concil. prohibita eſt, refert nouiſſimè Theodoſius de Rubeis *ſingul. Rotę tom. 2. part. 3. verb. Nauarrus pag.* 203. vbi atteſtatur ſacram Rituum Congregat. reprobaſſe dictum conſilium Nauarri.

Nec lucratur diſtributiones excommunicato coadiu- 15.
to, Gonzal. *d. gloſſ. 5. §. 9. ex num.* 123. Ludouic. à Sarauia *dict. queſt. 29. num.* 38. Nicol. Garc. *d. part. 4. capitul. 5. num.* 86. vbi *numero* 85. ſubdit quòd ſi fortè coadiutori aliquid de fructibus, ſeu diſtributionibus aſſignatum ſit pro congrua, ſeu ſeruitio, vt aliquando fit, id ſibi poterit lucrari, non obſtante excommunicatione principalis, quæ ſibi, non alteri debet nocere. Sed pulcher caſus ſe offert reſoluendus. Conſtitutione Eccleſiæ Carthaginen. cauetur, vt quotieſcunque occurrerit, quod aliquis Capitularis eiuſdem Eccleſiæ carceretur, ſi repertus fuerit culpabilis, non lucretur fructus ſuæ præbendæ pro tempore, quo fuerit carceratus; verùm quia datur caſus, vt quandoque Capitulares prędicti habeant coadiutores, qui inſeruiendo diuinis interſunt durante carceratione dictorum Capitularium, ideo fuit dubitatum in ſacra Congregatione Concilij, an tales coadiutores inſeruientes poſſent lucrare fructus præbendæ pro præbendatis coadiutis pro tempore, qui dicti

corum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eorum coadiuti culpabiles reperti manſerint carcerati? Eadem S. Congregat. die 15. Decembris 1618. cenſuit coadiutum non poſſe percipere fructus prædictos.

16. Nec verè capit poſſeſſionem, niſi poſt ceſſationem coadiutoriæ, Rot. deciſ. 456. num. 6. part. 1. recent. Ludouic. à Sarauia d. quæſt. 29. num. 51. non enim ſufficit prima capta poſſeſſio viuente coadiuto, vt declarauit ſacra Rituum Congregatio in Patauina 30. Ianuarij 1616. & in d. Colimbrien. debet enim poſt mortem coadiuti noua capi, eadē ſacra Congregat. in Patauina 3. Iunij 1616. & ideo in vna Terulen. 21. Martij 1609. cenſuit quod coadiutor debet habere locum captæ poſſeſſionis poſt mortem coadiuti, & non locum captæ poſſeſſionis viuente coadiuto, & in alia Bergomen. 7. Auguſti 1627. cenſuit poſſeſſionem ab obitu coadiuti numerandam eſſe, quamuis prior poſſeſſio accederet ad annos 20.

17. Nec ei aſſignatur eadem ſedes principalis coadiuti, ſed ſedere debet vltimo loco poſt omnes Canonicos, pro vt deciſum referunt Gonzal. d. gloſſ. 5. §. 9. num. 101. & 109. cum ſeqq. Monet. de opt. canon. cap. 4. quæſ. 8. ex num. 141. Nicol. Garc. d. part. 4. cap. 5. ex num. 66. Sebaſt. Cæſar. d. §. 9. num. 6. Rot. dict. deciſ. 456. & deciſ. 637. part. 1. recent. Ludouic. à Sarauia d. quæſt. 29. num. 41. vbi tenet coadiutores antianitatem non à die eorum admiſſionis, ſed à ceſſationis coadiutoriæ die adipiſci. Hermoſil. ad Greg. Lop. gloſſ. 2. prol. part. 5. num. 22. & 23. Diana reſol. moral. part. 4. tract. 4. reſol. 88. Lotter. d. lib. 2. quæſt. 25 num. 37. & 38. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 106. num. 39. Aloyſ. Ricc. in praxi aurea reſol. 137. Contelor. de præcedent. num. 50. Mich. Ferrus de præced. Eccleſ. quæſt 15. num. 2.

18. Et quòd coadiutores viuentibus coadiutis ſedere debent in vltimo loco poſt omnes Canonicos, & quando aliquas functiones faciunt quæ pertinent ad ſuos coadiutos, vt cantare lectiones, præintonare Antiphonas, &c. pariter debent illas facere in nouiſſimo loco, cenſuit ſacra Rituum Congregat. in d. Colimbrien. 16 Septembris 1606. in 4. dub. & in Patauina 3. Decembris 1616. Brunduſin. 18. Martij 1617. Caſalen. 15. Iulij eiuſdem anni, & 10. Decembris 1619. Vicent. 18. Auguſti 1618.

19. Competit igitur precedentia Canonicis, quamuis poſteriùs prouiſis, niſi aliud in forma coadiutoriç caueatur, quacumque conſuetudine in contrarium non obſtante; eadem S. Congregat. in d. Colimbrien. 16. Septembris 1606. in 7. dub. Taurinen. 10. Nouembris 1612. & 3. Iunij 1614. Brunduſin. 18 Martij 1617. Elnen. 20. Aprilis 1619. Tiraſonen. 13. Iulij eiuſdem anni. Dertonen. & Cæſarauguſtana 26. Septembris 1620. Bellunen. 23. Ianuarij 1621. Trauiſin. 29. Maij eiuſdem anni, Calaritana 18. Auguſti 1629. vbi fuit reſolutum coadiutoribus nullam deberi ab alijs Canonicis prçcedentiam. Caſalen. 10. Decembris 1619. vbi fuit dictum ſtatutum Eccleſię Caſalen. diſponens quòd coadiutores gradatim aſcendant, & prçcedant poſteris Canonicis, vti iuri Canonico aduerſans ſeruandum non eſſe, ſed coadiutores poſt omnes ſedere debere. Et iterū in Elnen. 7. Auguſti 1621. fuit reſolutum coadiutori nō deberi eundem locum, quem vigore ſtatuti auctoritate Apoſtolica minimè confirmati, nec conſuetudinis haud legitimè prçſcriptç habebat tempore coadiuti, ſed illum cedere debere omnibus Canonicis proprietarijs ingreſſis durante eius coadiutoria.

20. Verùm vbi coadiutor in dignitate eſſet, abſente, vel impedito coadiuto ſuo præcedit omnibus Canonicis. Sac. Congreg. Rit. in Neritonen. 22. Octobris 1619. idemque prorſus ſtallum, quod coadiutus, ſi prçſens eſſet, obtineret, habere debet, vt cenſuit eadem ſac. Congregatio in Brunduſin. 29. Maij 1621. Vnde cùm Stephan. Guerrerius prouiſus de coadiutoria Archidiaconatus primę dignitatis Neritonen. quçſijſſet ab eadem ſacra Rit. Congregat. quo in loco debeat ipſe ſedere abſente Archidiacono coadiuto, itē an ad ipſum ſpectent functiones quas faceret idem Archidiaconus, ſi prçſens eſſet, eadem ſacra Rituum Congr. Eminentiſſ. Cardin. Creſcentio referente cenſuit coadiutori ſupradicto, iuxta formam litterarum coadiutoriæ, competere locum, ſeu ſtallum, in quo ſederet Archidiaconus coadiutus, ſi prçſens eſſet, necnō ad eundem coadiutorem ſpectare functiones, quas obiret idē Archidiaconus, ſi adeſſet, ſub die 12. Octobris 1619.

Nec intelligitur coadiutor comprehenſus in ſtatuto, quod ex aliqua cauſa iubilare facit Canonicos, eadem ſacra Congregat. in Elboren. 15. Aprilis 1606. in 3. dub. quicquid dicat Garc. d. cap. 4. num. 89. 21.

Nec ſibi optat, ſed coadiuto, Monet. de option. canon. quæſt 8. num. 152. Ludou. à Sarauia d. quæſt. 29. num. 31. & declarauit eadem ſacra Rituum Congr. in d. Colimbrien. 16. Septembris 1606. in 5. dub. 22.

Nec in ingreſſu debet fabricæ ſoluere, quod eſt conſuetum ſolui per Canonicos de nouo ingreſſos. Nicol. Garc. d. part. 4. cap. 5. num. 78. 23.

Nec poteſt eſſe iudex Apoſtol. ſeu delegatus Papæ, vel deſignari iudex ſynodalis, quia ex dicendis coadiutor non eſt verè Dignitas, ſeu Canonicus, quamuis ſit in ſeruitio Eccleſię, & ſic non habet qualitates cap. ſtatutum, de reſcript. lib. 6. ita contra Acoſtam de Andrada ad Bullam Cruciatæ quæſt. 75. reſoluit Nicol. Garc. d. p. 4. cap. 5. in addit. poſt num. 130. dub. 28. vbi ſubdit, propterea commiſſionem factam Dignitati non tranſire in eius coadiutorem, non ſolùm quando fuit expreſſum nomen proprium, ſed etiam quando non fuit expreſſum. 24.

Nec gaudet priuilegijs & indultis de percipiendis fructibus in abſentia, puta ratione ſtudij, aut lecturæ in aliqua Vniuerſitate, quibus coadiutus gaudere poteſt, ex multis adductis per Nicol. Garc. in d. addit. dub. 30. 25.

Nec tenetur ad onera Canonicorum iuniorum, licèt teneatur ad onera ſui coadiuti, quia licèt ſedeat poſt omnes Canonicos, id non eſt ex eo quòd ſit Canonicus iunior, ſed quia non eſt verè Canonicus, & fulget aliena dignitate, non propria. ita Nicol. Garc. in d. addit. dub. 33. & declarauit S. Rituum Congregat. in d. cap. Colimbrien. 16. Septembr. 1606. in 7. dub. vnde cenſuit in alia Elboren. 15. Aprilis 1606. quòd Canonicus iunior iuxta conſuetudinem Eccleſię debet ſupplere vices hebdomadarij abſentis, vel impediti, & non coadiutor, licèt ſedeat poſt vltimum Canonicum. 26.

Nec tenetur ad pœnas iudiciales, & quæ non haberent rationem mulctæ ordinariæ, impoſitas ob culpam coadiutoris, non obſtante ſtatuto contrario, quia eſſet iniuſtum, & contra ius, niſi fortè fuiſſet à Papa in ſpecie confirmatum, ita Nicol. Garc. in d. addit. dub. 34. in fine. 27.

Nec tenetur tempore conceſſionis coadiutoriæ habere Ordinem presbyteralem, vbi ſtatuto Eccleſiæ cautum fuerit, quòd Canonicus actu ſit Sacerdos tempore promotionis, ſed ſufficit habere Clericatum & legitimam ætatem ad Ordinem requiſitum, ita Caputaq. deciſ. 127. nu. 1. & 2. Gonzal. d. gl. 5. §. 9. Nicol. Garc. in d. addit. ſub dub. 23. 28.

Nec tenetur ſe promoueri facere intra annum ad Ordinem requiſitum, ſi nunquam reſedit, ſeu inſeruijt, quia coadiutus non vult, ex quo non habet exercitium coadiutoriæ, ſicut habens curam habitu, & non actu, nō tenetur ad ſacerdotium promoueri infra annum, vt diximus in tract. de Paroch. cap. 5. num. 29. ita Nicol. Garc. in d. addit. ſub die 23. verſ. modò; & ideo habilitas requiritur in coadiuto, nec hoc caſu illa coadiutoris ſufficeret, nam ſtante ſtatuto in Eccleſia Barbaſtren. quòd Canonici, qui infra annum non fuerint promoti ad ſubdiaconatum, amittant tertiam partem fructuum, & ſi infra alios duos annos non fuerint promoti ad Diaconatum, amittāt medietatem fructuum, & ſi infra alios duos annos non fuerint promoti ad presbyteratum, amittāt omnes fructus & diſtributiones, quæſitum fuit an coadiutor datus, Canonico non ordinato, vt ſuprà poſſit lucrari fructus & diſtributiones pro coadiuto, ſi ipſe coadiutus eſt ordinatus ad formam dicti ſtatuti? Sacra Congregat. die 1. Decembris 1629. cenſuit Canonicum ſupradictum coadiutum non lucrari fructus, nec diſtributiones mediante ſeruitio dicti coadiutoris. 29.

Nec poteſt ordinari ad titulum coadiutoriæ, Salzed. ad Bernard. in pract. c. 18. nu. 7. Gonzal. d. gloſſ. 5. §. 9. nu. 8. Monet. de option. canonic. cap. 4. quæſt. 8. nu. 169. Sebaſtian. Cæſar. d. §. 9. num. 4. & 9. Nicol. Garc. de benefic. part. 2. cap. 5. à numer. 132. vbi ſubdit poſſe quem ordinari ad titulum coadiutoriæ, ſi fortè ratione illius haberet 30.

con-

congruam, non tanquam ad titulum beneficij, ſed tanquam ad titulum penſionis.

31. Nec poteſt exercere officia ad quæ coadiutus electus eſt, nam in his quæ ſpeciali nominatione competunt coadiuto, non venit coadiutor, nec eum repræſentat, ita Nicol. Garc. *in addit. ad d. cap. 5. ſub num.* 88.

32. Nec eo abſente, vel non ſeruiente, amittit diſtributiones quotidianas Canonicus coadiutus, ſi per ſe deſeruiat, quia *in cauſa Vrbeuetana die 9. Septembris* 1628. ſacra Congregat. Concilij cenſuit diſtributiones quotidianas deberi Canonico coadiuto infirmo, abſente, vel non ſeruiente coadiutore.

33. In multis tamen coadiutori effectus veri beneficiarij tribuuntur, vt eſt ille quòd tenetur habitum & tonſuram clericalem deferre, & fori priuilegio gaudet, ita Nicol. Garc. *d. cap. 5 à num.* 97. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 2. tit. 19. de foro compet. num.* 26. Sebaſtian. Cæſar. *de Eccleſ. hierarchia diſput.* 14. §. 9. *num.* 8. Squillante *de priuileg. clericor. cap. 7. num.* 21. Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſcopi p. 2. alleg.* 12. *num.* 4. *&* 9.

34. Gaudet reg. de annali poſſeſſore, vt apparet ex formulis coadiutoriæ, Nicol. Garc. *dict. cap. 5. à numer.* 89. Gonzal. *dict.* §. 9. *à numer.* 118. & declarauit S. Rituum Congregatio *in d. Colimbrien. 16. Septembris* 1606. *in 3. dub.*

35. Et poteſt gaudere menſibus datis cauſa recreationis, & illos conſumere ſicut principalis; ita tamen quòd dies per vnum ipſorum conſumpti non poſſint per alterum aſſumi, ſed quoad ambos remaneant conſumpti. Ita Gonzal. *d.* §. 9. *num.* 13. *& ſeq.* Nicol. Garc. *d. cap. 5. num.* 79.

36. Et ægrotans, aut aliàs legitimè impeditus haberi debet pro præſenti, & lucratur ſicut lucraretur principalis, quando ipſe coadiutor erat actu ſeruiens tempore ſuperuenientis infirmitatis, ſeu impedimenti, alias poſſet dari locus fraudibus in detrimentum ſeruitij Eccleſię, ita dubitatum fuit à S. Congregatione Concilij *in vna cauſa Barbaſtren.* an coadiutus impedito, ſeu infirmo coadiutore teneatur inſeruire ſi habilis ſit ad effectum lucrandi diſtributiones? *die 9. Nouembris* 1630. S. Congr. cenſuit, ſi ex forma literarum Apoſtolicarum coadiuti nũquam teneantur horis Canonicis intereſſe, coadiutores quandiu aliqua ex tribus cauſis expreſſis *in c. vnico, de cleric. non reſid. lib. 6.* verè fuerint impediti, diſtributiones quotidianas lucrari, perinde ac ſi Diuinis intereſſent.

37. Poteſt inſeruire, & reſidere in Eccleſia excommunicato exiſtente principali, quia non inſeruit, nec agit nomine excommunicati, ſed nomine proprio, aut nomine Eccleſiæ, vt contra Gonzal. *dict.* §. 9. *num.* 128. reſoluit Nicol. Garc. *d. cap. 5. à num.* 83. vbi *num.* 85. ſubdit quod ſi fortè coadiutori aliquid de fructibus, ſeu diſtributionibus aſſignatum eſt pro congrua, ſeu ſeruitio, vt aliquando fit, id ſibi poterit lucrari, non obſtante excommunicatione principalis quæ ſibi, non alteri debet nocere, & *num.* 86. cum Gonzal. *vbi ſuprà num.* 123. reſoluit quod tunc coadiutor non poteſt lucrari pro coadiuto excommunicato, & ad eius commodum, & vtilitatem, per *cap. paſtoralis* §. *verùm, de appell.*

38. Et tenetur habere qualitates requiſitas ad obtinendam præbendam exemplo reſignatarij, vt per Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 4. quæſt.* 9. *num.* 19. Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. cap. 4. in fine.* Gonzal. *d. gloſſ.* 5. §. 9. *num.* 6. *&* 90. Monet. *d. cap. 4. num.* 151. *&* 155. Ludouic. à Sarauia *d. quæſt.* 29. *num.* 7. Campan. *in diuerſorio iuris Canon. rubric. 7. cap. 6. num.* 103. vbi quòd coadiutores huiuſmodi debent eſſe conſtituti in illa ætate, quę ad illud obtinendum beneficium requiritur, de quo etiam nouiſſimè Squillante *de priuileg. cleric. cap. 4 num.* 79.

39. Et ſic debet promoueri infra annum ex quo reſidet, & inſeruit ad Ordinem ſuæ præbendæ annexum, vt per Nicol. Garc. *d. cap. 5. in addit. ſub num.* 130. *dub.* 23. *verſ. modo.*

40. Extra Eccleſiam Cathedralem in abſentia coadiuti tanquam verus & proprius Canonicus cenſendus quoad pręeminentias veris Canonicis conuenientes, vt cẽſuit Sacra Rituum Congreg. *in Piſtorien. 15. Martij* 1608.

Et tenetur facere mentionem de obtentis beneficijs, 41.
quæ habet, ſaltem ratione futuræ ſucceſſionis, quæ ipſi conceditur, cùm ſit gratia beneficialis, ſeu de beneficio, Nicol. Garc. *in dict. addit. dub.* 38. vbi addit totam gratiam vitiari, & eſſe nullam ſi non fiat mentio de obtentis coadiutoris, quia licèt illa de ſe ſit diuidua, & ſeparabilis, tamen ex intentione Papæ, & ipſius coadiutoris eſt indiuidua.

Et quamuis non ſit in Sacris conſtitutus, poteſt omnia 42.
& ſingula facere, & exercere, quæ ſine paramentis ſacris cum cappa & cotta facere poſſet coadiutus ſi præſens eſſet; ſacra Congregatio *Rituum in Bononien. 19. Decembris* 1615.

Et ei tenentur Canonici inſeruire & miniſtrare, prout 43.
tenerentur inſeruire proprio Canonico coadiuto in omnibus functionibus canonicalibus; eadem S. Congreg. *in Caſalen. 10. Ianuarij* 1609.

Vtrùm autem coadiutor ſeruiens pro coadiuto de- 44.
beat exire de Capitulo in quo agitur de negotio ipſius coadiuti, ſolet in aliquibus in dubium reuocari, in quo videtur reſpondendum non debere exire, quia coadiutor non agit, nec inſeruit nomine coadiuti, licèt eum repræſentante, quatenus agit & inſeruit loco & vice illius, ſed agit & inſeruit nomine proprio, ſeu nomine Eccleſiæ, & ſic nihil impedit eum intereſſe & dare vocem in Capitulo, in quo tractatur de negotio coadiuti; vnde videtur quòd poſſet coadiutor dare ſuffragium, ſeu votare in electione præbendæ, quam prætenderet coadiutus & eſſet oppoſitor, & etiam pro eo ſuffragium dare; rurſus è conuerſo coadiutus bene poteſt intereſſe in Capitulo, & dare vocem, ſeu votum vbi agitur de negotio coadiutoris, niſi fortè tractetur de re ſpectante ad ipſam coadiutoriam, quæ particulariter etiam ſpectet ad ipſum coadiutum, ita Nicol. Garc. *d. part. 4. cap. 5. ex nu.* 103. Sebaſt. Cæſar. *d.* §. 9. *num* 12. vbi *num.* 13. exiſtimat non eſſe inconueniens, quòd ſimul poſſint in habitu canonicali intereſſe coadiutus, & coadiutor in proceſſionibus & Miſſarum ſolemnijs, principalis in loco ſibi debito, iuxta antiquitatem ſuam, coadiutor poſt omnes Canonicos, quicquid dicat Nicol. Garc. *dict. cap. 5. ex num.* 107. cuius fundamentum, quòd vnum tantùm Canonicatum repræſentant, ſolùm concludit ne duplicem vocem habeant, vel duplices lucrentur diſtributiones, non quoad intereſſentiam, quæ diuerſis reſpectibus vtrique conuenit, vni tanquam vero Canonico, alteri tanquam coadiutori, ſicut nihil inconuenit, quòd in eadem Eccleſia Rector principalis vt talis, & Vicarius vt Vicarius intereſſe valeant, & vſu receptum videmus in Epiſcopo & eius Vicario generali.

β *Cauſa prius*, &c.] Quæ autem ſint cauſæ, propter 45.
quas coadiutores Epiſcopis concedendi ſunt, refert Pariſ. *de reſignat. lib. 7. quæſt. 20. num. 14. cum ſeqq.*

γ *A Sanctiſſimo Romano Pontifice*, &c.] Huiuſmodi coa- 46.
diutorias cum futura ſucceſsione ſolùm Romanum Pontif. & non alium, licèt ſit Legatus, ſeu Nuncius, poſse concedere tradunt Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 6. quæſt. 5. num. 15. & lib 7. quæſt. 20. num.* 14. Gonzal. *dict.* §. 9. *num.* 91. Monet. *de diſtribut. quotid. part. 2. quæſt. 1. num.* 33. Nicol. Garc. *d. part. 4. cap. 5. num* 19. Campan. *in diuerſ. iuris Canonic. rub. 7. cap. 6. num.* 105. *prope fin.*

δ *Et qualitates omnes*, &c.] Qualitates requiſitas ad ob- 47.
tinendam prebendam requiri ad conſequendam coadiutoriam, tradunt Doctores ſupra citati *n.* 20. & quòd debeant eſſe conſtituti in illa ætate, quæ ad illud obtinendum beneficiũ requiritur, obſeruat Campan. *d. c. 6. n.* 103.

Epiſcopis dandum eſſe coadiutorem ſufficientem 48.
habentem qualitates paſtorali officio requiſitas, tradit Flamin. Pariſ. *d. q. 20. num.* 15. bene obſeruans in euentu, quòd talis coadiutor detur circa temporalia propter dilapidationem, debere eſſe prouidum, & fidelem, & ſcire ea bene diſpenſare; ſi verò circa ſpiritualia, aduertendum vt ſciat prouidere ſaluti animarum.

*In*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

### *In hoſpitalibus hoſpitalitas exerceatur, & vbi non poterit exerceri ob defectum peregrinorum, fructus illi deſtinati ad hoſpitalitatem applicentur alicui operæ piæ, niſi aliter in fundatione ſtatutum fuerit.*

## CAPVT VIII.

1 *Hoſpitalitas laudanda, & amplectenda.*
2 *Hoſpitalitatem qui teneantur præſtare, cogive poſſint ad illam.*

ADmonet ſancta Synodus quoſcumque Eccleſiaſtica beneficia, ſæcularia, ſeu regularia, obtinentes,[a] vt hoſpitalitatis officium, à ſanctis Patribus frequenter commendatum, quantum per eorum prouentus licebit, promptè, benigneque exercere aſſueſcant, memores, eos, qui hoſpitalitatem amant,[b] Chriſtum in hoſpitibus recipere. *α Illis verò*, quæ hoſpitalia vulgo nuncupata, ſeu alia pia loca, ad peregrinorum, infirmorum, ſenum, pauperumve vſum præcipuè inſtituta, in commendam, adminiſtrationem, aut quemcumque titulum, aut etiam Eccleſijs ſuis vnita, obtinent, vel ſi Eccleſiæ parochiales, hoſpitalibus fortè vnitæ, aut in hoſpitalia erectæ, earumque patronis in adminiſtrationem conceſſæ ſint, præcipit omnino, vt impoſitum illis onus, officiumve adminiſtrent, atque hoſpitalitatem, quam debent, ex fructibus ad id deputatis actu exerceant[c], iuxta Conſtitutionem Concilij Viennenſis, aliàs in hac eadem Synodo ſub fel. rec. Paulo III. innouatam, quæ incipit, Quia contingit. *β Quod ſi hoſpitalia* hæc ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum perſonarum genus ſuſcipiendum fuerint inſtituta, nec in loco, vbi ſunt dicta hoſpitalia, ſimiles perſonæ, aut perpaucæ reperiantur, mandant adhuc, vt fructus illorum in alium pium vſum, qui eorum inſtitutioni proximior ſit, ac pro loco & tempore vtilior, conuertantur, prout Ordinario cum duobus de Capitulo, qui rerum vſu peritiores ſint, per ipſum deligendis, magis expedire viſum fuerit: niſi aliter fortè, etiam in hunc euentum, in eorum fundatione, aut inſtitutione fuerit expreſſum, quo caſu, quod ordinatum fuit, obſeruari curet Epiſcopus: aut, ſi id non poſſit ipſe, prout ſuprà, vtiliter prouideat. Itaque ſi prædicti omnes, & ſinguli, cuiuſcumque Ordinis, & religionis, & dignitatis, etiam ſi laici fuerint, qui adminiſtrationem hoſpitalium habent, non tamen regularibus ſubiecti, vbi viget regularis obſeruantia, ab Ordinario moniti hoſpitalitatis munus adhibitis omnibus, ad quæ tenentur, neceſſarijs, re ipſa obire ceſſauerint, non ſolum per Eccleſiaſticas cenſuras, & alia iuris remedia ad id compelli poſſint: ſed etiam hoſpitalis ipſius adminiſtratione, curave perpetuò priuari poſſint, alijque eorum loco ab ijs, ad quos ſpectabit, ſubſtituantur. Et prædicti nihilominus, etiam ad fructuum reſtitutionem, quos contra ipſorum hoſpitalium inſtitutionem perceperunt, quæ nulla eis remiſſione, aut compoſitione indulgeatur, in foro conſcientiæ teneantur, nec adminiſtratio, ſeu gubernatio huiuſmodi locorum vni & eidem perſonæ vltra triennium deinceps committatur, niſi aliter in fundatione cautum reperiatur; non obſtante, quo ad omnia ſupradicta, quacunque vnione, exemptione, & conſuetudine in contrarium, etiam immemorabili, ſeu priuilegijs, aut indultis quibuſcumque.

a Cap. 1. & c. quieſcimus 42. diſt. cap. Archidiaconum 85. diſt. c. volumus 89. diſt. cap. quia ad fin. & cap. in of. 1. q. 2. cap. quoniam 16. quæſt. 1.
b Matth. 25.
c Clem. quia contingit. de relig. domib. & ſup. ſeſſ. 7. c. vlt.

1. VIde nouiſſimè Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo Iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſtit. 16. pag. 161. cum ſeqq.* vbi dicit *Clem. quia contingit, de relig. domib.* innouari per decretum Concil. *in præſenti*, & vnum ac alterum multipliciter explicat ac interpretatur. Hoſpitalitatem laudandam, amplectendam, & mandandam eſſe, multis S. Scripturæ & Sanctorum Patrum auctoritatibus probo, Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi part. 1. tit. 3. gloſſ. 9. ſuper verb. hoſpitalem.* Vide etiam Caſſ. *in Catalogo gloriæ mundi, p. 11. conſid. 46.* Coſin. *in pragm. Sanctorum, in proœm. §. nam Eccleſiarum, in gloſſ. hoſpitalitas §. 36.* Chopin. *de ſacra politica lib. 3. tit. 5. à princip.* Illuſtriſſimus D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad ſum. diſt. 42. nu. 1. pag. 315.* & ad hoc propoſitum elegantia ſunt verba Stephani VVeyms *d. conſtit 16. num. 1. pag. 170.* quæ ſequuntur. *Neque enim ſine ratione Deus paupertatem inter homines conſtituit, cum per eam quiſque ſibi viam ſternere poſſit in cœlum, illi quidem qui eiuſdem miſerias ſuſtinent per patientiam: alij verò qui largitatis diuinæ rore affluunt per liberalitatem, diuitias ſuas egenis participando, indeque meritum ſibi comparando: nam præterquam quod ad hanc participationem natura ipſa per compaſſionem nos moueat, ratio quoque nos obligat & impellit, vt non immeritò* D. Ambroſ. ſerm. 8. ſup. verb. Euang. *eum qui indigentibus denegat, dum abundat, eodem loco habuerit, quo ſunt illi qui alteri habenti ſuum auferunt: vnde Chriſtus etiam Saluator noſter docuit* Lucæ cap. 12. *eum, qui vult perfectus eſſe, debere vendere omnia, quæ habet, & dare pauperibus: ſic commendans hoſpitalitatem, & eleemoſynam tanquam veram medelam ad remiſſionem peccatorum,* cap. 1. diſt. 42. *Illiuſque exemplo ſubſequentes Apoſtoli & diſcipuli diligentiſſimè ſemper charitatis opera, & pauperum memoriam commendarunt*, teſte D. Paulo ad Hebr. cap. 13. *hoſpitalitatem nolite obliuiſci. Etenim per illius pium exercitium aliqui Deo ita placuerunt vt etiam Angelos hoſpitio recipere promeruerint, prout de Abrahamo & Loth legimus* Geneſ. cap. 18. & 19. *Et è contra refertur viduam fuiſſe prohibitam recipi in Eccleſia, quæ pauperes hoſpitio non receperat* 1. ad Timoth. c. 5. cap. quomodo 31. quæſt. 1. *Quamobrem obſeruare licet ab omni ferè æuo vſitatum fuiſſe vt homines deuoti & pij charitatis operibus vt plurimum ſeſe dederint, tum per alimentationem pauperum peregrinorum, & miſerabilium perſonarum, tum etiam per fundationes locorum & hoſpitiorum, in quibus ſimiles perſonæ refici ac foueri poſſent, quæ quidem loca ex ipſo hoſpitalitatis actu, qui in ijs conſueuit exerceri, hoſpitalia paſſim fuerunt nuncupata,* cap. dilecti. de appell. *& quandoque etiã eleemoſynariæ ab ipſa eleemoſynarum elargitione,* &c. Hactenus Steph. VVeyms.

Qui teneantur, cogive poſſint ad illam præſtandam, 2.
tradunt Caſſ. *in Catalogo gloriæ mundi p. 11. conſid. 46.* Corduba de Lara *in l. ſi quis à liberis, §. & ſi impubes, num. 37. ff. de liber. agnoſc.* Fuſcus *de Viſitat. lib. 2. c. 13.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 6. princip. num. 8.* Tiraq. *de pœnis tempor. cauſa 44. ex num. 10.* Menoch. *de arbitr. caſu 182. nu. 43.* Auendan. *de exequend. mandatis lib. 2. cap. 8.* Azeued. *l. 7. num. 1. & 5. tit. 3. lib. 1. nouæ recopil.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 3. nu. 37.* Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Eccleſiaſt. quæſt. 152.* meipſum *in collect. ad cap. 1. de empt. & vendit.*

*α Illis verò*, &c.] Aduertit Stephan. VVeyms *d. num. 28. & 29.* præcipere Concilium adimpleri onus, officium, & ho-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& hoſpitalitatem ex fructibus ad eam deputatis per eos, qui hoſpitalia, ſeu alia huiuſmodi pia loca obtinent in commendam, adminiſtrationem, aut quemcunque titulum, etiamſi fuerint vnita Parochialibus; nec patitur fructus hoſpitalium in alium vſum conuerti quàm ex primæua fundatione deſtinati ſunt.

ß *Quòd ſi hoſpitalia*, &c ] Vide Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 84. art. 2. verſ. ſecundùm*, Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. hoſpitale*, §. 8. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part. 5. collect. 1655.*

Comprehendit hoſpitale, cuius à 30. annis & citra collatio & inſtitutio in perpetuum titulum adminiſtrationis dari conſueuit, quia Concil. excipit vnum caſum dumtaxat quando aliter in fundatione cautum eſt, vt refert deciſum Nicol. Garc. *de benefic. part. 1 cap. 3. num. 9.* vbi *nu. 11.* quòd loquitur in adminiſtrationibus hoſpitalium, non autem aliorum piorum locorum. Steph. VVeyms *d. loco nu. 32.* vbi dicit ideo in præſenti prohiberi vt deinceps vni, eidemque perſonæ adminiſtratio ſeu gubernatio eiuſmodi hoſpitalium ac piorum locorum committi non poſſit vltra triennium, niſi in ipſa fundatione aliter cautum reperiatur, quia ex maiori temporis anguſtia, ſeu limitatione minor ſolet eſſe occaſio ambiendi, cùm nemo facile ſit appetiturus quod præuidet diu non duraturum: & quia ſynodus nullam voluit conſuetudinē quamtumuis immemorabilem obſtare huic decreto de non committenda vni, eidemque perſonæ adminiſtratione pij loci vltra triennium, cenſuit S. Congr. hoc eodem decreto contineri hoſpitale, cuius collatio, vel inſtitutio dari conſueuit in titulum perpetuum à trecentis, & citra annis, nam per expreſſionem vnicæ illius exceptionis intelligitur generaliter ſuo decreto comprehendiſſe omnes alios caſus, quibus committi non poſſit adminiſtratio vltra triennium.

---

*Iuſpatronatus prætenſum probetur ex fundatione, vel donatione, ſiue ex multiplicatis præſentationibus. Vniuerſitates, & Communitates pleniorem probationem faciant, ex præſumptione, quæ habetur contra illos. Epiſcopi præſentatos à patronis non idoneos repellant, & illorum examinatio ad ipſos Epiſcopos ſpectat.*

## CAPVT IX.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Iuriſpatronatus titulus non probatur ſufficienter per ſolam confeſſionem ſupplicantis.*
3 *Iuriſpatronatus titulus cenſetur probatus ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimū temporis curſum, qui hominum memoriam excedat.*
4 *Etiamſi nullum inſtrumentum fundationis, vel dotationis oſtendatur.*
5 *Præſentationes multiplicatæ quæ dicantur.*
6 *Iuſpatronatus probatur ex præſentationibus, per ſpatium centum annorum effectum ſortitis.*
7 *Iuſpatronatus dicitur probatum ex fundatione, & dotatione ſi conſtet de præſentationibus per centum annos effectum ſortitis.*
8 *Antiquum quod dicatur in materia probationis.*
9 *Antiqui probatio ſi fiat per ſcripturas, & inſtrumenta, centum anni requiruntur, per teſtes verò 60. ſufficiunt.*
10 *Centenariȩ effectum non tollit defectus modici temporis.*
11 *Tempus immemoriale quomodo probetur.*
12 *Teſtes debent eſſe 54. annorum ad probandum tempus immemoriale.*
13 *Immemorialis per teſtes minimè dicitur ſufficienter articulata ſi teſtes non dicant quòd non audierunt, nec viderunt contrarium.*
14 *Immemorialis vt conficiatur tam in teſtibus, quàm in inſtrumentis concurrere debent anni elapſi vſque ad terminum controuerſiæ motæ.*
15 *Tempus litis deducendum eſt tam in inſtrumentis, quàm in teſtibus quando quæritur an ſit de antiquo.*
16 *Immemoriales, ſeu continuatæ præſentationes non ſuffragantur quando conſtaret de initio inualido.*
17 *Iuſpatronatus quando præſumitur ex priuilegio, & adeſt immemorabilis, illa nihil prodeſt.*
18 *Iuſpatronatus ex priuilegio Epiſcopi, in cuius pacifica poſſeſſione extiterunt prȩſentati per 40. annos, nihil prodeſt.*
19 *Lis quando eſt inter compræſentatos non requiritur rigor in probatione iuriſpatronatus.*
20 *Iuſpatronatus poteſt præſcribi ab vno contra alium compatronum ſpatio 40. annorum cum titulo colorato.*
21 *Iuriſpatronatus circa probationem nihil alterat Concil. in perſonis priuatis.*
22 *Quadragenaria probatur etiam vnica præſentatione ſi prȩſentatus per 40. annos fuerit in poſſeſſione.*
23 *Fama ſola non probatur iuſpatronatus.*
24 *Enunciatiuæ centum annos, & hominum memoriam excedentes probant iuſpatronatus.*
25 *Ordinariorum enunciatiuis multum defertur in probatione iuriſpatronatus.*
26 *Inſigna alicuius familiȩ ſculpta in Eccleſia probant iuſpatronatus.*
27 *Iuſpatronatus probatur ex denominatione capellæ.*
28 *Iuſpatronatus probatur ex inſcriptione antiquiſſima in Eccleſia.*
29 *Iuſpatronatus probatur ex ſententia antiqua Epiſcopi.*
30 *Iuſpatronatus probatur ex litteris iuſtitutionalibus Antiſtitum.*
31 *Iuſpatronatus non probatur ex certo ſubſidio alicui præſtito tanquam patrono.*
32 *Habet locum in Eccleſijs receptitijs.*
33 *Perſonæ potentes quæ dicantur.*
34 *Imperator.*
35 *Rex Aragoniæ.*
36 *Infans Portugaliæ.*
37 *Baro, aliuſque dominus iuriſdictionem temporalem habens.*
38 *Magnas.*
39 *Columnentes.*
40 *Sabelli.*
41 *Vrſini.*
42 *Caraccioli.*
43 *Nobiles Veneti.*
44 *Iuſpatronatus à qualibet familia potenti obtentum præſumitur ex vſurpatione acquiſitum.*
45 *Iuſpatronatus dicitur priuatorum ad effugiendam vſurpationis præſumptionem quando patroni non ſunt domini temporales loci, vbi fundatum eſt.*

46 *Abba-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

46 *Abbatis in iurepatronatus temporalem iuriſdictionem habentis non præſumitur vſurpatio.*

47 *Potentia ſola prætendentium iuſpatronatus abſque iuriſdictione non ſufficit ad præſumendam vſurpationem.*

48 *Iuriſpatronatus vſurpationis preſumptio ex quibus tollatur.*

49 *Iuſpatronatus ex vſurpatione acquiſitum præſumitur in Vniuerſitatibus, ſeu Communitatibus.*

50 *Etiamſi vniuerſitas, ſeu communitas parua ſit.*

51 *Iuſpatronatus ex vſurpatione acquiſitum non præſumitur ſi non totius Vniuerſitatis, ſed illius partis eſſe prætendatur.*

52 *Iuſpatronatus mixtum non præſumitur ex vſurpatione acquiſitum.*

53 *Iuſpatronatus priuatæ perſonæ, & familiæ potentis non præſumitur ex vſurpatione acquiſitum.*

54 *Quid ſi vna illius pars ſpectet ad vniuerſitatem Parochianorum, & alia ad alias priuatas perſonas.*

55 *Iuriſpatronatus vſurpatio quandoque non præſumitur.*

56 *Præſentationes continuatæ dicuntur ſi vna ſequatur aliam.*

57 *Spatium 50. annorum ſumit initium ab illo die, quo apparet factam fuiſſe primam præſentationem.*

58 *Præſentationes effectum ſortiri dicuntur ſi ſint confirmatæ.*

59 *Effectuatio probationum & prouiſionum factarum de beneficio tanquam vacante probatur per alterius obitum, vel per reſignationem.*

60 *Præſentatio non ſufficit vnica, licèt fuerit effectuata ſpatio 50. annorum.*

61 *Iuſpatronatus in perſonis potentibus probandum eſt per ſcripturas authenticas ſi illud prætendunt.*

62 *Authentica ſcriptura quæ dicatur.*

63 *Atteſtationes teſtium in antiquis actis ante Concil. redactæ cenſentur authenticæ ſcripturæ.*

64 *Teſtium probatio remanet excluſa in probatione iuriſpatronatus in quo præſumitur vſurpatio.*

65 *Enunciatiuæ Ordinariorum an & quando probent iuſpatronatus.*

66 *Scripturæ authenticæ ſi pretendantur deperditæ, non ſufficit illas probare per teſtes.*

67 *Potentia maior, vel æqualis in Ordinario non facit ceſſare formam traditam à Concil.*

68 *Iuſpatronatus ex priuilegio reuocatum eſt in totum, etiam cum quaſi poſſeſſione inde ſequuta.*

69 *Non loquitur de priuilegijs cōceſſis ex cauſa oneroſa.*

70 *Priuilegium quando dicatur conceſſum ex cauſa oneroſa.*

71 *Iurapatronatus ex priuilegio etiam cum ampliſſimis clauſulis conceſſa propter augmentum cadunt ſub reſeruatione.*

72 *Iuriſpatronatus in quaſi poſſeſſione exiſtens validè præſentat.*

73 *Iuriſpatronatus quaſi poſſeſſio acquiritur ex vnica præſentatione ſequuta inſtitutione.*

74 *Patroni debent perſonaliter & præſentialiter præſentare.*

75 *Beneficium iuriſpatronatus, quantumuis ſimplex ſit, & poſſit inferior ad illud inſtituere, requirit Epiſcopi examen.*

76 *Patroni beneficiorum non debent ſe in eorum fructibus intromittere.*

77 *Cognitio validitatis, vel inualiditatis iuriſpatronatus controuerſi ad Epiſcopum dumtaxat, non ad inferiores, qui ius habent inſtituendi, pertinent.*

78 *Patroni conſenſus an requiratur in permutatione beneficij iuriſpatronatus.*

79 *Reſignans beneficium de iurepatronatus, cùm ipſemet eſſet eiuſdem beneficij patronus, poteſt præſentare quem vult ad dictum beneficium.*

80 *Probationes oblatæ à patronis non poſſunt repelli vt eorum patronatus declarentur eſſe ex Concilio.*

81 *Vendentes de per ſe iura patronatus quam pœnam incurrant.*

82 *Comprehendit etiam hæc pœna ſe ingerentes in iuriſpatronatus fructuum perceptione.*

83 *Parochialis libera non poteſt vniri parochiali iuriſpatronatus.*

84 *Eccleſia libera quæ minatur ruinam, & habet tenuiſſimos redditus, poteſt vniri patronatę cum reſeruatione iuriſpatronatus.*

85 *Iura patronatus conceſſa à 40. annis citra Concil. debent reuideri ab Ordinario.*

86 *Iurapatronatus interim dum reuidentur per ordinarios patroni ſua quaſi poſſeſſione non ſunt priuandi.*

Sicuti legitima patronatuum iura tollere, piaſque fidelium voluntates in eorum inſtitutione violare, æquum non eſt: ſic etiam, vt hoc colore beneficia Eccleſiaſtica in ſeruitutem quod à multis impudenter fit, redigantur, non eſt permittendum. Vt igitur debita in omnibus ratio obſeruetur, decernit ſancta Synodus, vt titulus iuris patronatus ſit α ex [a] *fundatione, vel dotatione*, β *qui ex authentico documento*, & alijs iure requiſitis oſtendatur: γ *ſiue etiam ex multiplicatis preſentationibus* δ *per antiquiſſimum temporis curſum*, ε *qui hominum memoriam excedat*, ζ *aliaſve ſecundùm iuris diſpoſitionem*. η *In ijs verò perſonis ſeu communitatibus*, θ *vel vniuerſitatibus*, in quibus id ius ι *plerumque ex vſurpatione* potius quæſitum præſumi ſolet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur: nec immemorabilis temporis probatio aliter eis ſuffragetur, quàm ſi præter reliqua ad eam neceſſaria, præſentationes, κ *etiam continuatæ*, non minori ſaltem, quàm λ *quinquaginta annorum ſpatio*, μ *quæ omnes effectum ſortitę ſint*, ν *authenticis ſcripturis probentur*. ξ *Reliqui patronatus omnes* in beneficijs tam ſæcularibus, quàm regularibus, ſeu parochialibus, vel dignitatibus, aut quibuſcumque alijs beneficijs, in cathedrali, vel collegiata Eccleſia: ſeu facultates, & priuilegia conceſſa tam in vim patronatus, quàm alio quocumque iure nominandi, eligendi, præſentandi ad ea, cùm vacant, ο *exceptis patronatibus*, ſuper cathedralibus Eccleſijs, competentibus, & exceptis alijs, quæ ad Imperatorem & Reges, ſeu regna poſſidentes, alioſque ſublimes, ac ſupremos Principes, iura Imperij in dominijs ſuis habentes, pertinent, & [b] quæ in fauorem ſtudiorum generalium conceſſa ſunt, in totum prorſus abrogata, & irrita π *cum quaſi poſſeſſione* inde ſecuta intelligantur. Beneficiaque huiuſmodi tanquam libera à ſuis collatoribus conferantur: ac prouiſiones huiuſmodi plenum effectum conſequantur. [c] Adhæc liceat Epiſcopo, ρ *preſentatos à patronis,*

a Suprà ſeſſ. 14. de reformat. cap. 12. copiæ mentis, cum ſeq. 16. quæſt. 1. & cap. nobis de iur. patr.

b Nota pro c. 16. ſeſſ. 24.

c Suprà ſeſſ. 24. de reformat. c. 18. & ſeſſ. 14. de reform. c. 13.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*patronis, σ ſi idonei non fuerint, repellere. τ Quòd ſi ad inferiores reſtitutio* pertineat: ab Epiſcopo tamen, iuxta alia ſtatuta ab hac ſancta Synodo, examinentur: alioquin inſtitutio ab inferioribus facta irrita ſit, & inanis. *υ Patroni autem beneficiorum*, cuiuſcumque ordinis, & dignitatis, etiam ſi Communitates, Vniuerſitates, Collegia quæcumque Clericorum, vel laicorum exiſtant, in perceptione fructuum, prouentuum, obuentionum quorumcumque beneficiorum, etiam ſi verè de iurepatronatus ipſorum ex fundatione, & donatione eſſent, nullatenus, nullave cauſa, vel occaſione ſe intelligant, ſed illos liberè Rectori, ſeu Beneficiato, non obſtante etiam quacumque conſuetudine, diſtribuendos dimittant. *φ Nec dictum ius patronatus venditionis*, aut alio quocumque titulo in alios contra canonicas ſanctiones tranferre præſumant, ſi ſecus fecerint, excommunicationis, & interdicti pœnis ſubijciantur, & dicto iure patronatus, ipſo iure priuati exiſtant. *χ Inſuper acceſſiones*, per viam vnionis factæ de beneficijs liberis, ad Eccleſias iuriſpatronatui, etiam laicorum, ſubiectas, tam ad parochiales, quàm ad alia quæcumque beneficia, etiam ſimplicia, ſeu dignitates, vel hoſpitalia, ita vt prædicta beneficia libera eiuſdem naturæ cum ijs, quibuſcum vniuntur, efficiantur, atque ſub iure patronatus conſtituantur: hæ ſi nondum plenarium ſortitæ ſunt effectum, vel deinceps ad cuiuſuis inſtantiam fient: quacumque auctoritate, etiam Apoſtolica, conceſsæ fuerint, ſimul cum vnionibus ipſis per ſurreprionem obtentæ intelligantur: non obſtante quacumque in ijs verborum forma, ſeu derogatione quæ habeatur pró expreſsa: nec executioni amplius demandentur: ſed beneficia ipſa vnita; cùm vacauerint, liberè, vt antea, conferantur [d]. *ψ Quæ verò à quadraginta annis* citrà factæ, effectum & plenam incorporationem ſunt conſecutæ: hæ nihilominus ab Ordinarijs, tanquam à Sede Apoſtolica delegatis, *ω reuideantur, & examinentur*: ac quæ per ſurreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, ſimul cum vnionibus, irritæ declarentur, ac beneficia ipſa ſeparentur, & alijs conferantur. Similiter quoque patronatus quicumque in Eccleſijs, quibuſcumque alijs beneficijs, etiam dignitatibus antea liberis, acquiſiti à quadraginta annis citra, & in futurum acquirendi, ſeu ex augmento dotis, ſeu ex noua conſtructione, vel alia ſimili cauſa, etiam auctoritate Sedis Apoſtolicæ, ab ijſdem Ordinarijs, vti delegatis, vt ſuprà, qui nullius in his facultatibus, aut priuilegiis impediantur, diligenter cognoſcantur: & quos non repererint ob maximè euidentem Eccleſiæ, vel beneficii, ſeu dignitatis neceſſitatem legitimè conſtitutos eſſe, in totum reuocent: atque beneficia huiuſmodi ſine damno illa poſsidentium, & reſtituto patronis eo, quòd ab eis idcirco datum eſt, in priſtinum libertatis ſtatum reducant: non obſtantibus priuilegiis, conſtitutionibus, *αα & conſuetudinibus*, etiam immemorabilibus.

d Suprà ſeſſ. 7. de reform. cap. 6.

1. VIde Maſcard. *de probat. concl.* 956. *& concl.* 1216. Cabed. *de patronat Regiæ Coronæ, cap.* 6. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. part* 2. *cap.* 2. Card. Tuſch. *pract. concluſ. lit. I concl.* 617. Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. Iuſpatronatus* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.* 1, *eodem verb.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell gloſſ.* 18. *num.* 19. *cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. collect.* 58. 1558. 1576. *&* 1693. *& in praxi rerum fori Eccleſiaſt. reſol* 124. *cum ſeqq. in* 2. *edit. & in deciſion. Curiæ Archiepiſc. Neapolitan. part.* 1. *deciſ.* 161. Mantic. *deciſ.* 198. 208. 244. *&* 218. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib* 30. *tract.* 3. *num.* 210. Campan. *in diuerſorio iuris Canon. rub.* 11. *cap.* 13. *num.* 405. *cum ſeqq.* Viuian. *in praxi iuriſpatronat. part.* 2. *lib.* 11. *cap.* 5. *cum ſeqq. ſecundùm vltimam impreſſ.* Molfeſ. *in ſum. Theologiæ moralis tract.* 6. *cap.* 5. *ex nu.* 44. Seraphin. *deciſ.* 1103. 1120. 1141. *&* 1367. Monet. *de commut. vltim. volunt. c.* 10. *nu.* 210. *cum ſeqq.* Ioan. Anton. Maſſob. *in praxi habẽdi cõcurſum præl.* 7. *dub.* 3. *ex n.* 14. Nou. *in ſingul. concl.* 94. metipſum *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 3. *all.* 72. *n.* 20. *cũ ſeqq.* latè Ioan. Bapt. Coſta *de facti ſcient. & ignor. cent.* 1. *diſt.* 90. *per tot.* Alex. Trentacinq. *conſ.* 65. *per tot. vol.* 1.

*α Ex fundatione, vel dotatione.*] Hæc verba accipienda eſſe diſiunctiuè reſoluit Garc. *d. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 141. vbi addit quòd ſufficit alterutrum probare, ſcilicet vel titulum ex authentico documento, ſiue multiplicatas præſentationes. Quamuis ex hoc decreto ſolùm videatur conſeruari iuſpatronatus, quod procedit ex fundatione, vel dotatione alicuius Eccleſiæ, non tamen dicendum eſt quòd excludatur, quod competit ex eius conſtructione, Zerol. *in praxi Epiſcop. part.* 1. *verb. Iuſpatronatus,* §. 2. *verſic. tertio*, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 18. *à num.* 50. Nicol. Garc. *dict. cap.* 9. *numer.* 36. D. Felician. de Vega Archiepiſcop. Mexicanus *ad cap. quanto* 3. *de iudic. numer.* 15.

In Rota fuit ſemper reſolutum quòd diſpoſitio huius decreti, dum tenet quòd iuſpatronatus debet eſſe ex fundatione, & dotatione, locum habet tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio, Coccin. *deciſ.* 479. *num.* 2. Theodoſ. de Rubeis *in ſingularibus Rotæ p.* 2. *verb. iuſpatronat.* §. 8. *pag.* 60. Nicol. Garc. *de benef. p.* 3. *c.* 2. *nu.* 198. *& p.* 5. *c.* 5. *num.* 138.

*β Qui ex authentico documento*, &c.] Iuriſpatronatus titulum probari ex authentico documento fundationis, vel dotationis, non priuilegij, aut alterius qualitatis, vel accidentis intrinſecè aduenientis, per text. in præſenti reſoluunt Molfeſ. *d. tract.* 6. *c.* 5. *nu.* 44. Campan. *d. c.* 13. *num.* 403. Monet. *d. c.* 10. *num* 210. Ego ipſe *d. alleg.* 72. *num.* 21. Ricc. *de iurepatr. reſol.* 8. *&* 9. Rota apud Viuian. *poſt ſuam praxim iuriſpatron. deciſ.* 17. *num.* 1. *& in Albanen. Prioratus* 21. *Maij* 1603. *coram bonæ mem. Penia*, vbi fuit dictum quòd nihil pertinet quòd Concilium in præſenti ſuſtulerit priuilegia, quia non ſuſtulit ea, quæ proueniunt ex fundatione, vel dotatione legitimè probata, quod etiam tradit Nicol. Garc. *d. cap.* 9. *nu.* 142. vbi addit ad probandum tale priuilegium in limine fundationis non ſufficere immemorialem, iunctis multiplicatis præſentationibus, niſi probata fama talis priuilegij, alijſque concurrentibus requiſitis ſecundùm iuris diſpoſitionem.

2. Iuriſpatronatus titulus ad formam huius decreto non ſufficienter probatur per ſolam confeſſionem ſupplicãtis & narratiuam, quòd beneficium eſt iuriſpatronatus alicuius ex fundatione, & dotatione, vt refert deciſum Nicol. Garc. *de benefic. part.* 12. *cap.* ... *num.* 275.

3. *γ Siue ex multiplicatis præſentationibus.*] Ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, cenſeri titulum iuriſpatronatus probatum, ex hoc text. colligunt Menoch. *conſ.* 336. *& de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 90. *num.* 3. *cum ſeqq.* Maſcard. *de probat. concl.* 103. *num.* 9. Gonzal. *d. gloſſ.* 18. *num.* 44. *cum ſeqq.* Franc. Leo *d. c.* 6. *nu.* 3. Campan. *d. cap.* 13. *ex n.* 425. Viuian. *d. part.* 2. *lib.* 11. *cap.* 7. *num.* 2. Bornig. Caualcan. *part.* 2. *deciſ.* 17. *num.* 10. *cum ſeqq.* Alex. Trentacinq. *d. conſ.* 65. *num.* 1. Monet. *d. cap.* 10. *num.* 211. Molfeſ. *d. tract.* 6. *cap.* 5. *num.* 47. Ego ipſe *d. allegat.* 71. *num.* 28. Rot. *deciſ.* 148. *n.* 1. *& deciſ.* 211. *num.* 1. *p.* 1. *recent. & deciſ.* 674. *num.* 2. *p.* 2. *recent.*

4. Etiamſi nullum inſtrumentum fundationis, vel dotationis oſtendatur, & quamuis in dictis præſentationibus nulla appareat facta mentio fundationis, vel dotationis, ampliant deciſumque referunt Gonzal. *d. gloſſ.* 18. *num.* 46. Franc. Leo *d. cap.* 6. *n.* 3. Galet. *d. verb. iuriſpatronatus pag.* 145. *num.* 1. Molfeſ. *d. tract.* 6. *cap.* 5. *num.* 47. *in medio* nouiſſimè Alphonſ. de Leone *de officio Capellani quæſt.* 4. *praxi* 2. *num.* 46.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nu.46.cum ſeqq. Ego ipſe d.alleg.72.n.29. Aloyſ.Ricc.in deciſ.Curiæ Archiepiſc.Neap.p.4.deciſ.258.& in d.praxi fori Eccleſiaſt. reſol.127.n.1. vbi n.2.obſeruat probationes multiplicatas, quamuis interpellatas, & non ſucceſſiuas probare iuſpatronatus, maximè ſi probetur præfatas præſentationes effectuatas fuiſſe ob ſucceſſiuam præſentationem per obitum præſentatorum.de quo etiam Rota in Aliphana iuriſpatronatus 4.Iulij 1629.corā R.P.D.Ghiſlerio, ibi,nec releuat quòd non exhibeantur omnes præſentationes continuatæ, quia conſtito de duobus extremis, media poſſeſſio præſumitur.&c. refert Alphonſ.de Leone d.q.4.praxi 2.num.49.

5. Multiplicatæ præſentationes vt dicantur duas ſufficere,aſſerunt Caualcan.deciſ.17.n.14.p.2. Mari. Antonin. var. reſol.lib.1. reſol.109.n.37.Aloyſ.Ricc.in d.praxi fori eccleſ.reſol.127.in fin.Campan.d.c.13.n.425.quos refero Ego ipſe d. alleg.72. n.31. quibus addo Caſtr.Palao in opere morali tom.2. tract.13. diſp.2.puncto 3 num.4. Nouar.concl. 94. ſub num.9. Alphonſ. de Leone d. quæſt.4. praxi 2. num.48. Alex.Tretacinq.d.conſ.65.nu.1.

6. § Per antiquiſſimum temporis curſum.] Iuſpatronatus probari ex præſentationibus per ſpatium centum annorum effectum ſortitis, ex quibus præſumitur titulus fundationis,vel dotationis,reſoluunt Gonzal.ad regul.8.Cancel.gloſſ.18.n.44.Borg.Caualc.p.2.deciſ.17.n.8.Viuian.d.c.5. n.32. Rot. deciſ.211.n.1. p.1.recent.& deciſ.541.n.2.& deciſ. 674.n.2.p.2.recent.& in Florentina Capellæ 30.Maij 1616. coram R.P.D.Pirouano,apud Viuian.deciſ.61.n.2.& Burg.S.Donini iuriſpatronatus 20.Iunij 1622.coram R.P.D.Merlino,Caualer.deciſ.625.n.4.Burrat.deciſ.142.n.1.& deciſ.172.n.1. & deciſ. 181. nu.11. ead. Rota in d. Aliphana iuriſpatronatus, Alphonſ.de Leone d.q.4.praxi 2.n.46.cum ſeqq.Ego ipſe d.
7. alleg.72.n.35.nam iuſpatronatus dicitur probatū ex fundatione & dotatione, ſi conſtet de præſentationibus per centum annos effectum ſortitis, Caualer.deciſ.547.nu.1. Rot. in Parmen.Prioratus 23.Ianuarij 1621.coram bonæ mem. Dunozetto, & dicit Nicol.Garc.d.c.9.n.141.Iuſpatronatus ex ſolis præſentationibus continuis vltra hominum memoriam probari, ex fundatione & dotatione, licèt in eis nulla facta fuerit mentio de fundatione, vel dotatione.

8. Antiquum enim in materia probationis illud dici quod excedit centum annos, aſſerunt Duen.reg.299.n.7.Menoch.de arbitr.caſu 3.Brunor.à Sole in locis communib.verb. antiquitas 4.Maſcard.de probat.concl.103.ex n.1. Surd. conſ. 245.n.24.Franc.Leo in Theſauro fori Eccleſ.p.2.c.21. num.5. Mari.Antonin.d.lib 1.reſol.80.n.11.Gutier.conſ.1. n.5. Ceuall. commun. contra communes, q.302. n.9. Morla in emporio iuris p.1.tit.11.q.11.n.7.Farin.in praxi crimin.p.1.q.47.n.112. & p.2. q.69. n.142. Monet.d.c.10.n.212.Nicol.Garc de benefic. p.2.c.2. n.263.Rot.deciſ.520.521.& 584.p.4. diuerſor.

9. Antiqui igitur probatio ſi fiat per ſcripturas, & inſtrumenta,centum annos requiri, per teſtes verò ſexaginta ſufficere, obſeruat Flamin.de confident.q.28.n.235.& cenſuiſſe Rot.refert Nicol.Garc.de benefic.part. 5. c.9.n.92.& part.12.cap.2.num.265.Ego ipſe d.alleg.72.num.38.

10. Defectum modici temporis nō tollere effectum centenariæ, reſoluit Lotter.de re benefic.lib.2.quæſt.7.num.63.& fuit dictum in Burgi S. Donini iuriſpatronatus 9. Decembris 1622.coram R.P.D.Merlino,relata à Viuian.poſt praxim iuriſpatr. deciſ.17.num.4. & in d. Florentina capellæ; impreſſa per eundem deciſ.61.num.3.

11. ‡ Qui hominum memoriam excedat.] Ad probandum hoc tempus immemoriale ſufficere memoriam quadraginta annorum, & quòd de reliquo tempore teſtis deponat ſecundùm auditum & formam, per doctrinam gloſſ.cōmuniter receptæ in c.1. de præſcript. lib.6. tenent Balb. de præſcript. part.2.quintæ partis.quæſt.6.num.43.Cou. in reg.poſſeſſor. p.2. §.3.num.7.Maſcard.concl.1038.Ioan.Garc.de expenſis cap.9.num.9.Molin.de primogen.lib.2.c.6.n.31.alt.Molin. de iuſtit.tract.2. diſput.76.n.5.Monet.de decim.c.5.nu.77. Rot. in Sorana iuriſpatronatus 28. Aprilis 1603.& in Iacent. Parochialis 27.Iunij eodem anno coram Card.Pamphilio ſen.

12. Et teſtes debere eſſe ſaltem quinquaginta quatuor annorum, aſſerunt Brunor.à Sole in locis communib.verb. teſtis.20. Aloyſ. Ricc. in d.praxi fori Eccleſ.reſolut.128.Ego ipſe d.alleg.72.num.37.Rot.in d.Sorana.

13. Immemorialem per teſtes minimè dici ſufficienter articulatam, ſi teſtes non dicant quòd non audierunt, nec viderunt contrarium, fuit tentum in Rota coram Seraphin.deciſ.1367.num.1.Rota in d.Iacen.

Ad conficiendam huiuſmodi immemorialem tam in 14. teſtibus, quàm in inſtrumentis concurrere debere annos elapſos vſque ad terminum controuerſiæ motæ, & non tempus decurſum vſque ad Concilij publicationē, referunt deciſum Gonzal.d.gloſſ.18.num.89.Piaſec.in praxi Epiſc.part.2. cap.5.num.7. poſt princip.vbi etiam reſolutum aſſerit probata immemoriali præſumi probatum iuſpatronatus ex fundatione.

Tempus litis deducendum eſſe tam in inſtrumentis, 15. quàm in teſtibus quando quæritur an ſint de antiquo, cenſuit Rot.deciſ.185.ante num.1. part.1.& deciſ.233.in fine, part.4. diuerſ. & deciſ.160. ſub num.9 part.1.recent.& in Nouarien.bonorum 7.Iunij 1619.coram Card.Sacrato, atque etiā deducendum tempus prouiſionis Apoſtolicæ, tenuit eadem Rota non ſemel, vt conſtat ex allegatis in Aretina capellaniæ 18.Maij 1616.coram bonæ mem.Buratto, inter eius impreſſas deciſ.176.num.4.

Non ſuffragari immemorialem,ſeu continuatas præ- 16. ſentationes quando conſtaret de initio inualido à principio, vt ſi appareat quòd fuerit vſurpatum iuſpatronatus ex priuilegio, & non ex fundatione & dotatione, referunt deciſum Gonzal. d.gl.18.num.48. Piaſec.d.cap.6.n.7. verſ.non tamen,Mantica deciſ.318.ex num.1.Ego ipſe d. alleg.72.num.67.Rot.deciſ.548.num.2.part.2.recent.

Iuſpatronatus aliquod quando præſumitur ex priuile- 17. gio, vel conſtat de origine priuilegij, & adeſt immemorialis,illa nihil prodeſt,vt refert deciſum Nicol.Garc. d.part.5.cap... num.119.

Iuſpatronatus ex priuilegio Epiſcopi conceſſum,in cu- 18. ius pacifica poſſeſſione extiterunt præſentati patroni per 140.annos,nō prodeſt, cùm n. conſtet de titulo ex priuilegio inualido, centenaria poſſeſſio prodeſſe non poteſt ob malam fidem, ideoque per hoc decretum ſublatum, vt teſtatur reſolutum Nicol.Garc.d.part.5.cap.9.num.128.

Nec requiri eundem rigorem quando lis eſt inter 19. compræſentatos, qui non ſunt potentes, & Concilium in præſenti non grauare eos duriori probatione, ceſſante ſuſpicione vſurpationis iuriſpatronatus, reſoluit Caſſad. deciſ.2. num.5.de probat.& fuit dictum in Firmana iuriſpatronatus 21. Maij 1591.coram Orano, & in Florentina Capellæ 30.Maij 1616.coram R.P.D.meo Pirouano.

Vnde iuſpatronatus poteſt præſcribi ab vno contra 20. alium compatronum ſpatio 40. annorum cum titulo colorato, reſoluunt Lambertin.p.2.lib.1 art.5 q.11.prin. Galet.d.verb.iuſpatronatus pag.144.col.2. Gonzal.d.gl.18.n. 57. Franc.Leo d.cap.6.num.8.in fine. Mari.Antonin.d.lib.1. reſol.108.num.28.Ego ipſe d.alleg.72.num.68 Rot.deciſ.146. num.5. part.2.recent. & apud Poſtium poſt tract. mandati de manutenendo deciſ.239.num.10.

§ Aliáſve ſecundùm iuris diſpoſitionem.] Multis modis in 21. perſonis priuatis, & in quibus vſurpationis præſumptio non cadit, probatur iuſpatronatus, in illis enim Concil. in præſenti nihil alterauit circa huiuſmodi probationem. Rota deciſ.331.prop.fin.p.2.diuerſ.& deciſ.369.n.2.p.2.recent. Caual.deciſ.560.n.1.& in Florentina Capellæ 30. Maij 1616. coram R.P.D. meo Pirouano,impreſſa per Viuian.deciſ.61.n. 1.& affirmat Theodoſ. de Rubeis in ſingular.Rotæ verb.iuſpatronatus §.6. pag.59.to.2. Rotā ſæpe dixiſſe quòd in iurepatronatus priuatorū nihil per Conciliū Trid. ſit innouatū, & ideo remaneat ſub diſpoſitione Iuris cōmunis.

Et primò probatur ex præſentationibus per quadraginta annos effectum ſortitis, dummodo cū huiuſmodi quadragenaria poſſeſſione concurrat publica vox & fama, vel aliæ præſumptiones, quæ vim habeant famæ, Caſſad. deciſ.3. num.4.cum ſeqq. de probat. Achil.deciſ.6.eod. tit.Rot.deciſ.360.ex nu.8.& deciſ.694.n.6 p.2. rec corā Reuerendiſſimo D.meo Coccino deciſ.174.n.2 & in Lucana iuriſpatronatus de Podijs 26.Iunij 1619. coram bonæ mem. Dunozetto, & in Piſcien. capellæ 10. Iunij 1622. coram Card. Veroſpio, & in Auximana beneficiorum 6. Februarij 1623. coram R.P.D.meo Pirouano, Burat. deciſ.172. num.18. vbi num.2. fuit dictum prædicta procedere quando non conſtat de initio contrario, vel de præcedenti ſtatu libertatis,& deciſ.338.nu.1.

vbi in fine ſubdit quadragenariam, & famam copula-
tiuè requiri ad docendum de iurepatronatus, Quomodo
probetur fama in hoc caſu, vide Caſtr. Palao *d. tom. 2. diſp.*
*2. puncto 3. num. 6. verſ. ſexto,* Alphonſ. de Leone *d. q. 4. praxi*
*2. num. 66. cum ſeqq.*

22. Quòd ad probandam quadragenariam ſufficiat vni-
ca præſentatio ſi præſentatus per 40. annos fuerit in poſ-
ſeſſione, nec vnquam euenerit caſus nouæ preſentatio-
nis, gloſſ. *in verb. vno, vel pluribus, in cap. cùm de beneficio, de*
*prebend. in 6.* Federic. de Senis *conſ. 234. num. 4. in princip.*
*verſ. ad id quod quæritur,* Cardin. *conſ. 62. num. 8.* Achil. *deciſ.*
*5. num. 1. de iurepatr.* quos ſequuta eſt Rot. *in Bergomen. ca-*
*pellania 18. Maij 1629. coram R. P. D. Merlino.*

23. Vnde famam ſolùm non ſufficere tenuerunt Steph.
Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 310. nu. 80.* Aloyſ. Ricc. *in d. pra-*
*xi fori Eccleſ. reſol. 130. & d. Neapol deciſ. 274. num. 8. & 9. part.*
*4.* Mantic. *deciſ. 198. num. 4.* Nicol. Garc. *de beneſic. part. 5. c.*
*5. num. 40.* Ego ipſe *d. alleg. 72. num. 43. & ſeq.* Rot. *deciſ. 333.*
*num. 5. part. 1. recent. & deciſ. 235. num. 2. part. 2. recent.* Nam
ſola fama in antiquis ad probandum iuſpatronatus non
ſufficit, niſi quando adeſt longiſſima quaſi poſſeſſio præ-
ſentandi effectuata, Achil. *deciſ. 6. de iurepatron.* Caſſad. *de-*
*ciſ. 2. num. 4. de probat.* Pute. *deciſ. 60. num. 5. lib. 1. & deciſ. 35.*
*lib. 2.* Caualer. *deciſ. 159. num. 5.* & in alijs citatis à Theo-
doſ. de Rubeis *ſingular. Rotæ tomo 2. verb. iuſpatronatus, §. 4.*
*pag. 59.* Alexand. Trentacinq *d. conſil. 65. à nu. 8. vol. 1.* Quod
quidem intelligunt vt procedat quoad plenam probatio-
nem iuriſpatronatus, veluti ſi controuerſia eſſet cum
Ordinario; ſecus tamen quando non agitur principali-
ter, ſed incidenter, quia tunc ſufficiunt leuiores proba-
tiones, Mantic. *deciſ. 318. ſub num. 5. verſ. nec obſtat,* quem
citat Ferent. *in annot. ad deciſ. 111. Buratti num. 21.* citati per
me *d. alleg. 72. nu. 40. & 41.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep.*
*Neapol. deciſ. 274. num. 5. & deciſ. 306. p. 4.* Rot. *deciſ. 224. nu.*
*4. & 5. part. 1. recent.* Theodoſ. de Rubeis *vbi ſupra §. 1.*

24. Secundò probari iuſpatronatus per enunciatiuas cen-
tum annos, & hominum memoriam excedentes, reſo-
luunt Nicol. Garc. *d. cap. 9. num. 21.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Cu-*
*riæ Archiep. Neapol. p. 4. deciſ. 274. num. 5. & deciſ. 306.* Rot.
*deciſ. 224. num. 4. & 5. p. 1. recent.* Ego ipſe *d. alleg. 72. num. 40.*

25. *& 41.* Enunciatiuis enim Ordinariorum multum defer-
tur in probatione iuriſpatronatus, quia præſumuntur ſci-
re qualitates beneficiorum, & vtplurimum ſe reddunt
difficiles ad inſtituendum. Mantic. *deciſ. 318. num. 2. & de-*
*ciſ. 350. num. 3.* Coccin. *deciſ. 229. in fine, & deciſ. 230. num. 3.*
Rot. *deciſ. 518. num. 3. part. 1. recent.* dummodo ſint ſaltem
duę enunciatiuæ, quia regulariter enunciatiua vnica non
probat, etiam ſi ſit antiqua, Rot. *deciſ. 160. num. 6. & deciſ.*
*169. num. 2. part. 1. recent. & deciſ. 170. num. 3. part. 2. etiam re-*
*cent.* Et dummodo proueniant à diuerſis perſonis, & à
diuerſo fonte, quia ſi ab eadem perſona prouenirent, li-
cèt plures, pro vnica tantùm haberentur, Caputaq. *deciſ.*
*337. num. 6. part. 3.* Rot. *d. deciſ. 388. num. 1. part. 1. & d. deciſ.*
*289. num. 1. part. 2. diuerſ. & deciſ. 295. num. 7. p. 1. recent.* Bel-
tram. *ad Greg. deciſ. 407. nu. 6.* Et dummodo ſint enuncia-
tiuæ plurium inſtrumentorum à diuerſis Notarijs confe-
ctorum, Achil. *deciſ. 8. num. 2. de iurepatr.* Rot. *deciſ. 518. nu.*
*2. & 3. part. 1. recent.* & non emauerint à perſonis ſuſpectis,
& intereſſe habentibus. Rot. *deciſ. 405. num. 2. p. 1. recent.*
Et denique vbi enunciatiuę ſunt plures, & à diuerſis per-
ſonis non ſuſpectis emanatæ, & antiquiſſimæ, plenè pro-
bant iuſpatronatus, etiam contra tertium, Buratt. *deciſ.*
*807. num. 2.* Rot. *in nullius, ſeu Squillacen. iuriſdictionis 4.*
*Martij 1616. coram bonæ memoria Andrea, & in Burgi S. Donini*
*iuriſpatronatus 20. Iunij 1622. coram R. P. D. Merlino.*

26. Tertiò probari iuſpatronatus per inſignia alicuius fa-
miliæ ſculpta in Eccleſia, reſoluunt Lambert. *de iurepa-*
*tron. lib. 3. quæſt. 5. art. 4. num. 2.* Roman. *ſing. 480.* Menoch.
*de præſumpt. lib. 3. præſ. 90. num. 10. & præſ. 130. num. 31.* Caſtro
Palao *d. puncto 3. num. 6. verſ. quartò,* Seraphin. *deciſ. 552. nu.*
*2. & deciſ. 1141. num. 7.* vbi quod concurrentibus alijs ad-
miniculis plenè probent iuſpatronatus; Rot. *coram Reue-*
*rendiſſimo D. meo Coccino Decano deciſ. 230. n. 1.* & inter recen-
tiores *deciſ. 13. ſub nu. 3. ad fin. & deciſ. 518. nu. 5. p. 1. & deciſ.*
*548. n. 7. p. 2.* & fuit dictum *in Lucana iuriſpatronatus 26. Iu-*
*nij 1619. coram bo. me. Dunozetto,* apud Viuianum *poſt ſuam*
*praxim iuriſpatr. deciſ. 26. n. 15. & 16.* Intellige quando appa-
ret illa eſſe ita antiqua, prout eſt Eccleſia, vel capella, in
qua adſunt, adeò quòd non poſſit aſſignari alia cauſa, ob
quam fuerit appoſita, niſi in fundatione Eccleſiæ, aliàs
enim potuiſſent apponi ob reſtaurationem, vel ob elee-
moſynam, ex quibus iuſpatronatus non acquiritur, vt di-
cit Rot. *in Calaguritana præeminentiarum 17. Maij 1591. corā*
*Giptio, & deciſ. 230. nu. 1.* coram Reuerendiſſimo D. meo
Decano, & coram Card. Caualerio *deciſ. 159. n. 8.* licet ea-
dem Rot. *d. deciſ. 13. ſub n. 3. p. 1. recent.* dixerit quòd licèt in-
ſignia non appareant adeò antiqua, vt dici poſſit fuiſſe
appoſita in fundatione, nihilominus ſuffragantur ad pro-
bationem iuriſpatronatus; quia prȩſumuntur per patro-
nos appoſita ad conſeruationem ſui iuris.

Quartò probari iuſpatronatus ex denominatione ca- 27.
pellæ alicuius familię, cenſuit Rot. *deciſ. 694. num 6. p. 2. re-*
*cent.* Et quando Epitaphia, ſeu litterę ſcriptę in lapidibus
Eccleſię mentionem faciunt de familia. Lambertin *de iu-*
*repatron. p. 2. art. 4. quæſt. 10. princ. lib. 2. nu. 11.* Maſcard. *concl.*
*958. num. 28.* Salgado *d. cap. 10. num. 276.*

Quintò probari iuſpatronatus ex inſcriptione antiquiſ- 28.
ſima in Eccleſia, reſoluunt Franc. Leo *d. cap. 6. nu. 4.* Lam-
bertin *d. tract. lib. 2. part. 2. art. 9. q. 10.* Ferret. *conſil. 293. nu. 9.*
*lib. 2.* Hieronym. Gabr. *conſil. 196. num. 9. lib. 2.* Menoch. *de*
*præſumpt. lib. 6. præſ. 73. num. 7.* Salgado *d. cap. 10. num. 275.*
Aloyſ. Ricc. *in d. praxi fori Eccleſ. reſol. 125. num. 3. in fine.* Ni-
col. Garc. *d. cap. 9. num. 91.* Molleſ. *d. tract. 6. cap. 5. num. 46.*
Ego ipſe *d. allegat. 72. num. 50.* Rot. *deciſ. 374. num. 7. part. 2.*
*recent. & in Mutinen. plebis 24. Nouembris 1623. coram Reue-*
*rendiſſimo D. meo Coccino.*

Sextò probari iuſpatronatus ex ſententia antiqua Epi- 29.
ſcopi, qua iudicauit ad præſentationem alicuius patroni
beneficium pertinere, tenent Pute. *deciſ. 237. lib. 2.* in cor-
rectis. Hieron. Gabr. *conſil. 198. num. 4. lib. 2.* Aloyſ. Ricc. *in*
*d. praxi reſol. 125.* Rot. *in Florentina Canonicatus 11. Decem-*
*bris 1615. coram bonæ mem. Buratto,* inter eius impreſſas *de-*
*ciſ. 142. num. vltim.* Seraphin. *deciſ. 1141.* idem Aloyſ.
Ricc. *in tract. de nouiſſima probat. iuriſpatronatus reſol. 126.*
*à num. 1. & reſol. 233. à princip.* Lotter. *de re benefic. lib. 2.*
*quæſt. 13. nu. 152.* Ciarlin. *forenſ. controuerſ. lib. 1. cap. 5. nu. 5.*
*cum ſeqq.* vbi *num. 10.* ſubdit quòd ſi ſemel lata ſit ſen-
tentia cum magna cognitione cauſæ, & fabricato pro-
ceſſu ſuper probatione iuriſpatronatus, ſi denuo contin-
gat vacatio, non erit ampliùs elaborandum. Antiquum
autem exiſtimari quoties quadraginta retro annis com-
pletis lata fuerit, dicit Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*
*310. ex num. 90.* quem refero Ego ipſe *d. alleg. 72. num. 49.*

Septimò probari iuſpatronatus ex litteris inſtitutio- 0.
nalibus Antiſtitum, quibus atteſtantur beneficium ad
præſentationem alicuius patroni pertinere, reſoluunt
Flamin. *de reſignat. lib. 8. quæſt. 11. num. 38.* Mari. Antonin.
*var. reſolut. lib. 1. reſolut. 80. numer. 1.* Ego ipſe *d. allegat. 72.*
*num. 47.* Rot. *deciſ. 376. & 1447. lib. 3. part. 3. diuerſ.* quamuis
aliqui beneficiati fuerint admiſſi vigore prouiſionum
Apoſtolicarum, quę non mutant ſtatum iuriſpatronatus,
quia Papa ſemper præſumitur iuxta naturam & qualita-
tem beneficij conferre, nec extendit præiudicare patro-
nis. Caualer. *deciſ. 390. n. 5.* Rot. *deciſ. 546. n. 3. p. 1. recentior. &*
*deciſ. 347. nu. 2. & deciſ. 360. nu. 14. ad fin. p. 2. etiam recent. & in*
*Lucana Canonicatus 23. Martij 620. coram bo. me. Dunozetto,*
*& in Aſculana Plebania 12. Ianuarij 1624. coram R. P. D. Mer-*
*lino, & in Sorana beneficij 28. Februarij 1625. coram eodē* quod
quidē procedere quando verè conſtat de anteriori ſtatu
contrario, non autem ſi de illo non conſtet, fuit dictum
*in Placentina Plebis Carpineti 7. Nouembris 1622. coram R. P.*
*D. Pirouano,* & coram Cardin. Caual. *deciſ. 252. n. 2. & deciſ.*
*266. n. 2.* Et etiam quando non ſumus in potentibus, Rot.
*in d. Iacen. Parochialis.* Rota ſolet multum deferre atteſta-
tionibus Ordinariorum tanquam atteſtantium de re ip-
ſis præiudiciali; dum enim canonizatur iuſpatronatus,
priuant ſe ſpe vlteriùs liberè conferendi. Ita ex conſ. Pur-
purati *553. n. 6.* Rot. *deciſ. 11. de iurepatron. in nouis,* Achil. de
Graſſis *deciſ. 7. de iurepatr.* Pute. *deciſ. 172. lib. 1. & deciſ. 242.*
*lib. 2.* Caſſad. *deciſ. 2. de iurepatr.* Seraph. *deciſ. 1141. nu. 8.* Ca-
ualer. *deciſ. 55. n. 2. & deciſ. 61. n. 3.* cum alijs citatis à Theo-
doſ. de Rub. *in ſingularib. Rotæ p. 2. verb. Ordinar. §. 2. pag. 74.*

Illud

31. Illud autem aduertere oportet ex certo ſubſidio alicui
præſtito tanquam patrono non probari iuſpatronatus, vt
per Rot. *deciſ.* 1245. *num.* 1. *lib.* 3. *part.* 3. *diuerſ.* quam refero
Ego ipſe *d. alleg.* 72. *num.* 46. Sicut etiam ad illud proban-
dum minimè ſufficere libros viſitationum, tenent Pia-
ſec. *in praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 7. Aloyſ. Ricc. *in d.*
*praxi reſol.* 125. *num.* 2. Molfeſ. *d. tract.* 6. *cap.* 5. *num.* 45. Ego
ipſe *d. allegat.* 72. *num.* 48.

32. *u In ijs verò perſonis, ſeu Communitatibus*, &c.] Rota ſæ-
pe cenſuit per hoc decretum quòd ad probandum iuſ-
patronatus familiæ potentis propter timorem vſurpa-
tionis, ſit probandus legitimus titulus, vel immemora-
bilis ſimul cum præſentationibus continuatis ſpatio 50.
annorum, & quòd habuerint effectum, & de illis con-
ſtet per authentica inſtrumenta, ita ex plurimis ipſius
Rotæ deciſionibus firmat & atteſtatur Theodoſ. de
Rubeis *in ſingularibus Rotæ p.* 2. *verb. Iuſpatronatus* §. 5. *pag.*
59. Alexandr. Trentacinq. *dict. conſil.* 65. *numer.* 9. *verſic.*
*quarto*.

Habete locũ in Eccleſiis receptitiis, quo ad probatio-
nem iuriſpatronatus in perſonis ſuſpectis, tradit Sel. *in*
*ſelect. cap.* 27. *num.* 18. vbi refert deciſum *in Calagurritana*
13. *Septembris* 1631. & cùm indiſtinctè fiat mentio de per-
ſonis in quibus iuſpatronatus plerumque ex vſurpatione
præſumitur acquiſitum, ideo non abs re erit aliquas fa-
milias nominatim exprimere, quæ quo ad hunc effe-
ctum ex ſententia Rotę potentes dicuntur, & antequam
ad illas deueniam, ſciendum eſt quòd Gonzal. §. 18. *num.*
66. deciſum refert, perſonas iſtas eſſe omnes dominos
33. ciuitatum, caſtrorum, aut locorum, Duces, Marchiones,
Comites, Barones & alios quoſlibet dominos perpe-
tuam iuriſdictionem habentes.

De Imperatore ſcripſit Pute. *deciſ.* 60. aliàs 56. *lib.* 1. in
34. correctis.

De Rege Aragoniæ apud Mohedan. *deciſ.* 10. *num.* 4. *de*
35. *iurepatron.*

De infante Portugaliæ apud Puteum *deciſ.* 57. aliàs 55.
36. *lib.* 1. in correctis.

De Barone, alioque domino iuriſdictionem tempo-
37. ralem habente tractant Gonzal. *d. gloſſ.* 18. *num.* 66. *verſ. ex*
*his perſonis*, Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol.* 132. *num.* 1. Molfeſ.
*d. tract.* 6. *cap.* 5. *num.* 61. Rot. *deciſ.* 53. *num.* 2. *&* 6. *part.* 1. *re-*
*cent.* coram Gregor. XV. *deciſ.* 222. *num.* 1. & apud Poſti.
*poſt tract. mandati de manutenendo deciſ.* 238. *num.* 13. Iuſpa-
tronatus enim domini loci, vbi ſitum eſt beneficium,
præſumi ex diſpoſitione Concilij in præſenti vſurpa-
tum, & in eo probando requiri maiorem, & exactiorem
probationem non ſolùm ex petitorio, ſed etiam ex
poſſeſſorio, cenſuit eadem Rota *deciſ.* 421. *num.* 1. *& deciſ.*
756. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* Vnde iuriſpatronatus vſurpatio-
nem prę ſumi ſi probetur eum, qui eſt in poſſeſſione
iuriſpatronatus, fuiſſe dominum loci illius, in quo
eſt beneficium, cenſuit Rot. *deciſ.* 219. *num.* 1. *part.* 1.
*recent.*

De quocumque altero Magnate apud Caputaq. *deciſ.*
38. 128. *num.* 1. *part.* 2. eſtque *deciſio* 1273. *lib.* 3. *part.* 3. *diuerſ.* &
fuit dictum *in Lucana iuriſpatronatus de Podijs* 5. *Martij* 1621.
*coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino*, impreſſa per Viuian.
*poſt ſuam praxim iuriſpatron. deciſ.* 31.

39. De quolibet ex familia Columnę apud Caputaq. *d. de-*
*ciſ.* 128. & Rot. *deciſ.* 199. *lib.* 2. *diuerſ.* relatum per Aloyſ.
Ricc. *in d. praxi reſolut.* 132. *num.* 1. & fuit dictum *ex praeci-*
*tata Lucana iuriſpatronatus de Podijs.*

40. De quolibet ex familia de Sabellis Rot. *in Sabien. iu-*
*riſpatronatus* 26. *Octobris* 1594. *coram Litta*, *&* 6. *Martij*
1596. *coram Penia*, *relata in d. Lucana iuriſpatronatus de*
*Podijs.*

De altero ex familia Vrſinorum, eadem Rot. *deciſ.*
41. 842. *lib.* 3. *part.* 2. *diuerſ. & deciſ.* 199. *num.* 1. *p.* 2. *etiam diuerſ.*
refertur *in d. Lucana iuriſpatronatus de Podijs.*

De quolibet ex familia Neapolitana de Caracciolis,
42. Rot. *in Neapolitana Capellania* 29. *Ianuarij* 1571. *coram Car-*
*din. Lancellotto*, & apud Poſtium *deciſ.* 238. *num.* 16. *in fine.*

De nobilibus Venetis in ſtatu Venetorum Rot. apud
43. Seraphin. *deciſ.* 952. *num.* 6. relata *in d. Lucana iuriſpatrona-*
*tus de Podis*, & apud Poſti. *d. deciſ.* 238. *in fine*, & in citatis



per Ferentil. *in annot. ad deciſ. Buratti* 831. *num.* 8.

Denique iuſpatronatus à qualibet familia potenti ob- 44.
tentum prę ſumi ex vſurpatione acquiſitum, tenent Ma-
ri. Antonin. *var. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 33. *num.* 2. Nicol. Garc.
*d. cap.* 9. *ex* 98. Ego ipſe *d. alleg.* 72. *nu.* 61. Mantic. *deciſ.* 257.
*num.* 5. Greg. *deciſ.* 222. *num.* 1. Puteus *deciſ.* 55. *cum ſeqq. &*
*deciſ.* 99. *lib.* 1. *in correctis.* Rot. *deciſ.* 5. *part.* 2. *lib.* 2. *diuerſ. &*
*deciſ.* 532. *part.* 3. *lib.* 3. *etiam diuerſ. & in d. Lucana iuriſpatro-*
*natus de Podijs*, *& in Comaclen. & Ferrarien. Præpoſitura* 15.
*Decembris* 1625. *coram bonæ mem. Remboldo.*

Iuſpatronatus dici priuatorum ad effugiendam vſur- 45.
pationis præſumptionem quando patroni non ſunt do-
mini temporales loci, vbi fundatum eſt iuſpatronatus,
cenſuit Rota *deciſ.* 364. *nu.* 1. *part.* 2. *recent.* vbi ſubdit quod
iuſpatronatus probatur ſecundùm quod ius commune
diſponit, & ſecundùm Concil. in prę ſenti, quando patro-
ni ſunt perſonæ priuatæ, & non domini temporales, re-
fero Ego ipſe *d. alleg.* 72. *nu.* 66. In iurepatronatus Abbatis 46.
temporalem iuriſdictionem habentis non requiruntur
ampliores illæ probationes, quas Concil. expoſcit in ijs
perſonis, in quibus præſumitur vſurpatio, vt per Aldanũ
*in compend. Canon. reſol. lib.* 4. *tit.* 10. *nu.* 8. vbi dicit reſolutum
*in Sublacen.* 12. *Septembr.* 1670. Et præſumptionem vſurpa-
tionis non cadere in Eccleſia, ſeu monaſterio, domina
caſtri, cum ſit iuſtitiæ cultrix, cenſuit Rot. *in Lauden. iu-*
*riſpatronatus* 28. *Iunij* 1630. *coram R. P. D. Pirouano*, quam
refert Alphonſ. de Leone *d. quæſt.* 4. *praxi* 2. *num.* 81.

Vnde ſi concurreret ſola potentia prę tendentium iuſ- 47.
patronatus abſque iuriſdictione, tunc non habere locum
forma data à Concilio in præſenti, tenent Hieron. Gabr.
*conſil.* 192. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 2. Rot. *deciſ.* 374. *part.* 2. *recent.*
& fuit dictum *in Lucana iuriſpatronatus* 26. *Iunij* 1619. *co-*
*ram bonæ mem. Dunozetto confirmata* 2. *Decembris* 1619. *coram*
*eodem*, ſed alibi contrarium verius.

Iuriſpatronatus vſurpationis præſumptionem tolli ex 48.
præſentationibus ſimilium beneficiorum per tempus à
Concil. requiſitum, cenſuit Rot. *deciſ.* 481. *num.* 2. *part.* 1.
*recent.* & ex præſentationibus continuatis ſpatio quin-
quaginta annorum, eadem Rot. *d. deciſ.* 481. *num.* 1. & ex
inſtrumentis fundationis, eadem Rot. *deciſ.* 211. *num.* 3.
*p.* 1. *recent.*

*θ Vel Vniuerſitatibus.*] In Vniuerſitatibus, ſeu Com- 49.
munitatibus præſumi iuſpatronatus ex vſurpatione ac-
quiſitum, tradunt Caualcan. *deciſ.* 17. *num.* 7. *part.* 2. Gon-
zal. *d. gloſſ.* 18. *num.* 63. Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol.* 131. Ni-
col. Garc. *dict. cap.* 9. *num.* 102. vbi quòd habet locum in
vniuerſitate Parochianorum. Et in vniuerſitate Iuriſta-
rum. Rota apud Alphonſ. de Leone *d. quæſt.* 4. *praxi* 2.
*num.* 93. *cum ſeqq.*

Etiamſi Vniuerſitas, ſeu communitas parua ſit, ſe- 50.
cundùm Nicol. Garc. *d. cap.* 9. *num.* 102. Aloyſ. Ricc. *in dict.*
*praxi reſol.* 135. *& in collect. deciſ. part.* 4. *collect.* 1240. Rot. *de-*
*ciſ.* 481. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* & in alijs locis per me relatis
*d. alleg.* 72. *num.* 62. Viuian. *d. cap.* 5. *num.* 75. & fuit dictum
*in Lucana iuriſpatronatus* 31. *Ianuarij* 1620. *coram bonæ mem.*
*Dunozetto* impreſſa Viuianum *poſt praxim iuriſpatronat. de-*
*ciſ.* 28. *num.* 1.

Iuſpatronatus ex vſurpatione acquiſitum non præſu- 51.
mi ſi non totius Vniuerſitatis, ſed illius partis eſſe præ-
tendatur, referunt deciſum Gonzal. *d. gloſſ.* 18. *numer.* 69.
Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol.* 135. *in fine.* Ego ipſe *d. alleg.* 72.
*num.* 64. Viuian. *d. cap.* 5. *num.* 77.

Nec ex vſurpatione acquiſitum præſumitur ad effe- 52.
ctum probationum ampliorum, ſi ſit mixtum ſeptem
officialium laicorum nomine Vniuerſitatis laicalis, &
trium Eccleſiaſticorum priuatò nomine præſentantium
ratione mixturæ, & fauore Eccleſiæ, vt per Sel. *in ſelect.*
*Canon. cap.* 27. *num.* 24. vbi refert deciſum *in Pampilonen.*
8. *Auguſti* 1610.

Si priuata perſona, ſeu familia haberet iuſpatronatus 53.
ſimul cum familia potenti, vel vniuerſitate, tunc non eſ-
ſe neceſſariam probationem præſcriptam à Concil. in
præſenti, reſoluit Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 99. *n.* 15.
*&* 16. *& conſil.* 654. Rot. *deciſ.* 154. *ſub num.* 7. *part.* 2. *recent.* &
fuit dictum *in Firmana Altaris de Dorijs* 15. *Februarij* 1610.
*coram Cardin. Marquemont.* Caual. *deciſ.* 89. *num.* 2.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

54. Iuriſpatronatus vſurpatio an pręſumatur quando vna illius pars ſpectat ad Vniuerſitatem Parochianorum, & alia ad alias priuatas perſonas? vide Rot. *deciſ.219.num. 2.part.1.recent.* Et quòd non præſumatur vſurpatio quando communitas, vel vniuerſitas ſimul cum non ſuſpecta perſona poſſidet, cenſuit Rota *in Lauden. iuriſpatronatus 28.Iunij 1630.coram R.P.D.Pirouano,* quam refert Alphonſ. de Leone *d. quæſt.4. praxi 2. num.87.*

55. ι *Plerumque ex vſurpatione.* ] Iuriſpatronatus vſurpationem quandoque non præſumi aduertit Rot. *deciſ.224.nu. 9.part.1.recent.* & pluries apud me *d.allegat.72.nu.63.* præcipuè ſtante initio acquiſitionis ex alia cauſa, vt fuit dictum *in Leodien. Parochialis 18. Decembris 1623. coram R.P. D.Merlino verſ. nec etiam.*

56. κ *Etiam continuata.* ] Vt ſcilicet vna ſequatur aliam, ex Flamin. *d.quæſt.28.nu.255.* Aloyſ.Ricc. *in d.praxi reſol.133. verſ.amplia ſecundò,* quos refero Ego ipſe *d. allegat.72. nu. 55.* Non eſt tamen neceſſaria probatio continuati temporis in præſentando, ſi probentur extrema, cùm tunc media præſumantur. Rot. *in D.Florentina Capellæ 30. Maij 1616.coram R.P.D.Pirouano,* impreſſa per Viuian. *poſt praxim Iuriſpatron.deciſ.61. nu.4. & in Ianuen. Abbatiæ 13.Iunij 1625.corã bo.me.Buratto* apud eundem Viuian. *deciſ.38 n.4.*

57. λ *Quinquaginta annorum ſpatio.* ] Sumere initium ab illo die, quo apparet factam fuiſſe primam præſentationem, & antiquiorem productam in actis cum ſequenti inſtitutione, eoſque numerari vſque ad diem litis poſtremò motæ, in qua controuertitur, an ſit & conſtet de iurepatronatus, refert ex Rotæ deciſione Campan. *d. rub, 11.cap.13. num.426.*

58. μ *Quæ omnes effectum ſint ſortita.* ] Effectum ſortiri dicuntur ſi ſint confirmatæ præſentationes. Flamin. *d.quæſt. 28.num.256.* Aloyſ.Ricc. *in d.praxi reſol.133.verſ.amplia tertiò.* Seraphin. *deciſ.1141.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum præl.13 dub.4.ex num.3.* Ego ipſe *d.alleg.72. num.56.*

59. Rota ſæpius canonizauit doctrinam Oldradi *conſ.229.* quod probetur effectuatio præſentationum, & prouiſionum factarum de beneficio tanquam vacante per alterius prouiſi obitum, apud Seraphin. *deciſ.337. num.1. & 2. & deciſ.1141 num.1. verſ. & iſta.* Gregor. XV. *deciſ.215. num.1.* & ibi addend. *num.8.* Cardin.Caualer. *d.deciſ.625. numer.3. & in Aquilana beneficij 6. Aprilis 1620. coram bonę mem. Remboldo, & in nullius, ſeu Taurinen. Prioratus 13.Ianuary 1625. coram R. P. D. Merlino, & in Ianuen. Parochialis 13.Martij 1626.& 19.Aprilis 1627.coram R.P.D.Duran.* Quæ doctrina procedit ne dum quando beneficium vacauit per obitum, verùm etiam per renunciationem, in quibus terminis loquuntur Seraphin. *deciſ. 337. num.1.* Rota *deciſ.423.num.2.part.2.recent.* Cardin.Caualer. *deciſ.424.in princip. & deciſ.655. num. 6. & in Lucana iuriſpatronatus 26. Iunij 1619.coram bonę mem.Duuozetto, & in Romana iuriſpatronatus, ſeu beneficiatus 9.Decembris 1619. coram bonę mem. Vbaldo, & in Neocaſtren. Parochialis 30.Ianuarij 1623. coram R.P.D.meo Nauarro, & in Sulmonen.beneficij 9.Iunij 1623. coram eodem, & in d.nullius, ſeu Taurinen. Prioratus.* Quamuis contrarium ſenſerit eadem Rot. *deciſ.564. ſub nu.10.verſ. quamuis autem effectuatio part.4. diuerſ.* & in alijs, quas refert & ſequitur Gonzal. *ad reg.8.Cancel.gloſſ.18. n.85. verſ. hoc tamen.* Habet etiam locum d. doctrina, quando beneficium vacauit per contractũ matrimonij, & alius poſtea ad illud præſentatus, & prouiſus fuit. Rot. *in Auximana beneficiorum 6.Februarij 1623.coram R.P.D.Pirouano.*

60. Non ſufficit vnica præſentatio, licet fuerit effectuata ſpatio 50. annorum, & vltra, quia Concilium non contentatur vnica præſentatione cùm requirat plures, eaſque effectuatas, vt reſoluit Rot. *deciſ.557.ſub num.1. verſ. his autem,par.4.diuerſ. & in Sorana iuriſpatronatus 28.Aprilis 1603.coram Cardin.Pamphilio.*

61. ν *Authenticis ſcripturis probentur.* ] Perſonas potentes, & in quibus vſurpationis præſumptio cadit, teneri probari iuſpatronatus per ſcripturas authenticas, ſi illud prætendunt, reſoluunt Gonzal. *d.gloſſ.18.num.76.* Nicol.Garc. *de benefic.part.5.cap.3.num.98.& 113.* Loter. *de re benefic.lib. 2.q.13. ex num.128.*

62. Authenticam ſcripturam quo ad hoc propoſitum cenſeri bullam Epiſcopi, ſeu conſenſum in ſcripto datum ad fundandum, conſtruendum, ſeu dotandum, obſeruant Piaſec. *in praxi Epiſcop.part.2.cap.5.* Viuian. *d.cap.5.num.22.* Aloyſ.Ricc. *in d.praxi fori Eccleſ.reſol.125. in 2.edit.& reſol. 126.* reſoluit vt ſcriptura dicatur authentica, debere continere omnia requiſita à iure neceſſaria tam in confectione, quàm extractione. Nicol.Garc. *d.cap.9. nu.8.cum ſeqq.* Molteſ. *d.cap.5.num.44. in fine.*

Et atteſtationes teſtium in actis antiquis ante Concil. 63.
redactas cenſeri etiam authenticas ſcripturas, ita quòd per illas intelligatur ſatisfactum diſpoſitioni Concilij in præſenti, concludit Menoch. *conſil.536 num.23.* quem ſequuntur Campan. *d.rub.11.cap.13.num.410.* & Ego ipſe *d. alleg.72.num.26,* & me citato *in illo loco* Viuian. *d.cap.5.nu. 18.* per egregiam doctrinam Angel. *in l. vlt. col.2. verſ. ſed Innocentius, C.de edicto D. Adriani tollen.*

Teſtium igitur probationem remanere excluſam, ac 64.
proinde cùm Concilium requirat pro forma, quòd de præſentationibus conſtet per authenticas ſcripturas, non ſufficere illas probare per teſtes, vel per aliud æquipollens, tenent Pariſ. *de confident.quæſt.28.num.147.* Gonzal. *d.gloſſ.18.num.79.& 80.* Piaſec. *in praxi Epiſcop.p.2. c.5. num.5.* Mareſcot. *var.lib.2.cap.52.num.2.* Franc.Leo *d.cap. 6.num.6.* Nicol.Garc. *d.cap.9.num.113.& 114.* Mantica *deciſ.89.num.2.* vbi quòd ita reſpondit S. Congregatio Illuſtriſſ. Cardinalium S. Concilij Tridentin. interpretum, Beltramin. *in addit.ad Gregor.deciſ.222. num.11.* Rot. *deciſ. 199.num.3.& 4. part.2.diuerſ. & in Hieracen. iuriſpatronatus 18. Aprilis 1616. coram Cardin. Veroſpio* impreſſa per Viuian. *deciſ.9.num.9.* Aloyſ.Ricc. *in d.praxi reſolut.134. & in deciſ.Curiæ Archiepiſcop.Neapolitan.part.4. deciſ.10.nu.1.* vbi *num.2.* ſubdit hoc decretum habere locum tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio, & *à num.4.* reſoluit teſtamentum, in quo enunciatur iuſpatronatus, dici ſcripturam authenticam ad effectum probandi illud, quod non caret dubio. quia

Licèt enunciatiuæ Ordinariorum plures antiquę ema- 65.
natę in collationibus, probent iuſpatronatus, Mantic. *deciſ.318. num.2. & deciſ. 350. num.3.* Rota coram Reuerendiſſimo D.meo Decano, *deciſ.229.in fine, & deciſ.230. num.3.* inter eius impreſſas, *& deciſ.518. num.3. part.5. recent. & in Caſertana beneficij 17. Martij 1627 coram R. P. D. Duran.* tamen nihil proſunt ad probandum huiuſmodi pręſentationes ad effectum à Concilijs requiſitum, & in terminis Seraphinus *deciſ.1367.num. 5.* Rot. *in Terracinen. iuriſpatronatus 10.Aprilis 1628.coram R.P.D.Merlino,* in qua redditur ratio, quia cùm Concilium de teſtibus omnino non confidat vbi adeſt vſurpationis pręſumptio, & ideo ipſis excluſis requirat pro forma ſcripturas authenticas, neceſſariò ſequitur, vt non ſint admittendę tales enunciatiuę Ordinariorum in collationibus emanatę, quę nihil aliud videntur eſſe, nec magis operari, quàm teſtium depoſitiones, in qua deciſ. Terracinen. iuriſpatronatus, fuit etiam dictum non cenſeri ſatisfactum menti Concilij, quamuis collationum ſcripturę eſſent authenticę, quia Concilium excludit omnem teſtificationem, non ſolùm implicitam, ſed etiam expreſſam, & requiri omnino ſcripturas authenticas ipſarum pręſentationum, ita vt ne dum ſcriptura, verùm etiam probatio ipſa ſit authentica, & authenticè reſultans, quòd fieri non poteſt, niſi per ſcripturas, quę confectę fuerint ſuper actu ipſo pręſentationis, & cadant ſuper ipſis pręſentationibus primariò, ac directè, aliàs enim redderetur eluſoria diſpoſitio Concilij, quę reijcit teſtes, nam ſequeretur ſemper poſſe admitti probationes factas per teſtes, ſi quando redigerentur in inſtrumenta, & in ſcripturas authenticas, quia etiam hęc poſſet dici probatio per ſcripturas authenticas hactenus *in d. deciſ.*

Et quòd in his terminis ſi pretendatur authenticas 66.
ſcripturas deperditas fuiſſe, non ſufficiat illas probare per teſtes, iuxta formam *c.olim, de priuileg.* cum ſimilibus, reſoluunt Gonzal. *d.gloſſ.18.n.82.* Flamin, Pariſ. *de confident, q.28.nu.258.* Aloyſ.Ricc. *in d.praxi reſol.136. & in deciſ Curię Archiep.Neapol.p.3.deciſ.113.* Rot. *in Calaguritana 2.Decembris 1624. coram Remboldo,* licèt contrarium tenuerint Genuenſ. *in praxi Archiepiſcop.Neapolit.cap.63.nu.22.* & Nicol.Garc. *de benefic. part.3.c.9. num.113.*

Formam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

67. Formam traditam à Concilio eſſe ſeruandam, etiamſi concurreret maior, vel æqualis potentia in Ordinario, prout reprobata deciſione Toletana iuris decimandi coram Cardin. Blanchetto, dicit Rota in Sorana iuriſpatronatus 1603. coram Cardin. Pamphilio ſen. & in Iacen. Parochialis 23. Iunij 1603. coram eodem.

68. ξ Reliqui patronatus omnes, &c.] Iuſpatronatus ex priuilegio reuocatum eſſe in totum, etiam cũ quaſi poſſeſſione inde ſequuta, tenent Flamin. Pariſ. de confident. quæſ. 28. num. 239. & ſequent. Seraphin. deciſ. 1395. n. 4. Gonzal. d. gl. 18. ex n. 18. refert deciſum Nicol. Garc. d. c. 9. ex n. 115. vbi num. 117. ſubdit procedere, etiamſi in priuilegio habeatur iuſpatronatus competere non ſolùm ex priuilegio, ſed etiam ex vera & reali fundatione & dotatione, quod etiam atteſtatur Gonzal. dict. gloſſ. 18. n. 97. & idem Garc. vbi ſuprà, & num. 118. ſimiliter reſolutum refert hoc procedere, etiamſi in priuilegio dicatur quòd eſſet eiuſdem prorſus naturę, & roboris, ac ſi ex fundatione, & dotatione competeret, & num. 119. aſſerit etiam deciſum quòd quando conſtat de origine priuilegij, vel præſumitur eſſe ex priuilegio aliquo iuriſpatronatus, & adeſt immemorialis, illa non prodeſt, refert & ſequitur Maſſobr. in praxi habendi curſum, præluд. 7. dub. 3. num. 85. & 86.

69. Et idem Garc. eodem cap. 9. num. 120. dicit tentum in Rota, Concilium in præſenti non loqui de priuilegiis con-
70. ceſſis ex cauſa oneroſa, Seraphin. deciſ. 499. num. 4. Ad hoc autem vt priuilegium ſit ex cauſa oneroſa, ſpectari debere quod expenſum fuerit, an ſcilicet illud æquiualeat conceſſioni, quia, vbi non æquiualet, conceſſionem ipſam iudicari potius deberi gratioſam, quàm oneroſam, cenſuit Rota deciſ. 469. apud Farin. p... recent. & ita in Cæſarauguſtana de Mella 14. Nouembris 1616. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino apud Maſſobr. in ſua praxi habendi concurſum prælud. 7. dub. 3. num. 51. Iuſpatronatus datum Capitulo cenſendum eſt ex priuilegio quando Capitulum non fundauit, nec dotauit, nec habet immemorialem, & ideo ſublatum eſt hoc decreto, vt refert deciſum Garc. d. cap. 9. num. 141.

71. Hodie huiuſmodi iura patronatus ex priuilegio cum illis, & aliis ampliſſimis clauſulis propter augmentum conceſſa cadere ſub reſeruatione reg. de menſibus, vbi augmentum non aſcendit ſaltem ad medietatem, tenet Beltramin. in annot. ad Gregor. deciſ. 397. vbi citat Rot. in d. Cæſarauguſtana de Mella 6. Nouembris 1618. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano, latè Maſſobr. d. dub. 3. per tot.

ο Exceptis patronatibus, &c.] Vide Gutier. pract. lib. 3. quæſt. 13. num. 72. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 24. num. 160. Valenzuela conſil. 58. num. 12. tom. 1. vbi refert Concilium in præſenti prȩſupponere Reges in poſſeſſione iuriſpatronatus & adminiſtrationis hoſpitalium eſſe debere, vt illius diſpoſitio locum habeat. D. Felician. de Vega Archiep. Mexican. ad cap. quanto 3. de iudic. num. 18.

72. π Cum quaſi poſſeſſione, &c.] Exiſtentem in quaſi poſſeſſione iuriſpatronatus, ſeu præſentandi validè præſentare, & eius præſentationem admittendam eſſe, ad proinde inſtitutionem ſequi debere, tenent Maſcard. de probat. concl. 173. num. 5. Mantica deciſ. 86. num. 1. Rot. deciſ. 224. num. 1. apud Farin. part. 1. recent. & deciſ. 376. num. 3. part. 2. recent. cum aliis citatis per me in collect. ad cap. conſultationibus 19. num. 5. de iurepatron.

73. Ex vnica præſentatione ſequuta inſtitutione poſſe acquiri quaſi poſſeſſionem iuriſpatronatus, cenſuit Rot. deciſ. 174. num. 1. apud Farin. part. 2. recent. & reſoluunt Mari. Antonin. verb. lib. 1. reſol. 55. num. 10. & plures per me citati in collect. ad d. cap. conſultationibus num. 9.

74. ρ Præſentatos à patronis.] Perſonaliter, & præſentialiter ſcilicet, ex Zerol. in praxi Epiſc. p. 1. verb. iuſpatronatus §. 7. Aloyſ. Ricc. in praxi fori Eccleſ. deciſ. 372. in 1. edit. aliàs reſol. 215. num. 3. in 2. edit. & aliis citatis à metipſo d. allegat. 72. num. 100. cum ſeqq.

σ Si idonei non fuerint repellere.] Ergo Epiſcopus electos à patronis poteſt examinare, etſi non fuerint idonei, non tamen ſi idonei fuerint, conceditur libertas eos repellendi, vt per Vaſquez in opuſc. de benefic. c. 2. §. 3. dub. 6. n. 73.

75. τ Quòd ſi ad inferiores inſtitutio, &c.] Beneficiũ iuriſpatronatus, quantumuis ſimplex ſit, & poſſit inferior ad illud inſtituere, requirere Epiſcopi examen, referunt deciſum Nicol. Garc. d. part. 9. cap. 3. num. 19. Campan. in diuerſ. iuris Canonic. rub. 5. cap. 3. n. 7. Et non ſufficere, quòd præſentatus fuerit aliàs examinatus, & approbatus ab alio Ordinario ad beneficium Curatum reſoluit Nicol. Garc. d. part. 9. cap. 3. n. 19. Aliquas declarationes hanc materiam tangentes adducit Fr. Stephan. Daluin. de poteſt. Epiſcopor. Abbatum, &c. cap. 13. num. 7. pag. 77. & 78. & refert deciſum hoc decretum non modò habere locum in beneficijs ſimplicibus, ſed & in Curatis, de quibus in ſeſſ. 24. cap. 18. & ſeſſ. 25. cap. 11. de Regular. & comprehendere Abbates Commendatarios, & quoſcunque inferiores qualibet immunitate munitos, & ſi ordinariam iuriſdictionem haberent in locis beneficiorũ, & in clericos ad dicta beneficia præſentatos, & addit eandem Congreg. in vna Taurinen. & in alia Cremonen. quòd omnes præſentati, ab Ordinario, ſiue Epiſcopo ſunt examinandi etiam quòd inſtitutio ad inferiores pertineat, nam Epiſcopus probare debet an ſint ætate, litteris, & ſufficiẽtia idonei, licèt alterius diœceſis eſſent. Refert deinde eandem S. Congregat. cenſuiſſe præſentationem Epiſcopo faciendam eſſe quoad effectum examinis dumtaxat; & quòd deinde ſi cõtrouerſia fuerit circa iuſpatronatus, illo dilucidato, & probato, Epiſcopus debet remittere ad inferiorem pro inſtitutione; ſed ſi præſentatus illegitimus fuerit, inferior cognoſcet de validitate, & inualiditate diſpenſationis, etiamſi eſſet ad beneficium Curatum præſentatus ex cap. 18. ſeſſ. 24.

υ Patroni autem beneficiorum, &c.] Vide Spin. in ſpecu- 76.
lo teſtament. gloſſ. 4. princip. num. 91. Franc. Leo in Theſauro fori Eccleſ. part. 2. cap. 2. num. 31. Viuian. in praxi iuriſpatron. part. 3. lib. 15. cap. 3. metipſum in collect. ad cap. præterea 23. ex num. 5. de iurepatron. vbi obſeruo huius decreti intuitu non vetari patronum ipſum Eccleſiam, illiusque iura tueri, immo & ius habere accuſandi in hoc delinquentem, & reuocandi alienationem perperam, & indebitè factam, & num. 6. contra Caualcan. deciſ. 27. num. 66. part. 2. teneo hoc Concilij decretum non extendi ad locationem, ac proinde poſſe eoſdem patronos bona beneficiorum ſui iuriſpatronatus locare, quia verbum ingerant, de quo in præſenti, illegitimum ſupponit modum, titulus verò locationis legitimum inſinuat.

Cognitio validitatis, & inualiditatis iuriſpatronatus 77.
controuerſi ad Epiſcopum dumtaxat, non ad inferiores, qui ius habent inſtituendi, pertinet, ſecus verò ſi huiuſmodi inferiores ordinariam in loco habuerint iuriſdictionem, ita refert deciſum Nicol. Garc. d. part. 9. c. 3. n. 19.

In permutatione beneficij iuriſpatronatus non requi- 78.
ritur conſenſus patroni, ſed ſatis eſt illum tantùm requirere, vt teſtatur reſolutum Nicol. Garc. de benefic. part. 11. cap. 3. num. 17. vbi num. 28. intelligit procedere ſi adeſt magna Eccleſiæ vtilitas.

Reſignans beneficium de iurepatronatus, cùm ipſe- 79.
met eſſet eiuſdem beneficij patronus, poteſt præſentare, quem vult, ad dictum beneficium, & Ordinarius tenetur inſtituere præſentatum, non obſtante diſpoſitione conſtitutionis Pij V. de non admittendis reſignationibus per Ordinarium, §. caueant autem, ita Aldan. in compend. Canon. reſol. lib. 3. tit. 8. nu. 10. vbi refert deciſum in Viterbien. 18. Martij 1628.

Probationes oblatæ à patronis nõ poſſunt repelli vt 80.
eorũ patronatus declarentur eſſe ex Cõcilio, ſaluis tamẽ exceptionibus, tam huius decreti, quàm iuris communis, vt dicit reſolutum Nicol. Garc. d. part. 5. cap. 9. n. 141.

φ Nec dictum iuſpatronatus venditionis, &c.] Venden- 81.
tes de per ſe iurapatronatus, ſi perſonæ ſingulares ſint, excommunicari debere; ſi verò vniuerſitates, & interdicto ſubijci, per hunc text. obſeruant Campan. in diuerſ. iuris Canonici rub. 11. c. 13. n. 510. Vgolin. de officio Epiſcopi c. 15. §. 1. num. 3. nouiſſimè D. Felician. de Vega Archiep. Mexican. ad cap. quanto, de iudic. n. 112. vbi quòd talis venditio erit ſimoniaca, & intelligit quando venditio non ſit ſub vniuerſitate bonorum. Ego ipſe in ſimili tractatu part. 3. alleg. 71. num. 35. & in collect. ad cap. quia clerici 6. num. 2. de iurepatron. & taliter vendentes, emptoreſque illis priuari debere, Eccleſiamque liberam remanere tenent Spin.

*dict. gloſſ.4. princ. num.*109. Viuian. *in praxi iuriſpatron. part,1. lib.4. cap.5 num.5.* Rot. *deciſ.*302. *num.4. & 5. part. 2, recent.* Ego ipſe *dict. num.*2. vbi cum Sanch. *in præcepta Decalogi tom.1. lib.2. cap.19. num.*17. & alijs ibi citatis hoc intelligo vbicunque vnus eſſet patronus, vel plures ſimul delinquentes ſpoliati fuiſſent iurepatronatus, ſecus quando vnus ex prioribus delinqueret, quia tunc eo caſu ius patronis competeret, ſi patronatus ſit ad hæredes tranſiturus, non verò ſi vigore inſtitutionis ad aliquem deuolueretur, ſiquidem tunc viuente tantùm condemnato, ſi vacaret, præſentationem vendere non intendens, ſed exire de carcere, ſi pecuniam pro præſentatione acceptam reſtituat, & præſentationem reuocet, non incidit in pœnam priuationis iuris præſentandi alium infra legitima tempora, vt per Sel. *in ſelect. Canon, c.18. num.*14. vbi refert deciſum *in Nicien.* 1. *Aprilis* 1628.

82. An pœna excommunicationis, & interdicti, ac priuationis ipſo iure comminata in hoc decreto comprehendat tam vendentes, & transferentes iuſpatronatus, quàm etiam ſe ingerentes in illius fructuum perceptione? Omnes comprehendere refert deciſum Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapolit. part.4. deciſ.*282. Ego ipſe *in collect. ad c. præterea* 23. *nu.7. de iurepatron*, Sel. *d. c.*18. *num.*17. vbi refert ita fuiſſe deciſum *in Burgen.* 26. *Auguſti* 1628.

83. x *Inſuper acceſſiones,* &c.] Parochialis libera non poteſt vniri Parochiali iuriſpatronatus etiam cum conſenſu patroni, niſi patronus renunciet iuripatronatus propter hoc decretum, quod non vult vnire liberum ſeruo, vel niſi apretur remedium alternatiuæ, vt vna vice Eccleſia conferatur ad præſentationem, & altera liberè, præ ſuppoſita tamen vt vel ex decretis Concilij, vel ex iure veteri vnio fieri poſſit, ita refert deciſum Sel. *d. c.*18. *num.*24.

Eccleſia libera quæ minatur ruinam, & habet tenuiſſimos redditus non excedentes ſummam ſcutorum circiter tres, poteſt vniri patronatæ cum reſeruatione iuriſpatronatus & onere impoſito patrono, illam reparandi, & dotandi in ſcutis 50. ita Aldan. *d. tit.8. nu.*17. vbi aſſerit ſic fuiſſe deciſum *in Tridentin.* 23. *Decembris* 1622.

ſ *Quæ verò à quadraginta annis,* &c.] Iurapatronatus cō- 85.
ceſſa à quadraginta annis citra Concilium Trident. debere reuideri ab Ordinario ad effectum vt debeant reuocari, vel confirmari; ſecus in illis, quæ fuerunt conceſſa quadraginta annis ante Concil. Trident. cenſuit Rota *in Lucerna Canonicatus* 14. *Maij* 1590. *coram Bubalo, & deciſ.* 4. *num.*4. apud Farin. *part.2 recent. & deciſ.*336. *num.*2. apud Farin. *part.2. in poſthum.* poſt Nicol. Garc. tradit Filliuc. *to.3. tract.41. cap.2. num.*62. dum enim Concilium in præſenti ſubijcit examini, & recurſioni Ordinarij iuſpatronatus conceſſum ex augmento conceſſa 40. annis citra, ſignum euidens eſt quod vult cætera iurapatronatus ex augmēto conceſſa ante 40. annos valida remanere, Nicol.
Garc. *d. c.9. nu* 124. *& ſeqq.* adden. ad Greg. *deciſ.*397. *nu.*6. 86.

ω *Reuideantur, & examinentur.*] Interim dum reuideantur patronos ſua quaſi poſſeſſione non eſſe priuandos cenſuit Rota *in Barchinonen. Prioratus* 11. *Maij* 1609. *coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano, & in Cæſarauguſtana de Mella* 6. *Nouembris* 1617. *coram eodem*, quas refert Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum prælud.7. dub.3. num.*66. ſecundum Roman. impreſſ. *& d. deciſ.*336. *num.*3.

αα *Et conſuetudinibus.*] Præcedentibus ſcilicet, ſed non futuris, iuxta reſoluta per Anguian. *de legibus lib.2. controu.*20. *num.*21.

*In Concilijs Prouincialibus, ſeu diœceſanis deſignentur præter Ordinarios aliquæ perſonæ, quibus cauſæ Eccleſiaſticæ delegari poſſint, quoties, & vbi opus fuerit, ita vt vnaquaque diœceſis quatuor ſaltem habeat, & deſignatio facta tranſmittatur ad Papam ab Epiſcopis.*

## CAPVT X.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Gregorius XV. de conſeruatoribus.*
3 *Vicarius Epiſcopi Papæ delegatus eſſe poteſt.*
4 *Vicarius Epiſcopi poteſt eſſe executor gratiarum beneficialium, quæ expediuntur in Rom. Curia.*
5 *Vicarius Epiſcopi electi, & confirmati, licèt nondum conſecrati eandem habet facultatem.*
6 *Non antem Vicarius foraneus, niſi, &c.*
7 *Canonicus Eccleſiæ Cathedralis iudex & conſeruator eligi poteſt.*
8 *Canonicus regularis Eccleſiæ Cathedralis non poteſt eſſe delegatus Papæ.*
9 *Canonicus Eccleſiæ collegiatæ etiam Doctor peritiſſimus non poteſt eſſe delegatus Papæ, nec iudex ſynodalis.*
10 *Minor ad Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis ſuper ætate per Papam diſpenſatus non poteſt eligi in iudicem ſynodalem.*
11 *Coadiutor in Canonicatu cum futura ſucceſſione non poteſt eſſe iudex delegatus.*
12 *Subcollectori cauſæ à Sede Apoſtol. delegari poſſūt.*
13 *Protonotarius Apoſtol. poteſt eſſe delegatus Papæ, ac iudex ſynodalis.*
14 *Cancellarius Academiæ auctoritate Pontificis approbatæ poteſt eſſe delegatus Apoſtol.*
15 *Commendatarius perpetuus poteſt eſſe iudex Apoſtol.*
16 *Prioribus, Guardianis, & alijs Ordinum Mendicantium præfectis poſſunt à Papa cauſæ delegari.*
17 *Commiſſionis tempore debet adeſſe Canonicatus, vel Dignitatis qualitas in iudice delegato.*
18 *Quamuis tempore præſentationis dicta qualitas ceſſauerit.*
19 *Canonicus ſi deſinat eſſe talis poſt delegatum cauſam, poteſt nihilominus eſſe iudex.*
20 *Et ſic quamuis poſtea reſignet.*
21 *Delegatus Apoſtol. non poteſt ſubdelegare perſonis non conſtitutis in dignitate.*
22 *Iudicum ſynodalium nominatio ſpectat principaliter ad Epiſcopum, non tamen priuatiuè quoad Capitulum.*
23 *Perſonæ in Concilijs Prouinc. ſeu diœc. aſſignari debent, quibus cauſæ in partibus delegandæ committantur.*
24 *Abſentia æquiparatur mortuo.*
25 *Conſilium in præſenti requiritur pro forma.*

QVoniam ob malitioſam potentium ſuggeſtionem, & quandoque ob locorum longinquitatem perſonarum notitia, quibus cauſæ mandantur, vſque adeò haberi non poteſt, hincque interdum iudicibus, non vndequaque idoneis, cauſæ in partibus delegantur, ſtatuit ſancta Synodus, in ſingulis Cōciliis prouincialibus, aut diœceſanis α *aliquot perſonas,* β *quæ qualitates habeant,* [a] iuxta Conſtitutionem Bonifacii octaui, quæ incipit, Statutum, γ *& alioquin ad id aptas deſignari,* vt præter Ordinarios locorum iis etiam poſthac δ *cauſæ Eccleſiaſticæ, ac ſpirituales,* & ad forum Eccleſiaſticum perti-

a Cap. ſtatutum de reſcript. in 6.

pertinentes, in partibus delegandæ committantur. ᶜ Et, ſi aliquem interim ex deſignatis mori contigerit, ſubſtituat Ordinarius loci ζ cum Concilio Capituli alium in eius locum vſque ad futuram prouincialem, aut diœceſanam Synodum, ita vt habeat quæque diœceſis quatuor ſaltem, aut etiam plures probatas perſonas, ac vt ſuprà qualificatas, quibus huiuſmodi cauſæ à quolibet Legato, vel Nuncio, atque etiam à Sede Apoſtolica committantur, alioquin poſt deſignationem factam, quam ſtatim Epiſcopi ad ſummum Romanum Pontificem tranſmittant, delegationes quæcumque aliorum iudicum alijs, quàm his factæ ſurreptitiæ cenſeantur. Admonet de hinc ſancta Synodus tam Ordinarios, quàm alios quoſcumque iudices, [b] vt terminandis cauſis quanta fieri poterit breuitate, ſtudeant, ac litigatorum artibus, ſeu in litis conteſtatione, ſeu alia parte iudicii differenda, modis omnibus, aut termini præfixione, aut competenti alia ratione occurrant.

b Vide ſeſſ. 24. cap. 10. cap. finem litibus, & cap. fin. de dolo & contum. cap. 1. de re iudicat. & c. conſtitutus, de procur.

1. VIde Archiep. Bononien. part. 4. pag. 241. cum ſeqq. Fr. Emman. quæſt. regular. tom. 1. q. 65. art. 4. & 5. Marcheſan. de commiſſ. tom. 1. pag. 142. num. 329. Lypæ. in analytica poſtremi iuris Eccleſ. narrat. ſub tit. de reſcript. num. 1. cum ſeqq. Piaſec. in praxi Epiſcop. p. 2. c. 4. num. 8. Laurent. de Peirinis in conſtitut. ſui Ordinis Minimor. tom. 2. conſtit. S. Gregorij XV. num. 21. cum ſeqq. Ioan. Anton. Maſſobr. de Synodo diœceſana c. 4. dub. 9. cum ſeqq. ſecundùm Romanam impreſſ. nouiſſimè Steph. VVeyms ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trident. innouatas, conſtit. 1. ex c. ſtatutum, de reſcript. in 6. innouato per Concil. in præſenti Anguian. de legibus lib. 2. controu. 26. num. 52. & 53. Tamburin. de iure Abbatum tom. 3 diſput. 17. quæſt. 4. num. 6.

2. Gregorius XV. in ſua Conſtitut. de Conſeruatoribus, incip. Sanctiſſimis, de anno 1621. conſtituit vt iudices Conſeruatores, ſiue principales, ſiue ſubrogati eligi, nominari, aut deputari non poſſint, niſi qui non ſolùm habeant qualitates requiſitas & deſcriptas in cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. ita vt vel dignitate Eccleſiaſtica prædití, vel perſonam obtinentes, vel Eccleſiarum Cathedralium Canonici exiſtant. Sed etiam in Concilijs Prouincialibus, aut diœceſanis iuxta decretum Concilij in præſenti Iudices electi, ſeu deſignati ſint; quodque deinceps litteræ conſeruatoriæ per Sedem Apoſtolicam concedendæ ſupra ſcriptis tantùm dirigantur, & ſi quæ litteræ aliter expedientur, illæ, ac deputationes huiuſmodi, omnia quæ exinde ſequenda, nullius ſint roboris, & momenti, refero Ego ipſe de officio & poteſt. Epiſcopi part. 3. alleg. 106. num. 55.

α Aliquot perſonas, &c.] Nominatas ſcilicet, ſeu deſignatas in particulari, & nominatim, ita vt non ſufficiat illas deſignari in genere, puta obtinentes Canonicatus Doctorales, vel dignitates, ſeu alio ſimili modo, vt per Steph. VVeyms d. loco nu. 11. vbi addit debere eam deſignationem fieri in ſingulis Concilijs Prouincialibus, aut diœceſanis, idque per Epiſcopum, ad quem principaliter dictarum perſonarum nominatio pertinet.

3. β Quæ qualitates habeant, &c.] Vicarium Epiſcopi, quia conſtitutus eſt in dignitate, Papæ delegatum eſſe poſſe, tenent gloſſ. verb. delegatus, in Clem. 2. de reſcript. vbi Zabarel num. 22. & Imola num. 18. Rebuff. in pract. benefic. tit. forma vicariatus, num. 27. & tit. de Vicario Epiſcopi, num. 4. & in tract. de pacificis poſſeſſion. num. 79. Anton. de Prætis in tract. de iuriſd. Epiſcopi c. 6. num. 51. Sbroz. de offic. Vicarij, lib. 2. quæſt. 22. ex num. 1. Menoch. conſil. 51. num. 33. Fr. Emman. d. quæſt. 65. art. 3. Azor. inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 13. quæſt. 8. & cap. 43. quæſt. 8. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 106. num. 28. Ego ipſe de officio & poteſt. Epiſcopi part. 3. allegat. 54. num. 132.

4. Vnde poſſe eſſe executorem gratiarum beneficialium quæ expediuntur in Romana Curia, reſoluunt Sbroz. lib. 2. q. 23. num. 6. Flor. de Mena var. lib. 1. q. 4. nu. 6. Item poſſe eſſe conſeruatorem, tenet Eraſm. à Cochier de iuriſdict. Ordinarij in exemptis p. 1. q. 39. num. 4. quem refert Maſſobr. de Synodo Epiſcop. cap. 4. dub. 13. num. 11.

5. Ampliant in Vicario Epiſcopi electi, & confirmati, licèt nondum conſecrati, gloſ. verb. Epiſcopi, in d. Clem. 2. Pauin. de offic. & poteſt Capituli Sede vacant. p. 2. q. 10. num. 6. Sbroz. d. lib. 2. q. 23. num. 4. Sanchez de matrim. lib. 8. diſput. 27. num. 35. Maſſobr. dub. 13. num. 15. Et ad nominatum à Prælato inferiori habente iuriſdictionem Epiſcopalem extendunt Sanch. d. diſp. 27. num. 34. & Flores de Mena d. q. 4. ex num. 14. prout etiam in electo à Capitulo Sede vacante, idem dicendum eſſe reſoluunt Pauin. d. q. 10. nu. 6. & 8. Sbroz. d. q. 23. Menoch. conſ. 320. num. 42. Sanch. d. diſp. 27. num. 32. Flores de Mena d. quæſt. 4. num. 11. Maſſobr. d. dub. 13. num. 16.

Limitat in Vicario foraneo, Flores de Mena d. quæſt. 4. 6.
à num. 6. niſi illi fieret delegatio ex certa ſcientia Summi Pont. ſecundùm Sbroz. d. quæſt. 23. num. 9. Maſſobr. d. dub. 13. num. 21. & 22.

Canonicos Eccleſiæ Cathedralis dignitatem habere, 7.
ac proinde iudices ſynodales, & conſeruatores eligi, illiſque à Sede Apoſt. committi poſſe, reſoluunt Gom. in c. ſtatutum, ex nu. 24. de reſcript. in 6. Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 2. q. 1. num. 102. Aloyſ. Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſol. 90. num. 3. & 10. in 2. edit. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloſſ. 2. num. 39. Maſſobr. d. dub. 13. ex num. 23. Stephan. VVeyms vbi ſuprà num. 7.

Canonicum Regularem Eccleſiæ cathedralis non 8.
poſſe eſſe delegatum Papæ, prout eſſe poſſunt Canonici ſeculares, aſſerunt Duen. reg. 78. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 270. num. 6. Maſſobr. d. dub. 13. num. 30.

Canonicum Eccleſiæ Collegiatæ etiam Doctorem 9.
peritiſſimum non poſſe eſſe delegatum Papæ, nec in iudicem ſynodalem eligi, tenent Marc. Anton. Genuenſ. in practicab. eccleſiaſt. quæſt. 612. num. 2. Maſſobr. d. cap. 4. dub. 10. vbi teſtatur ita fuiſſe per ſacram Congreg. ſibi reſponſum, contra Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 637. in 1. edit. aliàs reſol. 572. in 2. edit.

Minorem ad Canonicatum Cathedralis Eccleſiæ ſu- 10.
per ætate per Papam diſpenſatum non poſſe eligi in iudicem ſynodalem, reſoluit Maſſobr. d. cap. 4. dub. 11. licèt enim Papa diſpenſet cum minore vt ſit Canonicus in Eccleſia cathedrali, non ob id cenſeri cum eo diſpenſare, vt in ea ætate poſſit eſſe iudex delegatus, obſeruat D. Barboſ. in l. cùm prætor, §. vlt. num. 60. ff. de iudic.

Coadiutorem in Canonicatu, cum futura ſucceſſione 11.
non poſſe eſſe iudicem delegatum, reſoluunt citati ſuprà hac ead. ſeſſ. cap. 7. num. 16.

Subcollectorem habere dignitatem & iuriſdictionem, 12.
illique cauſas à Sede Apoſt. delegari, tradunt Gonzal. ad regul. 8. Cancel. gloſſ. 51. num. 79. Maſſobr. d. dub. 13. numer. 32. vbi num. 33. ex eodem Gonzal. colligit huiuſmodi ſubcollectores debere habere qualitates requiſitas in hoc decreto.

Protonotarium Apoſt. poſſe eſſe delegatum Papæ, ac 13.
iudicem ſynodalem conſtitui, tenet Maſſobr. d. cap. 4 dub. 13. ex num. 34.

Cancellarium Academiæ auctoritate Pontificis ap- 14.
probatæ dignitatem habere quatenus eſt munus & officium cum iuriſdictione coniunctum ſufficiens ad Apoſt. delegati, vel Conſeruatoris functionem, notat Azor. d. lib. 3. cap. 13. quæſt. 9.

Commendatarium perpetuum poſſe eſſe iudicem 15.
Apoſt. dicit Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 5. §. 8. num. 10. Et commendatario Abbatiæ poſſe delegari cauſas à Romano Pontifice ſicut Abbati titulari, reſoluunt Rebuff. de pacificis poſſeſſ. num. 42. Maſſobr. d. dub. 13. num. 38. & 39.

Priores, Guardianos, Rectores, & alios Ordinum Mé- 16.
dicantium Præfectos habere dignitatem, & poſſe illis à Pont. Romano cauſas delegari, & in conſeruatores eligi, tenent Azor. d. lib. 3. cap. 13. q. 7. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. part. 2. collect. 363. Flores de Mena d. q. 4. nu. 18. Fr. Emman. d. q. 65. art. 3. verſ. ſecundò eſt notandum, Fr. Ludouic. Miranda in man. Prælat. tom. 2. q. 47. art. 2. concl. 3. & 4. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 13. num. 79. Sed contrarium fuiſſe deciſum de anno 1617. refero Ego ipſe d. part. 3.

*alleg.*106.*num.*15. & me citato Maſſobr. *d.dub.*13. *num.*40.

17. In conſideranda habilitate delegati aduertendum eſſe ad tempus datæ, notat Gig. *de penſion.q.*22.*num.*19. Et ideo qualitatem Canonicatus, vel dignitatis, quæ in delegato Summi Pont.requiritur,debere à principio adeſſe tempore commiſſionis, reſoluunt Flamin. Pariſ. *de reſignat.beneſic.lib.*4. *q.*1.*nu.*17.Card.Tuſc.*lit.D. concl.*145.*nu.*15.Maſſobr.*d.dub.*13.*num.*47.

18. Et ſufficere Canonicatum, aliamve Dignitatem obtineri tempore impetrationis reſcripti Pontificis, quamuis tempore præſentationis eius ceſſauerit iam dignitas illa, ſecus ſi tempore impetrationis non aderat Dignitas, non enim ſufficeret eam adeſſe poſtea tempore præſentationis,aſſerunt Tiraq.*in tract.Ceſſante cauſa,limit.*4.*num.*4.Gonzal.*ad reg.*8.*Cancell.*§.3.*proœm.num.*75.Sanch. *de matrim.lib.*8.*diſput.*27.*num.*28.

19. Si Canonicus, cui cauſa committitur per Sedē Apoſt. poſt acceptationem litterarum deſinat eſſe Canonicus, poſſe nihilominus eſſe iudicem in cauſa illa, reſoluunt Azeued. *d.l.*7. *num.*60. *tit.*18. *lib.*4.*nouæ recop.* & *ad Curtam Piſanam lib.*4 *cap.*6.*num.*66.Garc.Gironda *de priuileg.num.*510.& *ſeqq.*

20. Vnde conſtitutum in dignitate, vel inter iudices ſynodales deſignatum, ſi eam dignitatem reſignauerit, poſſe etiam poſt reſignationem de eadem cauſa cognoſcere, referunt deciſum Flamin. Pariſ. *de reſignat, beneſic. lib.*1. *q.*11. *num.*14. *in fine,* Ceuall. *commun. contra communes,quæſt.*667.*num.*10.*in fine,*Nicol.Garc.*de beneſic.part.*9.*cap.*2.*num.*351.Aloyſ.Ricc.*in praxi rerum fori eccleſ.deciſ.*616.*in* 1.*edit.* aliàs *reſol.*414.*num.*2. *in* 2.*edit.* Galet. *in Margarita caſuum conſcientiæ, verb.delegatus* 3. & *verb.renunciare, vlt.* & reſoluunt Caſſan.*in conſuet,Burgund.rub.*6.§.5.*verb.* & *ſeparez de leur pere, num.*1.*pag.*229.Steph.Gratian.*diſcept.forenſ.c.*92. Steph.VVeyms *d.loco num.*18.

21. Delegatum Apoſtol.non poſſe ſubdelegare perſonis non conſtitutis in dignitate,reſoluit Aloyſ.Ricc.*in d.praxi fori Eccleſ. deciſ.*622.*in* 1.*edit,* aliàs *reſol.* 420. & *reſol.*89. *n.*2. *in* 2. *edit.*Stephan.VVeyms *d.loco n.*20.vbi tenet non poſſe iuriſdictionem Apoſt.per ſubdelegationem transferre in alium qui non ſit qualificatus ſicut transferens, niſi ad vnum aliquem particularem articulum.

γ *Alioquin ad id aptas deſignari* ]Quorum nominatio ad Epiſcopum principaliter, non tamen priuatiuè quoad alios ſpectat,vt refert deciſum Nicol. Garc.*de beneſic.p.*9. *cap.*2.*num.*353.*declar.*1. Stephan.VVeyms *d.loco num.*16. animaduertit accipi non debere hæc verba reſpectu præcedentium alternative, vt deſignari poſſint perſonæ habentes illas qualitates, vel quæ alioquin ſine illis ſint aptæ, ſed coniunctiuè vtraque clauſula ſimul accepta, non aliter quaſi dictum fuiſſet: Volumus deſignari perſonæ aliquot, quæ ſint aptæ, & habeant qualitates iuxta Conſtitutionem Bonifacij VIII. requiſitas.

Iudicum ſynodalium nominatio ſpectat principaliter ad Epiſcopum, non tamen priuatiuè quoad Capitulum, vt per Aldan.*in compendio Canon.reſol.li.*4. *tit.*10. *n.*53. vbi atteſtatur ſic fuiſſe deciſum *in Sauonen.*18.*Martij* 1628.

22. δ *Cauſæ eccleſiaſticæ, ac ſpirituales,* &c.] Subdit Steph. VVeyms *citato loco num.*22. tam Conſtitutionem Bonifacij VIII. quàm Tridentinam Synodum in præſenti procedere etiam eo caſu, quos lis eſt inter duos litigatores merè laicos,vt ſcilicet cognitio illius committi non poſſit à Sede Apoſt. niſi habenti Dignitatem; tum quia generaliter loquitur Conſtitutio, tum, quia ſemper ſubeſt eadem conſideratio quoad auctoritatem, & decus Sedis Apoſt.

23. ε *Et ſi aliquem interim ex deſignatis mori contigerit,* &c.] Præcipit Concil.aſſignari perſonas aptas ad minus quatuor, quibus cauſæ in partibus delegandæ committantur, quorum ſi aliquis deceſſerit, Epiſcopum de conſilio Capituli in locum ipſius alium ſufficere poſſe,refert Piaſec.*in praxi Epiſcop.part.*2.*c.*2.*num.*4.*in fine,verſ. aſſignantur.*

24. Habere etiam locum in diuturna abſentia, quæ æquiparatur morti, refert deciſum Nicol.Garc.*dict.p.*9.*cap.*2. *num.*353.*declar.*2.

25. ζ *Cum conſilio Capituli.*] Conſilium ex hoc decreto requiritur pro forma, cùm illud Ordinarius, licèt prætermittere non poſſit, ſequi tamen non tenetur, vt reſolutum atteſtantur Nicol. Garc. *d.part.*9. *cap.*2.*num.*353. *declar.*3.Stephan. VVeyms *d.loco num.*17.

Notat Stephan. VVeyms *d. loco num.*13. quòd defuncto deputato per Synodum non ſuccedit ſucceſſor in dignitate, ſed is, quem Epiſcopus cum conſilio Capituli nominauerit, vſque ad futuram Synodum, quia Iudices delegati, ſeu Synodales, debent hodie nominatim eſſe deſignati, & *n.*14.verum eſſe ait decretum hoc de committendis cauſis ſolis Iudicibus Synodalibus reſpectu Papę in vſu nō eſſe,cùm adhuc frequenter ipſe cōmittere ſoleat cauſas alijs perſonis tam in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis,quàm deputatis in Synodo:ſed id veriſimiliter ex eo procedit ſiue quia ſit ſupra Concilium,ſiue quòd Dięceſani Epiſcopi ex ſua parte etiam non curent ad ſummum Pont.tranſmitti nominationes & deſignationes Iudicum à Synodo factas, quod tamen iuxta hoc decretum facere tenentur; & ſic Papa ex quadam quaſi neceſſitate Iuſtitiæ adminiſtrandæ decretum non obſeruat: licèt *num.*15. referat Legatos & Nuntios Apoſt. in Hiſpania, maximè in Curia Regia cauſas committere Iudicibus ſynodalibus aliarum Diœceſum,imò etiam perſonis in Eccleſiaſtica quidem Dignitate conſtitutis, ſed tamen in aliqua Synodo deputatis, quod affirmat non eſſe ſatis conſentaneum huic decreto, cùm velit vnamquamque Synodum ſuos habere Iudices deputatos ſaltem quatuor, & his ſolis cauſas committi, non alterius diœceſis Iudicibus.

## *Anticipatæ ſolutiones in Eccleſiaſticis locationibus tolluntur, & locationes ad longum tempus irritantur.*

## CAPVT XI.

1 *Doctores de materia cap.agentes.*
2 *Locationes eccleſiaſticæ repræſentata pecunia factæ probibentur.*
3 *Locatio in præiudicium ſucceſſorum non valet niſi notoria eſſet neceſſitas Eccleſiæ.*
4 *Locationes eccleſiaſticæ an efficiant locatores.*
5 *Epiſcopos an & quando teneatur ſtare locationi predeceſſorum.*
6 *Vicariatus Epiſcopi non poteſt pretio conſtitui.*
7 *Locatio ſimoniaca eſt ſi quis locet aliquid quod ſapiat ſpiritualitatem.*
8 *Cancellariæ Epiſcopalis redditus non poſſunt locari.*
9 *Emolumenta tempore vacationis Sedis Epiſcopalis prouenientia debet futuro ſucceſſori reſeruari.*
10 *Quartę funerales locari non poſſunt.*

MAgnam Eccleſijs perniciem afferre ſcilicet, cùm earum bona, α *repræſentata pecunia* β *in ſucceſſorum prąiudicium* alijs locantur; omnes igitur hæ locationes, ſi anticipatis ſolutionibus fiant, [a] nullatenus in præiudicium ſucceſſorum validè intelligantur: quocumque indulto, aut priuilegio non obſtante: nec huiuſmodi locationes in Romana Curia, vel extra eam confirmentur. γ *Non liceat etiam, iuriſdictiones Eccleſiaſticas,* ſeu facultates nominandi, aut deputandi Vicarios in ſpiritualibus locare, nec conductoribus per ſe, aut alios ea exercere; aliterque conceſſiones, etiam à Sede Apoſtolica factæ

a c.de precarijs, 11. q. 2. & c.2.de precar.

ca factæ

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ea factæ ſurreptitiæ cenſeantur. Locationes verò rerum Eccleſiaſticarum, etiam auctoritate Apoſtolica confirmatas, ſancta Synodus irritas decernit, quas δ *à triginta annis citra*, ad longum tempus, ſeu, vt in nonnullis partibus, ad viginti nouem, ſeu bis viginti nouem annos, vocant factas: Synodus prouincialis, vel deputandi ab ea, in damnum Eccleſiæ, & contra canonicas ſanctiones contractas fuiſſe iudicabunt.

1. VIde Archiep. Bononien. *part 4. ſub tit. de locatione rerum eccleſiaſt. pag. 272. cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 123. in 1. edit.* aliàs *reſol. 108. in 2. edit.* Bellet. *diſquiſ. clerical. part. 1. tit. de clerico debit. §. 4.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. cap. 4. num. 65. in fine verſ. locationes,* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 25. cap. 43. num* 539. Rebello *de obligat. iuſtit. part. 2. lib. 4. quæſt. 5. ex num. 4.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practicabil. eccleſiaſt. part. 166.* metipſum *de officio & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 95.*

2. α *Repræſentata pecunia.*] Vide Gutier. *de iurament. confirmat. part. 3. cap. 3. num. 2.* D. Barboſ. *in l. filiofam. §. vlt. num. 27. ff. ſoluto matrim.* Valaſc. *de iure emphyt. q. 10. nu. 5.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Alienatio rerum Eccleſiæ, verſ. ad ſeptimũ.* Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q. 20. n. 3. & de emphyt. c. 26. n. 8.* vbi etiam, an locatio iudicetur vſuraria ſi ob repræſentatã ſolutionẽ cõductor dimidiũ lucri faciat.

3. β *In præiudicium ſucceſſorum.*] Quando tamen notoria eſſet neceſſitas Eccleſiæ, vt ſi rueret, niſi pecunia pro recuperatione inueniretur, tunc ſucceſſorem teneri, reſoluit Marc. Anton. Genuenſ. *d. q. 166. num. 2.*

4. Vtrùm autem huiuſmodi locationes afficiant locatores? Affirmant Mohed. *deciſ. 8. de confirmat. vtili.* Caroc. *p. 3. de locato, concl. 20. num. 75.* Rebuff. *in compend. alienat. num. 18.* Cornazan. *Lucenſi deciſ. 140.*

5. An & quando Epiſcopus teneatur ſtare locationi prędeceſſorum, latè egi *de offic. & poteſt. Epiſcopi part. 3. alleg. 94. per tot.*

6. γ *Non liceat etiam iuriſdictiones eccleſiaſticas,* &c.] Vicariatum Epiſcopi non poſſe pretio conſtitui, reſoluunt Lãcel. *in inſtit. Canon. ſub tit. de ſimonia §. demum,* Sbroz. *de offic. Vicarij, lib. 1. q. 54.* Ludouic. Beia *reſponſ. caſuum conſcientiæ p. 1. caſu 37. fol. mihi 57. verſo.* Azor. *inſtit. moral. p. 3. lib. 12. c. 14. in princ. & q. 1.* Soar. *de Relig. tom. 1. lib. 4. de ſimonia c. 20. n. 5.* vbi *nu. 8.* ſubdit quòd omnes actus iuriſdictionis voluntariæ quatenus ad effectum ſpiritualem ordinantur, ſunt materiæ ſimonię, & *c. 29. nu. 3.* per text. *in cap. conſulere 38. de ſimon.* reſoluit temporalia officia Eccleſiæ, vel actus eorum vendi non poſſe ſine graui peccato.

7. Locationem ſimoniacam eſſe ſi quis locet aliquid quod ſapiat ſpiritualitatem, tenet Aloyſ. Ricc. *d. reſol. 108. num. 3.* hinc inferens locationem Eccleſiæ factam cum omnibus bonis & facultate conferendi beneficia pro ſcutis mille eſſe ſimoniacam, ſi non pro illis ſcutis mille, ſed minori pretio ſolerent arrendari bona illa abſque dicta facultate, aliàs ſecus.

8. Redditus Cancellariæ Epiſcopalis locari nõ poſſunt, ſed debent per proprios Epiſcopi miniſtros exerceri. Aldan. *in compendio Canonic. reſol. lib. 3. tit. 8. num. 11.* vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum per ſacram Congregat. Epiſcop. *ſub die 26. Auguſti* 1592.

9. Emolumenta tempore vacationis Sedis Epiſcopalis prouenientia ex iuriſdictione, & ſigillo, aut aliàs vndequaque, nec ad Vicarium, nec ad Capitulum ſpectant, ſed debent futuro ſucceſſori reſeruari, ſi ad Epiſcopum Eccleſia non vacante perueniſſent, vt per Aldan. *d. tit. 8. nu. 17.* vbi refert deciſum *in Agrigentina 17. Aprilis* 1627.

10. Quartæ funerales locari non poſſunt, ex eodem Aldan. *d. tit. 8. nu. 18.* vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum per ſacram Congr. Epiſcopi *in Cuſentina 14. Decembris* 1592.

δ *A triginta annis citra,* &c.] Vide Anch. *conſ. 952. part. 2.* Cened. *ad Decretal. collect. 102. num. 3. in fine.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol. 180. num. 4.*

## *Decimæ ſoluantur integræ ſub pœna excommunicationis.*

## CAPVT XII.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Decima eſt pars ſeu portio Dei.*
3 *Decimarum ſolutioni obnoxia prædia ad regularium monaſteria tranſeunt cum ſuo onere.*
4 *Decimas non ſoluentes cùm teneantur poſſunt & debent excommunicari.*
5 *Monitione præmiſſa.*
6 *Abſoluendi non ſunt decimas ſubtrahentes, ac impedientes niſi plena reſtitutione ſequuta.*
7 *Si ad reſtituendum impotens non ſit.*
8 *Parochus an poſſit denegare Sacramenta his, qui nolunt ſoluere decimas.*

NOn [a] ſunt ferendi, qui varijs artibus decimas Eccleſijs obuenientes ſubtrahere moliuntur, aut qui ab aliis ſoluendas temere occupant, & in rem ſuam vertunt: cùm decimarum α *ſolutio debita ſit Deo*: & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas inuadunt. Præcipit igitur ſancta Synodus omnibus, cuiuſcumque gradus, & conditionis ſint, ad quos decimarum ſolutio ſpectat, vt eas ad quas de iure tenentur, in poſterum cathedrali, aut quibuſcumque aliis Eccleſiis, vel perſonis quibus legitimæ debentur integrè perſoluant. [b] Qui verò eas aut ſubtrahunt, aut impediunt, β *excommunicentur*, nec ab hoc crimine, γ *niſi plena reſtitutione* ſecuta, abſoluantur. Hortatur dehinc omnes & ſingulos, pro Chriſtiana charitate, debitoque erga Paſtores ſuos munere, vt de bonis ſibi à Deo collatis Epiſcopis, & Parochis, qui tenuioribus præſunt Eccleſiis, largè ſubuenire ad Dei laudem, atque ad paſtorum ſuorum, qui pro eis inuigilant, dignitatem tuendam, non grauentur.

a Conc. Matiſcon. 2. c. 5. Conc. Ticin. ver. in ſacris. Exod. 2. 23. Leuit. 27. Num. 18. Tob. 1 Malach. 3. c. decimas, 16. q. 1. c. decimas. cũ ſeq. 16. q. 7. c. parochianos. ex trãſmiſſa & cap. tuæ de deci.
b cap omnes decimæ, 16. q. 7. c. peruenit. c nõ eſt. c. tua & c. in quibuſdã. de decim. clem. 1. eod. tit.

1. VIde Monet. *de decim. cap. 8. num. 63. cum ſeqq.* Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib. 2. cap. 19. dub. 4.* Molfeſ. *in ſum. Theologiæ moral. tract. 6. cap. 4. num. 62. cum ſeqq.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ fol. 89. col. 1.* Laurent. de Peirinis *in conſtit. ſui Ordinis Minimorum conſtit. 26. Leonis X. ex num. 38.* Stephan. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta præc. 5. lib. 3. cap. 6. num. 3.* Nouar. *in ſingularib. iuris Canon. concl. 6.* Hieron. Venero, y Leyua *in examine Epiſc. lib. 9. cap. 3.*

2. α *Solutio debita ſit Deo.*] Decimam igitur eſſe partem Dei, & Deum illam vocare ſuam portionem, aſſerunt Henriq. *conſ. 67. num. 77.* Monet. *de decimis cap. 1. num. 38.* quam quidem ſibi reſeruaſſe in ſignum vniuerſalis dominij probãt *c. cùm non ſit, c. tuæ, il 2. de decim.* Rebuff. *de decim. q. 2. n. 1.* Tyndar. *eod. tract. n. 17. & 43.* Monet. *d. c. 1. n. 40.*

3. Decimarum ſolutioni obnoxia prædia ad Regulariũ monaſteria tranſeunt cum ſuo onere, ac proinde Regulares tenentur illas ſoluere parochialium Eccleſiarum Rectoribus, quemadmodum tenebantur laici priuſquam bona ipſa in monaſterij proprietatem tranſiuerint, vt per Aldan. *in compendio Canonic. reſolut. lib. 3. titul. 9. numer. 25.* vbi refert deciſum *in Ripan. Vrbanaten. & Firman. 18. Decembris* 1627. *& in Callien. 1. Septembris* 1629. Et ideo parochus eſt manumittendus in poſſeſſione exigendi decimas ratione prædiorum acquiſitorũ per Regulares, donec doceant de ſufficienti priuilegio,

ex

ex eodem Aldan. *citato loco*, qui refert ita reſolutum *in Piſauren.13.Aprilis* 1630.

4. *β Excommunicentur.*] Non ſoluentes decimas, cùm teneantur, poſſe ac debere excommunicari, probat text, *in cap. omnes decimæ 16. quæſt.1.cap.peruenit.cap. adhæc,cap.ex parte il 2.cap.tua nobis, de decim.*Monet. *d.tract.cap.8. quæſt. 6.num.64.* Molin. *de iuſtit. tract.2. diſp.756. num.4.* cenſuit Rota *in Dertuſen. decimarum* 11. *Maij* 1609. coram Card. Marquemont. impreſſa per Marcheſ.*de commiſſion.part.1. pag.675. & in Motulen. decimarum* 31. *Ianuarij* 1614. *coram Card.Sacrato.*

5. Monitione præmiſſa intelligunt Perez *ad tit.5. lib.1. Ordin.pag.*130.Rebuff.*de decim.quæſt.*12.*num.*8.& 15. Monet.*d.cap.8.num.69.*Azor.*inſtit.moral.p.1.lib.7.cap.24.quæſt.* 17. Soar.*de Relig.tom.1. tract.2.lib.1.c.37.*quos refero Ego ipſe *in collect. ad cap.peruenit.5.num.2.de decim.*quibus addo Aloyſ. Ricc.*in deciſ.Curiæ Archiep.Neapol.deciſ.*195.*num.6. part.4.*

*γ Niſi plena reſtitutione,*&c.] Vide Sanch.*in præcepta Decalogi tom.1.lib.2.cap.20.num.*19.Nouar.*d.concl.6.*Molin. *d. num.4.verſ.his ita relatis.* 6.

Culpa ſua non ſoluentem decimas, ſed quando ad confeſſionem accedit, impotens eſt ad reſtituendum, poſſe abſolui, reſoluunt Nauarr.*in man.cap.17.nu.59.*Molin.*citato loco,* Ioan.Valer.*de different.inter vtrumque forum, verb. Abſolutio. differ.5. num.5.* Nouar.*d.concluſ.6. num.3.*ex ea ratione, quia Concil.in præſenti non prohibet abſolui niſi eum, qui pro tunc tenetur reſtituere, quique peccat non reſtituendo. 7.

An autem Parochus poſſit denegare Sacramenta his, qui nolunt ſoluere decimas? Vide Aloyſ. Ricc.*in deciſ. Curiæ Archiepiſcop.Neapolit.deciſ.*195.*à princip.part.4.* 8.

Vtrùm autem contra renitentes ſoluere decimas poſſit vicarius imponere interdictum perſonale, & ſic prohibere ingreſſum Eccleſię? vide eundem Aloyſ. Ricc. *Neapol.deciſ.380.part.4.*

## *Quarta, quæ funeralium dicitur, Eccleſiæ perſoluatur, non obſtante,* &c.

## CAPVT XIII.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Pius V.*
3 *Rotæ deciſio.*
4 *Bulla Pij V. non fuit reuocata per Gregorium XIII.*
5 *Loquitur de priuilegijs conceſſis à 40. annis citra.*
6 *Quarta funeralis non debetur parocho intra cuius limites viator retentus pro delicto, & habilitatus cum cautione decedit.*
7 *Quarta funeralis debetur in hoc caſu.*
8 *Quarta funeralis non debetur parocho ex intorstitijs, ſeu cereis Confraternitatum ſecularium funera aſſociantium.*
9 *Intorſtitia & cerei, quæ per viam deferuntur circa cadauer, quomodo diuidendi.*
10 *Hæredes defunctorum pro defuncto ad ſepulturam aſſociando numerum Sacerdotum conuocare, & numerum ceræ ſtatuere debent.*
11 *Vocati omnes ad funus debent conuenire ad parochialem defuncti.*
12 *Regulares vocati ad ſepeliendum mortuos etiam in eorum propria Eccleſia, debent accedere ad Eccleſias, è quibus cadauera amouentur.*
13 *Confraternitates non poſſunt accedere ad funeralia niſi expreſsè vocentur.*
14 *Parochus proprius nullatenus excludendus, quamuis ad ſepeliendum cadauer regulares dumtaxat à defuncto acceſſiri iubeantur.*
15 *Defunctorum cadauera non amouenda ſine proprio parocho, niſi, &c.*
16 *Cadauera decedentiū in parochia, ad cuius Eccleſiam Capitulum cathedralis tranſlatum eſt, non poſſunt leuari per Canonicos irrequiſito parocho.*
17 *Defunctorum corpora ſi deponantur in parochiali ad effectum deferendi ad aliam Eccleſiam, nihil debetur parocho.*
18 *Sepulturæ electio in alia Eccleſia præter parochialem non poteſt per parochum impediri.*
19 *Habitu Religionis qui ſepeliendi.*
20 *Sepulturam pro filio minori poteſt pater in vita, non poſt eius mortem eligere.*
21 *Sepulturam ſibi eligendi facultatem non habens in maiorum ſuorum ſepultura humari debet.*
22 *Sepulturæ eccleſiaſticę tradi debet excommunicatus, qui in mortis articulo confeſſionem petijt.*
23 *Funerales ducere tenetur parochus vſque ad Eccleſiam regularium.*
24 *Parocho ſpectat declarare per quam viam ſit exportandus defunctus.*
25 *Parochus regularis vbi & quando deferat ſtolam.*
26 *Parochus cum ſtola ingreditur parchiam ſecularium.*
27 *Tertiarij vbi ſepeliendi.*
28 *Parochus in aſſociando eius defuncto an & quando contemnendus.*
29 *Crux vna tantùm in funeralibus deferenda.*
30 *Crux propriæ parochiæ defuncti deferenda eſt in funeralibus.*
31 *Officium defunctorum ſuper cadaueribus in Eccleſiis regularium ſepeliendis faciunt ipſi regulares.*
32 *Parochi defunctorum in regularium Eccleſiis humandorum corpora vſque ad eaſdem Eccleſias aſſociare poteſt.*
33 *Officium in tumulandis cadaueribus in Eccleſiis Regularium fieri debet per eoſdemmet Regulares, non obſtante quauis contraria conſuetudine.*
34 *Pauperum cadauera gratis ſepeliri debent.*
35 *Parochi non debent plus recipere pro tumulandis cadaueribus exterorum.*
36 *Cadaueris humatio non poteſt prohiberi occaſione iuris ſepulturæ.*

a De ſepult. extra in 6. & in clem.

DEcernit [a] ſancta Synodus, quibuſcumque in locis, iam ante annos quadraginta, Quarta, quæ funeralium dicitur, cathedrali, aut parochiali Eccleſiæ ſolita eſſet perſolui, ac poſtea fuerit ex quocumque priuilegio, alijs monaſterijs, hoſpitalibus, aut quibuſcumque locis pijs conceſſa, eadem poſthac integro iure, & eadem portione, quæ antea ſolebat, cathedrali, ſeu parochiali Eccleſiæ perſoluatur: non obſtantibus conceſſionibus, gratijs, priuilegijs, etiam Mari magno, nuncupatis, aut alijs quibuſcumque.

Vide

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1. Vide Gutier. *de iuram. confirm. p. 2. cap. 4. num. 2. & 4.* Fr. Emman. *quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 39. art. 2.* Franc. Leon. *in theſauro fori eccleſ. part. 2. cap. 14.* Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib. 2. cap. 19. dub. 5. concl. 2.* Fr. Ludouic. Miranda *in manu. Prælat. tom. 2. q. 48. art. 7.* Laurent. de Portel. *dub. regular. verb. Canonica portio.* latè Rota apud Tamburin. *in fine tom. 3. de Iure Abbatum deciſ. 83. cum ſeqq.*

2. Extat ad huius decreti intelligentiam Bulla Pij V. incip. *Et ſi Mendicantium, 17. Kalend. Iulij* 1567. confirmantis ac de nouo concedentis omnia Ordinum Mendicantiũ priuilegia, ſed inter alia hac de re agendo ita loquitur. *Quartam autem funeralium de qua ſeſſ. 25. cap. 13. nequaquam ſoluere teneantur monaſteria, quæ à 40. annis citra fundata exiſtunt, poſtquam Concilium ipſum loquitur tantùm de monaſterijs ante annos 40. fundatis, quæ ipſam quartam ſoluere conſueuerunt, & vbi ſolui conſueuit, id tantùm ceræ, & aliorum, quæ in aliquibus partibus deferri contigerit tempore, quo defunctorum corpora ad ſepulturam deferuntur, non autem de Miſſis, ſeu legatis, vel alijs Fratribus ipſis, ſeu Monialibus relictis, aut aliàs quomodolibet donatis ſolui debet, ſicque intelligi Concilij decretum quoad quartam huiuſmodi ſoluendam debere decernimus. Vbi verò non eſt conſuetudo ſoluendi quartam huiuſmodi, de nullo ſuprà ſcriptorum ſolui debere declaramus*, refert Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 2. cap. 3. num. 181.*

3. Adeſt quoque ad prædictorum intelligentiam bona deciſ. Rotæ *in vna Licien. quartæ funeralium 15. Ianuarij* 1618. *coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino*, relata per me *de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 86. ex num. 17.* cuius particula, quæ ad rem plurimum facit, ita ſe habet.

*Nec obſtat Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 13. de reform. quia cùm iſtud monaſterium ſit fundatum poſt publicationem Concilij, & quatenus eſſet fundatum antea, cùm non eſſet ſolitum ſoluere dictam quartam, Concilium ei non obſtat, vt declarauit ſanctiſſimus Pius V. in ſua conſtit. de anno 1567. quam refert Archangel. Caraccia de quarta funeralium, cap. 1. Gutier. de iurament. confirm. part. 2. cap. 4. num. 3. Emman. Roder. in quæſt. Regularib. tomo 1. quæſtione 41. artic. 2. & ita reſoluit Congregatio Illuſtriſſimorum interpretum, vt refert Rodriq. loco prædicto.*

4. *Nec eſt verum quòd prædicta conſtitutio Pij V. fuerit reuocata per Gregorium XIII. vt in eius Bulla, quam refert Nauar. in man. cap. 27. in fine, quia cùm dicta Bulla Pij plura contineret, per Gregorium redacta fuit ad terminos Concilij, vt cenſuit Sacra Congr. Illuſtriſſ. Interpretum, ſicut refert Caraccia loco citato, qui etiam in fine tractatus refert ipſam declarationem, bene aduertit Gutier. loco citato.* Hactenus dicta deciſio, quę etiam reperitur impreſſa apud Tamburin. *in fine tomi 3. deciſ. 84.*

5. Loqui Concilium in præſenti de priuilegijs conceſſis à 40. annis citra, & non procedere in priuilegijs antiquiſſimis conceſſis per 40. annos ante publicationem Concil. refert deciſum Lauor. *d. tit. 2. cap. 3. num. 183.*

Regulares tenentur ſoluere Parochis quartam funeralem non obſtantibus priuilegijs, in quibus adeſt clauſ. *Salua iuſtitia Parochialium Eccleſiarum* Rota apud Tamburin. *in fine tomi 2. de iure Abbatum deciſ. 83.* vbi *deciſ. 85.* tenet quòd Parochi à Religioſis ratione ſepulturæ nihil aliud poſſunt exigere niſi quartam eorum funeralium, quæ tempore ſepulturæ fuerint oblata, & ibi *num. 5.* refert quòd Parochi in Catalonia ex ſtatuto Pij V. nequeunt quicquam à Mendicantibus vltra quartam funeralium exigere, & *deciſ. 87.* reſoluit quòd Parochus intus Eccleſias vnitas monaſterijs Regularium non poteſt in funeribus ſtolam deferre, & alias functiones exercere, & ibi *n. 2.* ait quòd Parochus non poteſt ſe intromittere in Eccleſijs Regularium dũ cadauera in eiſdẽ ſepeliuntur.

6. Quarta funeralis non debetur Parocho, intra cuius limites viator retentus pro delicto, & habilitatus cum cautione decedit ſtante conſuetudine in ciuitate, quod ius ſepeliendi peregrinos, & viatores ſpectat ad Eccleſiam cathedralem, ita Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib. 4. tit. 17. num. 11.* Sel. *in ſelectis Canon. cap. 92. nu. 35.* aſſerentes ita deciſum *in Piſauren. 22. Ianuarij* 1628.

7. Quarta funeralis debetur Parocho ex funeralibus ſequenti die in alia Eccleſia ab alia in qua mortuus ſepulturæ mandatus fuerat, factis magno adhibito Religioſorum, & Presbyterorum, candelarum & intorſtitiorum numero in maiori quantitate diei pręcedentis, vt per Sel. *d. cap. 92. nu. 11.* vbi refert ita fuiſſe reſolutum per ſacram Congr. Epiſcop. *ſub die 3. Auguſti* 1621.

8. Quarta funeralis non debetur Parocho ex intorſtitijs, ſeu cereis Confraternitatum ſecularium funera aſſociantium, ex Aldan. *d. tit. 17. num. 12.* vbi refert ab eadem S. Congreg. deciſum *in Firmana 5. Martij* 1616.

9. Intorſtitia, cerei, & candelæ, quæ per viam deferuntur circa cadauera, in quibuſcunque priuatis Eccleſijs diuidenda ſunt pro æquali portione inter ipſos Parochos, & miniſtros aliarum Eccleſiarum quarumcunque, etiam regularium, & nationalium, in quibus ſepelitur, ac propterea quando huiuſmodi intorſtitia, ſeu cerei, & candelæ in præfatis Eccleſijs pro celebrandis diuinis officijs præſenti corpore accenduntur, finito officio extinguenda, & cuique medietas conſignanda eſt, vt per Sel. *d. cap. 92. num. 15.* vbi refert deciſum *in Congr. RR. DD. Præfectorum Vrbis, S. D. N. Vrbano VIII. approbante ſub die 21. Martij* 1629.

10. Defunctorum hæredes pro defuncto ad ſepulturam aſſociando numerum Sacerdotum ſibi bene viſum cõuocare poſſunt, & numerum cerę ſibi bene viſum ad cadauer ſepulturę aſſociandum quolibet contrario prætextu per Parochum deducto non obſtante, ſubminiſtrare valent, vt per Aldan. *d. tit. 17. num. 16.* vbi teſtatur ſic fuiſſe reſolutum per ſacram Congreg. Epiſcop. *in Caſſan. 5. Maij* 1617.

11. Vocati omnes ad funus debent conuenire ad Parochialem defuncti ex Aldan. *d. tit. 17. num. 19.* vbi dicit ita deciſum per S. Congr. Rituum *in Bononien. 9. Decembris* 1617. *& in Tropien. 16. Februarij* 1631.

12. Regulares vocati ad ſepeliendum mortuos, etiam in eorum propria Eccleſia, debent accedere ad Eccleſias, è quibus cadauera amouẽtur, & inde cum clero ſeculari diſcedere, non autem expectare extra ianuam Eccleſiæ, & alijs ſe poſtea aſſociari, ex Sel. *d. c. 92. nu. 20.* vbi teſtatur ſic fuiſſe reſolutum per ſacram Congregat. Epiſcop. & Regul. *in Vigleuanen. 13. Nouembris* 1600.

13. Confraternitates non poſſunt accedere ad funeralia mortuorum, niſi ſpecialiter & expreſsè vocentur, ex Sel. *d. c. 92. num. 21.* vbi refert ita deciſum à S. Congreg. Rituum *in Bononien. 9. Decembris* 1617.

14. Proprius Parochus nullatenus excludendus, quamuis ad ſepeliendum cadauer Regulares dumtaxat à defuncto accerſiri iubeantur, ex Aldan. *d. tit. 17. num. 21.* vbi teſtatur ſic reſolutum per S. Congreg. Epiſcop. & Regular. *in Montis Biloſi de anno* 1581.

15. Defunctorum cadauera in alterius Parochia exiſtentia, & in Eccleſijs Fratrum ſepelienda, priùs ad Eccleſiã Parochialem ad benedictionem, ac vltimum vale à Parocho recipiendum deferri debent. Sed ſi proprius Parochus ab eiſdem Fratribus moneatur priùs, & inquiratur ac expectetur, ipſeque venire recuſet, tunc ipſi Fratres poterunt ſupradicta cadauera ab ædibus defunctorum ad ſuas Eccleſias recto tramite deferre ipſo Parocho etiam inuito, Aldan. *vbi ſuprà*, qui refert per eandem S. Congreg. reſolutum *in Nepeſ. 11. Decembris 1615. ad 4.*

16. Cadauera decedentium in parochia, ad cuius Eccleſiam Capitulum Cathedralis tranſlatum eſt, non poſſunt leuari per ipſum Capitulum, ſeu Canonicos cathedralis Eccleſiæ, niſi requiſito parocho dictæ Eccleſiæ, vt per Aldan. *d. tit. 17. num. 1.* vbi ait ita cenſuiſſe ſacram Congreg. Rit. *in Theleſina 18. Auguſti 1629.*

17. Defunctorum corpora ſi deponantur in Parochiali, vt inde transferantur ad Eccleſiam Regularium, in qua elegerunt ſepulturam, nihil debetur Eccleſiæ parochiali, exceptis iuribus parochialibus, ex Sel. *d. c. 92. num. 2.* vbi ait ſic deciſiſſe ſacram Congreg. Rit. *in Placentina 23. Martij 1619.*

18. Sepulturæ electio in alia Eccleſia præter parochialẽ non poteſt per parochum impediri, dummodo illi reſeruata ſit ſua quarta funeralis, vt per Aldan. *d. tit. 17. nu. 32.* vbi ait ſic fuiſſe reſolutum per eandem S. Congreg. *in Capuana 31. Martij 1629.*

19. Suſcipientes habitum Religionis à Guardiano, vel ab alio,

alio, cui ille committendum duxerit, & cum eo decedẽtes in Eccleſijs eiuſdem Ordinis, Eccleſiaſticæ ſepulturæ ſunt tradendi, ſi Guardianus præter habitus conceſſionem & receptionem præmouerit eorum cadauera, ex Aldan. *d. tit.* 17. *num.* 3. vbi refert deciſum per S. Congr. Epiſcop. & Reg. *in Nepeſina.* 11 *Decembris* 1615. *ad* 2.

20. Sepulturam pro filio minori 14. ann. poteſt pater in vita, non poſt eius mortem eligere, vt per Aldan. *dict. tit.* 17. *nu.* 5. vbi refert deciſum *in Foglinen.* 27. *Octobris* 1587.

21. Sepulturam ſibi eligendi facultatem non habens in maiorum ſuorum ſepultura humari debet, ex Aldan. *d. tit.* 17. *num.* 8. vbi atteſtatur ita cenſuiſſe ſacram Congr. Epiſcop. *in Aſculana* 21. *Octobris* 1616.

22. Sepulturæ eccleſiaſticæ tradi debet excommunicatus, qui in mortis articulo confeſſionem petijt, vel Beatiſſimam Virginem inuocauit, vt per Sel. *d. c.* 92. *nu.* 14. vbi aſſerit ſic fuiſſe reſolutum per eandem ſacram Congr. *in Nolana* 19. *Iulij* 1619.

23. Funerale ducere, & proſequi tenetur parochus vſque ad Eccleſiam Regularium, ſi in ea defunctus ſepeliri debeat, vt per Aldan *d. tit.* 17. *num.* 23. vbi aſſerit reſolutum per eandem S. Congreg. Epiſcop. & Reg. *in Brixien.* 18. *Iunij* 1591. *& in Nicoteren.* 5. *Iunij* 1615.

24. Parocho ſpectat declarare per quam viam ſit exportandus defunctus, & omnia neceſſaria vſque ad ianuam Eccleſiæ Regularium, vbi ſepeliendus eſt, ex Aldan. *d. tit.* 17. *num.* 28. vbi dicit deciſum ab eadem Sacr. Congr. *in Caſtellanneten.* 3. *Ianuarij* 1594.

25. Parochus ſæcularis ſicut defert ſtolam in propria parochia, & in parochia Fratrum, dum defuncti corpus in eorum Eccleſia ſepelitur, ita parochus regularis in eodẽ caſu, & eodem tempore poterit ſtolam deferre, non ſolùm in propria parochia, ſed etiam in parochia, defuncti, ex Aldan. *d. tit.* 17. *num.* 31. vbi atteſtatur ita cenſuiſſe ſacram Congreg. Rit. *ſub die vlt. Septembris* 1628.

26. Parochus Monachus in funeralibus ita poteſt cum ſtola ingredi parochiam ſecularium, prout ſeculares parochi Monachorum parochiam ingredi valent, Aldan. *d. tit.* 17. *num.* 32. vbi ait ita reſolutum fuiſſe per eandem S. Congr. *in Aſculana* 29 *Ianuarij* 1626.

27. Tertiarij ſi qualitatibus in Bulla fel. record. Leonis X. præſcriptis ſint præditi, videlicet ſi viri collegialiter, aut clauſtraliter viuant, mulieres verò virginalem, vel cælibem, aut caſtam vidualem ſub expreſſo voto, & Tertiariorum habitu vitam ducant, poſſunt & debent etiam inuito ac minimè requiſito parocho in Fratrum Eccleſijs ſepeliri, ſecus verò ſi ſupradictis qualitatibus careãt, ex Sel. *d. cap.* 92. *num.* 25. vbi teſtatur ſic fuiſſe reſolutum per ſacram Congreg. Epiſcop. & Regular. *in Nepezina* 11. *Decembris* 1615. *ad* 1.

28. Mortui ſepeliri poſſunt in Eccleſia in qua ſepulturam elegerunt, ſine præſentia Parochi, ſi ipſe requiſitus intereſſe recuſet, vel petitam licentiam deneget, vt per Aldan. *d. tit.* 17. *num.* 35. vbi ait ſic cenſuiſſe ſacram Congreg. Rit. *in Capuan.* 22. *Decembris* 1629.

In funeralibus eſt deferenda vna tantùm Crux illius 29.
Eccleſiæ, ad quam corpus transfertur poſtquam ſequãtur immediatè perſonæ illius Eccleſiæ, & deinde cæteri ſecundùm anterioritatem, vt per Aldan. *d. tit.* 17. *num.* 26. qui refert ſic cenſuiſſe ſacram Congregationem Rit. *in Narnien. Septembris* 1614.

Crux propriæ parochiæ defuncti deferenda eſt in fu- 30.
neralibus, non autem Crux antiquæ parochiæ, ex qua diſmembrata fuit parochia noua, de qua eſt defunctus, & vocati ad funus in eadem propria parochia debent conuenire, ex Aldan. *d. tit.* 17. *num.* 40. vbi teſtatur per eandem S. Congregationem fuiſſe reſolutum *in Baron.* 22. *Martij* 1631.

Clerus ſecularis poſtquam Chriſti fidelium cadauera 31.
in Fratrum Religioſorum Eccleſijs ſepelienda aſſociauerit, in eiſdem Eccleſijs ſuper eiſdem cadaueribus officium defunctorum, Pſalmos, Reſponſoria, aliaive preces, vel orationes recitare, aut pſallere non poteſt. Sed ab ipſis Fratribus duntaxat hæc omnia peragenda ſunt, vt per Sel. *d. cap.* 92. *num.* 22. vbi teſtatur ita fuiſſe reſolutum per S. Congreg. Epiſcopi & Reg. *in Turritana* 24. *Nouembris* 1617. Vnde Canonici ſi corpora defunctorum comitari contigerit ad alienas Eccleſias recitato Pſalmo *Miſerere*, vel *De profundis*, ſuper corpus defuncti, cum verſiculo & oratione diſcedere poterunt, ex Sel. *citato loco*, qui aſſerit ita fuiſſe reſolutum per eandem S. Congr. *in Cremonen.* 9. *Auguſti* 1604.

Parochi defunctorum in Regularium Eccleſijs hu- 32.
mandorum corpora vſque ad eaſdem Eccleſias aſſociare, ac etiam in illis permanere poſſunt, abſque tamẽ eo quòd in officio decantando vllatenus ſe intromittãt, vt per Aldan. *d. tit.* 17. *num.* 42. vbi dicit ſic decidiſſe eandem S. Congreg. *in Nicoteren.* 5. *Iulij* 1615.

Officiũ enim in tumulandis cadaueribus in Eccleſijs
Regularium fieri debet per eoſdemmet Regulares, non 33.
obſtante quauis contraria conſuetudine, ex Aldan. *d. tit.* 17. *n.* 45. vbi ait ita cenſuiſſe ſacram Congr. Rit. *in Eugubina* 12. *Martij* 1612 *&* 5. *Iulij* 1614. *& in Placentina, & Licien.* 23. *Martij* 1619. *& in Catanien. ciuitatis Platiæ* 12. *Octobris eiuſdem anni, & in Sulmonen.* 8. *Auguſti* 1629. *& in Andrien.* 18. *Februarij, &* 2. *Martij eiuſdem anni, &* 5. *Iulij* 1631.

Pauperum cadauera gratis ſepeliri debent, vt per Al- 34.
dan. *d. tit.* 17. *n.* 50. vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum per S. Cong. Epiſcoporum & Regul. *in Caſſan.* 5. *Maij* 1617.

Parochi non debent plus recipere pro tumulandis ca- 35.
daueribus exterorum, vt per Aldan. *d. tit.* 17. *num.* 51. vbi ait deciſum *ſub die* 27. *Maij* 1617.

Iuris ſepulturæ occaſione non poteſt prohiberi cada- 36.
ueris humatio, cùm nulla ratio patiatur, Chriſtianæque pietati repugnans videatur, maximè verò ob pecuniarum intereſſe, cadauer inſepultum remanere, Sel. *d. c.* 92. *nu.* 70. vbi refert ſic cenſuiſſe Sacr. Congregat. Epiſcop. *in Cotronien.* 17. *Septembris* 1617.

---

*Clerici concubinarij puniantur poſt monitiones ſibi factas, vt in text. & cognitio cauſarum concubinariorum ad Epiſcopos ipſos pertineat. Epiſcopi concubinarij moneantur à Synodo Prouinciali, & non emendati ſuſpendantur, & perſeuerantes ad Papam cauſæ deferantur.*

## CAPVT XIV.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Statuta Concilij Trident. contra concubinarios ſtrictè obſeruanda.*
3 *Concubinarius quis dicatur in hoc decreto.*
4 *Fœminarum conſortium à viris ſpiritualibus fugiendum.*
5 *Clerici qualem qualem ſuſpicionem habentes à mulierum etiam in gradu propinquo ſibi coniunctarum conuerſatione omnino abſtinere debent.*
6 *Non procedit hoc decretum in ſimplici incontinentia.*
7 *Moniti ſpecialiter, non autem generaliter debent eſſe concubinarij.*
8 *Non tantum in viſitatione, ſed & alijs quoque temporibus.*
9 *Monitio generalis facta in Synodo non ſuffragatur.*
10 *Tempus, quod inter vnam & alteram monitionem interuenire debet, arbitrio Epiſcopi relinquitur.*

11 *Epiſco-*

11 *Epiſcopus poteſt ſolus procedere ad informationem ſummariam, & incarcerationem, vbi de fuga timetur.*
12 *Subcollectores, vel Commiſſarij ſpoliorum non comprehenduntur ſub diſpoſitione Ordinariorum.*
13 *Diſtributiones quotidianas comprehendit.*
14 *Epiſcopus debet mulctas pecuniarias eo ipſo quòd exactæ fuerint, pijs locis aſſignare.*
15 *Epiſcopus mulctas pecuniarias ſibi aſſumere poteſt vbi admodum pauper eſſet.*
16 *Clericus concubinarius ſuſpendendus ab Epiſcopo pręmiſſa monitione.*
17 *Clericus concubinarius notorius eſt hodie ipſo iure ſuſpenſus ab officio, & beneficio.*
18 *Priuatio hæc non tranſit ad ſucceſſorem beneficij ſi priuatus reſignet.*
19 *Inhabiles ac indigni fiunt quibuſcunque honoribus, beneficijs, &c. clerici concubinarij, ſuſpenſi qui concubinas non expellunt.*
20 *Exemptio, aut appellatio executionem ſententię latę contra concubinarios impedire non poteſt.*
21 *Cognitio, & punitio clerici concubinarij ad ſolum Epiſcopum pertinet.*
22 *Epiſcopus concubinarius quam pœnam incurrat.*

QVàm turpe, ac Clericorum nomine, qui ſe diuino cultui addixerunt, ſit indignum, in impudicitiæ ſordibus, immundoq; concubinatu verſari ſatis res ipſa, communi fidelium omnium offenſione, ſummoq; Clericalis militiæ dedecore, teſtatur. [a] Vt igitur ad eam, quam decet, continentiam, ac vitæ integritatem miniſtri Eccleſiæ reuocentur, populuſque hinc eos magis diſcat reuereri, quo illos vita honeſtiores cognouerit, prohibet ſancta Synodus quibuſcumque Clericis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus poſſit haberi ſuſpicio, α *in domo, vel extra* detinere, aut cum ijs vllam conſuetudinem habere audeant, alioquin pœnis, à ſacris canonibus, vel ſtatutis Eccleſiarum impoſitis puniantur. β *Quòd ſi à Superioribus moniti*, ab ijs ſe non abſtinuerint, γ *tertia parte fructuum*, obuentionum, ac prouentuum beneficiorum ſuorum, quorumcumque, & penſionum ipſo facto ſint priuati, δ *quæ fabricæ Eccleſiæ*, aut alteri pio loco arbitrio Epiſcopi applicetur. Sin verò in delicto eodem cum eadem, vel alia femina, perſeuerantes, ſecundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnes, ac prouentus ſuorum beneficiorum, & penſiones eo ipſo amittant, qui prædictis locis applicentur, ſed etiam à beneficiorum ipſorum adminiſtratione, quoad Ordinarius, etiam vti Sedis Apoſtolicæ Legatus, arbitrabitur, ε *ſuſpendantur*, & ſi ita ſuſpenſi, nihilominus eas non expellant, aut cùm ijs etiam veſcentur, tunc beneficijs, portionibus, ac officijs, & penſionibus quibuſcumque Eccleſiaſticis ζ *perpetuò priuentur* atque η *inhabiles, ac indigni* quibuſcumque honoribus, dignitatibus, beneficijs ac officijs in poſterum reddantur, θ *donec poſt manifeſtam vitæ emendationem* ab eorum Superioribus cum ijs ex cauſa viſum fuerit diſpenſandum. Sed ſi, poſtquam eas ſemel dimiſerint, intermiſſum conſortium repetere, aut aliàs huiuſmodi ſcandaloſas mulieres ſibi adiungere auſi fuerint, præter prædictas pœnas, [b] excommunicationis gladio plectantur. ι *Nec quæuis appellatio*, aut exemptio prædictam executionem impediat, aut ſuſpendat, ſupradictorumque omnium cognitio, κ *non ad Archidiaconos*, nec Decanos, aut alios inferiores, ſed ad Epiſcopos ipſos pertineat, qui ſine ſtrepitu & figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta procedere poſſint λ *Clerici verò* beneficia Eccleſiaſtica, aut penſiones non habentes, iuxta delicti, [c] & contumaciæ perſeuerantiam, & qualitatem ab ipſo Epiſcopo carceris pœna, ſuſpenſione ab ordine ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, alijſve modis, iuxta ſacros canones, puniantur. μ *Epiſcopi quoque*, quod abſit, ſi ab huiuſmodi crimine non abſtinuerint, & à Synodo prouinciali admoniti, ſe non emendauerint, [d] ipſo facto ſint ſuſpenſi, &, ſi perſeuerent, etiam ad Sanctiſſimum Romanum Pontificem ab eadem Synodo deferantur, qui pro qualitate culpæ, etiam per priuationem, ſi opus erit, in eos animaduertat.

a Suprà ſeſſ. 24. c. 8. refor. Concil. Cartha. 3. c. 18. Conc. Nicenũ c. 3. Concil. Matiſcon. 1. c. 1. Conc. Arelaten. 2. c. 3. Concil. Tolet. 2. c. 3. Conc. Braccar. 1. c. 15. Conc. Turo. 2. c. 10. 11. & 12. Concil. Moguntiacũ cap 49. c. interdixit 32. diſt. cap. cum omnibus c. volumus, & c. feminas 81. diſt. c. 1. cum multis ſeq. de cohabit. cler. & mulier.

b Cap. 2. cum ſeq. de cohabit. cleric. & mulier c. ſi concubinæ de ſent. excom. Concil. Aurel. 3. c. 4.

c Supra c. 6. & in alijs locis ſupra alleg. t. Cõc. Tolet. 4. c. 41. Vide 8. Tolet. cap. 6.

d Cap. quorundam 34. diſt. Concil. Aurel. 5. c. 5.

1. VIde Clar. §. *fornicatio, num. 9. verſ. clericus autem concubinarius*, Hieron. de Monte *var. iuris quæſt.* 18. *num.* 48. Rebuff. *in concord. tit. de publicis concubin. verſ. prima ergo pœna*, Perez *l. 23. verſ. quæri tamen poteſt tit. 3. lib. 1. Ordin.* Bernard. & Salzedo *in pract. Canon. cap. 79. de concubinar.* Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 6. cap. 21. de clericis concubinar.* Humad. *l. 32. gloſſ. 5. num. 6. tit. 5. & l. 43. gloſſ. 2. num. 3. tit. 6. part. 1.* Matien. *l. 6. gloſſ. 2. ex num. 23. tit. 8. lib. 5. nouæ recopil.* Menoch. *de arbitr. caſu* 218. Petr. Boll. *in œconom. Eccleſ. claſſ. 1. cap. 4. ex* §. 5. Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. concubinarius* §. 3. Petrus de Ledeſma *in ſumm. part. 2. tract.* 27. *cap.* 18. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part* 4. *collect.* 857. *& in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.* 359. *in 1. edit.* aliàs *reſolut.* 307. *in 2. edit.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. q.* 87. Soar. *de cenſur. tom. 5. diſput. 31. ſect. 4. num.* 10. Sayro *eod. tract. lib. 4. cap. 15. num.* 24. Filliuc. *quæſt. moral. tom. 1. tract. 17. cap. 7. num.* 124. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. n. 154. verſ. decimum.* Thom. Valaſc. *allegat. iur. tom. 1. allegat. 34. num. 7.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 11. cap. 10. nu.* 181. *cum multis ſeq.* Hieron. Venero, y Leiua *de examine Epiſcopor. lib. 4. cap. 27. ex num.* 64. metipſum *in collectan. ad cap. ſicut 4. de cohabit. cleric. & mulier.* nouiſſimè Marchin. *de Sacrament. Ordinis tract. 1. part. 8. cap. 3. à num.* 23.

2. Pium V. per ſpecialem conſtit. monuiſſe omnes locorum Ordinarios, & in virtute ſanctæ obedientiæ eis præcepiſſe vt ſtatuta Tridentini Concilij contra concubinarios tam clericos, quàm laicos edita diſtricte faciant obſeruari, reddituri Deo, ac ſibi, ſi id omiſerint, rationem, referunt Gutier. *Canon. lib. 2. cap. 7. num. 68. & ſeqq.* Nicol. Garc. *d. cap. 10. num.* 187.

3. α *In domo, vel extra*, &c.] Concubinarium in hoc decreto illum dici, qui non ſolùm concubinã domi retinet, vel qui ſub aliquo colore in domo ſuæ matris, vel aliquarum conſanguinearum, vel alibi habet, & cum ea tenet aſſiduam conſuetudinẽ, reſoluunt Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p. 3. c. 4. ſub n.* 27. Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 307. *in fin. & in deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapolit. p. 1. deciſ. 76. n.* 3. Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiepiſcop. Neapolit. c. 30. nu.* 4. Bellet. *diſquiſit. clerical. p. 1. tit. diſcipl. clericali.* §. 15. *nu.* 56. Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 6. c. 21. num.* 1. vbi ait concubinarium propriè illum dici, qui ſolutam, & corruptam domi retinet ad libidinem explendam ſæpius, Bernard. *in practic. canon. cap. 79. num.* 1. affirmat clericum concubinarium illum propriè dici poſſe, qui ſolutam mulierem, & corruptam, nulloque ſibi ſpiritualis, vel carnalis cognationis vinculo coniunctam domi retinet, cum qua conſueuit carnaliter commiſceri, Farin. *d. quæſt. 138. nu.* 4. hanc Bernardi Diaz definitionem refert, & *num.* 6. dicit quòd clerici concubina dicetur ſi ad libidinem domi quocunque modò ab ipſo retineatur etiam ſub nomine pediſſequæ, eius matris, ſororis, amitæ, vel alterius, cuius cohabitatio ipſi non prohibeatur.

4. Fœminatum conſortium quatenus à viris ſpiritualibus fugiendum ex ſanctis Patribus oſtendit Ioan. Baptiſta Fin. *de regulis iuris homil.22.verſ.adde*, & exemplis confirmat Emman. de Valle *de incant. & enſalm. ſect.2 cap.3.nu.19.& cap.16.ex num.25.* Et quòd debeant ſacerdotes abſtinere à mulieris, & coitus immunditia, multis ſacræ paginæ auctoritatibus probat Decian. *d.lib.6.cap.21.nu.5.*vbi *num.6.* refert quòd tria ex hoc peccato clericorum mala oriuntur, videlicet quia laicorum corda ſcandalum patiuntur, vituperatur officium Eccleſiaſticum, & præſtatur alijs occaſio peccandi,iuxta *cap.ſi mala 2.quæſt.5.& cap.ſignificaſti, de adulter.* Et dicuntur violare Templum Dei, nam qui fornicatur, in corpus ſuum peccat, 1. *ad Corinth.c.6.* Corpus autem Sacerdotis dicitur templum Spiritus ſancti,vt ibi dicitur.

5. Clericos igitur qualem qualem ſuſpicionem habentes à mulierum etiam in gradu propinquo ſibi coniunctarum conuerſatione omnino abſtinere debere, cùm inuenti aliquando fuerint, qui diabolica ſuggeſtione inceſtus, & ſtupra commiſerunt,aſſerunt Menoch. *de præſumpt.lib.5.præſ.17.num.9.* Valer. Reginald. *d.tract.3.nu.18.* Bellet. *d.tit.de diſcipl cleric.§.25.num.16.& 17.*

6. Decretum Concilij in præſenti non procedere in ſimplici continentia abſque qualitate concubinatus, atteſtantur deciſum Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ.deciſ.361. in fine,in 1.edit.& reſolut.307.num.5.in 2.edit.* Nicol. Garc. *de benefic.p.11.c.10.num.186.* Farin. *in praxi crimin.part.5.q.138.num.12.& 74.* Armendar. *in addic. ad recop.legum Nauarræ, lib.4.tit.5.de ſtupro l.vnica num.4.* Ioan. Sanci. *in ſelectis diſput.50.num.10.in fine.*

Contra Nauarr. *conſ.4 de adulter.in antiq.* aliàs *conſ.1.de cohab.cleric.in nouis,* Sayr. *in floribus deciſ.ſub illo tit.de adulter.deciſ.4.* exiſtimantes text. in præſenti ad ſimplicem incontinentiam eſſe extendendum.

7. *ß Quòd ſi à Superioribus moniti.*] Vt autem clerici concubinarij priuentur beneficijs, & deponantur, requiritur trina monitio facta per Superiorem, *cap.ſicut ad extirpanda,cap.ſi quiſquam,de cohab.cleric. cap ſi autem clerici, ver.vel tertiam commonitionem.eod.tit.* Ita Decian. *d.lib.6.cap.21.nu.30.* plures refert Ioan. Sanci. *in ſelect.diſput.50.num.10.* & addit Farin. *d.quæſt.138.num.41.* quòd ſi Clericus concubinam retinens bis aut ter monitus induratus in concubinatu permaneat, per ſuum Epiſcopum Curiæ ſeculari traditur, cùm ipſemet ſe Sacerdotio indignum iudicet, *auth.de ſanctiſſ.Epiſcop.§.Presbyteros collat.9.cap.Presbyteris 17.diſt.* quæ iura ipſe Farin. intelligit de traditione Curiæ ſeculari quatenus importat verbalem degradationem, non verò actualem.

Specialiter ſcilicet monendi ſunt, non autem generaliter, puta per edictum, deciſum referunt Nicol. Garc. *d.num.186.declar.4.* Armendar. *d.l.vnica,num.4.* Et ideo reſoluit Decian. *d.cap.21.num.30.in fine.* quòd non ſufficit generalis monitio quòd omnes concubinarij cleri dimittant concubinas,iuxta notata *in cap vlt.de vita,& hon.cleric.in verſ.ſi tales, & in Clem.1.eod.tit.in verb.nominatim, & in cap.ſtatutum, de ſent.excom.in 6.*

8. Non tantùm in viſitatione, ſed & alijs quoque temporibus huiuſmodi monitionem fieri poſſe, aſſerunt reſolutum Nicol. Garc. *d.num.186.declar.5.* & Armendar. *d.l.vnica,num.5.*

9. Monitionem generalem factam in Synodo non ſuffragari, etſi vim trinæ monitionis obtineat, reſoluunt Marc. Anton. Genuen. *d.cap.30.* Aloyſ. Ricc. *in d.praxi fori Eccleſ.deciſ.359.in 1.edit.* alias *reſol.307.num.3.in 2.edit.* licèt Bernard. *in d.practic.canon.cap.79.propè fin.* exiſtimauerit quòd vt Prælati excuſentur à monitionibus faciendis clericis ſuæ diœceſis, in hac materia prudenter faciunt, quando in ſuis conſtitutionibus ſynodalibus monent omnes generaliter ne concubinarij ſint; & licet ibi Salzedo *in addit.littera F.* id intelligat procedere contra eos clericos, qui ex lege diœceſana tenentur in Synodo comparere.

10. Tempus, quod inter vnam, & alteram monitionem interuenire debet,arbitrio Epiſcopi relinqui referunt deciſum Nicol. Garc. *d.num.186.declar.6.* & Armendar. *d.l.vnica,num.6.*

Poſſe ipſum Epiſcopum ſolùm ad informationem 11.
ſummariam, & incarcerationem procedere, vbi de fuga timetur ſine forma, & monitione in hoc decreto præſcripta, referunt deciſum Nicol. Garc. *d.num.186.declar.7.& 8.* Armendar. *d.l.vnica num.7.& 8.*

Subcollectores, vel Commiſſarios ſpoliorum non 12.
comprehendi ſub diſpoſitione Ordinariorum, ſed Nuncij Apoſt. iuxta eorum priuilegia, reſolutum aſſerunt Nicol. Garc. *d.nu.186.declar.13.* Armendar. *d.l.vnica,num.12.*

*γ Tertia parte fructuum,* &c.] Comprehendi etiam di- 13.
ſtributiones quotidianas, tenent Nauarr. *conſ.3.in antiq.ſub tit.de verbor.ſignificat.* quod deeſt in nouis, Sayro *in floribus deciſ.ſub illo tit.deciſ.7.* Aloyſ. Ricc. *in collect.deciſ.part.4.collect.821.verſ.amplia ſecundò & d.reſol.307.nu.5.in 2 edit.* Petr. de Ledeſma *d.cap.18.diffic.2.* & ex Concil. VI. Mediolanen. colligit Monet. *de diſtrib.quotid.p.3.quæſt.10.nu.56.* contra Nicol. Garc. *d.num.186.declar.9.* March. *d.tract.1.part.8.cap.3.num.24.*

*δ Quæ fabricæ Eccleſiæ,* &c.] Epiſcopum debere mulctas 14.
pecuniarias eo ipſo quòd exactæ fuerint, pijs locis aſſignare, ac proinde non poſſe portionem aliquam etiam in minima parte Vicario pro ſua mercede limitare, & minus Cameræ ſuæ Epiſcopali applicare, non obſtante contraria conſuetudine, reſoluunt,deciſumque referunt Quaranta *in ſumm.Bullarij verb.pœna pecuniaris,p.395.* Sbroz *de Offic.Vicarij in addit.lib.2.q.143.* Piaſec. *in Praxi Epiſc.p.2.c.4.num.97.in princ.* Galet. *in Margarita caſuum conſcientiæ, verb.pœna 1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.349.in 1.edit.* aliàs *reſol.300.num.3.in 2.edit.* quos refero Ego ipſe *de officio & poteſt.Epiſcopi p.3.allegat.107.num.19.*

Vbi tamen Epiſcopus admodum pauper eſſet, eas ſi- 15.
bi aſſumere poſſe pariter deciſum referunt Molfeſ. *in comment.de conſuetud.Neapolitan part.4.quæſt.64.ſub num.24.* Aloyſ. Ricc. *d.reſol.307.num.3.verſ.limita.*

*ε Suſpendantur.*] Clericum concubinarium ſuſpenden- 16.
dum ab Epiſcopo præmiſſa monitione,de qua in hoc decreto,reſoluunt Tolet. *in inſtruct.Sacerd.lib.1.c.47.* Henriq. *in ſumm.lib.13.c.36.§.1.* Auila *de cenſur.p.3.diſp.5.dub.2.* Bonacin. *eod.tract.diſp.3.q.6.puncto 5.nu.1.* Nicol. Garc. *d.c.10.num.181.& p.7.c.14.ex nu.8.* Marchin. *d.c.3.nu.26.* Et quid attento iure communi an eſſet ſuſpenſus ipſo iure, an veniret ſuſpendendus? Vide Menoch. *de arbitr.caſu 289.num.2.verſ.ſed verius, & caſu 418.nu.1.* Decian. *in tract.crimin.lib.6.cap.21.num.10.cum ſeq.* Farin. *d.q.138.num.40.*

Clericum concubinarium notorium ſine aliqua mo- 17.
nitione ſuperioris eſſe hodie prout in veteri iure ipſo iure ſuſpenſum ab officio, & beneficio, ita quòd ſi celebret,incurrat irregularitatem, deciſum refert Bellet. *diſquiſ.cleric.p.1.tit.de diſciplin.cleric §.5.nu.45.* Nicol. Garc. *de benefic.part.7.cap.14.num.11.& 15.* Armendar. *d.l.vnica,num.16.*

*ζ Perpetuò priuentur.*] Clericum concubinarium priua- 18.
ri beneficijs,reſoluunt Rebuff. *de publ.concub.in princ.verſ.ſecunda pœna eſt,* Decian. *d.lib.6.cap.21.num.12.* Roland. *conſil.98.num.6.lib.1.* Farin. *dict.quæſt.138.num.50.cum ſeqq.* vbi *num.66.* tenet requiri ſententiam declaratoriam priuationis, quæ poſtea quoad reſtitutionem fructuum retrotrahetur ad tempus delicti. Tambur. *de iure Eccleſ.tom.3.diſputat.9.quæſt.7.num.15.* Hanc pœnam non tranſire ad ſucceſſorem beneficij, ſi priuatus reſignet, referunt deciſum Nicol. Garc. *de benefic.part.1.cap.5.num.304.in fine,* Armendar. *d.l.vnica, num.15.* Aduertit Decian. *d.lib.6.cap.21.num.31.* quòd licèt olim in primitiua & adoleſcente Eccleſia grauiſſimè fuiſſet vindicatum hoc delictum clericorum in concubinatu exiſtentium, etiam vſque ad depoſitionem *cap.erubeſcant 32.diſt.cap.à multis, de ætat.& qual.* hodie tamen creſcente Prælatorum indulgentia, & deſcendente clericorum feruore in Chriſtum, mitigatæ ſunt pœnæ propter carnis fragilitatem, vt dicitur *in cap.fraternitatis 34.diſt.* & ideo raro deuenitur ob hoc crimen ad priuationem beneficiorum, minuſque ad depoſitionem,niſi præcedente trina monitione,& maxima contumacia.

*η Inhabiles, ac indigni,* &c.] Clerici concubinarij non 19.
tantùm amittunt beneficia, ſed etiam ad alia obtinenda inhabiles redduntur,vt per Menoch. *d.caſu 318.n.1.verſ.*

*præterea*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*pretorea & ſecundò*, Decian. *d.lib.6. cap.21. num.14. & 22.* Vide Farin. *in praxi crimin.part.5.quæſt.138.num.54.*

θ *Donec poſt manifeſtam vitę emendationem*, &c.] Clericum concubinarium, qui iam emendatus fuerit à ſuo Superiore diſpenſatus, effici habilem ad ſuſceptionem quoruncunque bonorum, Dignitatum, beneficiorum, & officiorum, reſoluunt Bermond. *de publicis concub. in gloſſ. vſque à quo*, Decian. *d.cap.21.num.34.& 35.* Farin. *dict. quæſt.138.num.87.*

20. ι *Nec quauis appellatio*, &c.] Concubinarium notorium de notorio concubinatu condemnatum non appellare tenent Salzed. ad Bernard. *d.cap.79.littera B.verſ.eſt tamen circa ſuperiora*, vbi declarat Decian. *d.lib.6.cap.21.num.29.* Farin. *d.quæſt.138.num.80.* Quam executionem exemptio, aut appellatio ante, vel poſt diffinitiuam ſententiam ſuſpendere non poteſt, vt refert deciſum Nicol. Garc. *de beneſic.p.11.cap.10.num.186.dub.12.* 21.

κ *Non ad Archidiaconos*, &c.] Hoc non intelligi in immemoriali, referunt deciſum Nicol. Garc. *d.num.186. dub.14.* Ludouic. à Sarauia *in tract. de iuriſd. Adiunctorum quæſt.24.num.5.& 26.*

λ *Clerici verò*, &c.] De punitione clericorum non ha- 22.
bentiũ beneficia, aut penſiones agit Farin. *d.q.138. nu.72.*

μ *Epiſcopi quoque*, &c.] De pœna Epiſcopi concubinarij agunt Soar. *tom.5. de cenſur. diſp.31.ſect.5.ad fin.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.32.tract.2.num.65.verſ. item ex Concilio*, Ægid. de ConincK *de Sacr. & cenſur.tom. 2. diſput.15.ſuſp.27.* Farin. *d.quæſt.138.num.70.*

---

*Filij clericorum illegitimi in Eccleſia, in qua patres beneficia obtinuerunt, ipſi non habeant, & quæcumque circa hoc in fraudem facta fuerint, irrita, & nulla cenſeantur.*

## CAPVT XV.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Diſpoſitio huius cap. in quo differat à iure communi.*
3 *Filius videtur poſſe ſuccedere in beneficio paterno ſi per triginta annos alius in eo ſucceſſit.*
4 *Beneficia, quæ pater ante Concil. dimiſit, licet filio obtinere.*
5 *Filij naturales etiam procreati tempore, quo eorum parentes nondum erant effecti clerici, comprehenduntur ſub hoc decreto.*
6 *Nepotes legitimi Presbyterorum ex filio illegitimo reſpectu beneficij aui non comprehenduntur ſub diſpoſitione huius decreti.*
7 *Pater non prohibetur obtinere beneficium in Eccleſia, in qua eius filius habuit idem, vel quodcunque aliud.*
8 *Fratres fratribus etiã immediatè ſuccedere poſſunt.*
9 *Filij legitimi clericorum poſſunt adipiſci beneficia quæcunque in eadem Eccleſia in qua genitores habuerunt, vel habent.*
10 *Sed non poſſunt paterna beneficia immediatè obtinere.*
11 *Filius quamuis legitimus eget diſpenſatione ad obtinendum immediatè beneficium paternum.*
12 *Decretum procedit.*
13 *Filius Presbyteri illegitimus non poteſt obtinere beneficium, quod olim pater ſuus abſque legitimo titulo, & minus pacificè aliquando poſſedit.*
14 *Filius illegitimus excluditur ne poſſit obtinere beneficium in Eccleſia in qua eius pater habuit ſolam ſedem in choro.*
15 *Poſſeſſionem beneficij per procuratorem accipiens, ſed in Eccleſia nunquam miniſtrauit, comprehenditur ſub hoc decreto.*
16 *Pater non poteſt habere beneficium in vna Eccleſia, & filius in alia quando ambæ ſunt ſorores.*
17 *Religioſi filij Religioſorum poſſunt diſpenſari ad dignitates & officia, quas eorum patres obtinent, vel obtinuerunt.*
18 *Filius illegitimus non prohibetur obtinere Epiſcopatum nuper erectum ex parte diœceſis, in qua eius pater fuit Archiepiſcopus.*
19 *Filius illegitimus an poſſit recipi in clericum Eccleſiæ receptitiæ vbi eius pater fuit receptus.*
20 *Hoc decreto prohibentur tantum in futurum obtinentes.*
21 *Canonicus illegitimus cuius pater poſſeſſionem alterius Canonicatus in eadem Eccleſia apprehendit, licèt in dicta Eccleſia nunquam miniſtrauerit, comprehenditur hoc decreto.*
22 *Filius illegitimus non prohibetur quominus tanquã capellanus amouibilis deſeruire poſſit, ac obtinere beneficium in Eccleſia in qua eius pater nunquam intitulatus fuit.*
23 *Filius illegitimus non prohibetur obtinere Eccleſiam filialem, dummodo non teneatur miniſtrare in Matrice.*
24 *Filius illegitimus poteſt patri ſuccedere in capellania fundata abſque Epiſcopi auctoritate.*
25 *Filius illegitimus non prohibetur habere Canonicatum, qui erat portio, tempore quo pater illum obtinebat.*
26 *Filius illegitimus quomodo prohibeatur miniſtrare in Eccleſia, in qua pater eius beneficium habuit, vel habet.*
27 *Filius illegitimus laicus non poteſt canere tanquam muſicus ſimplex in Eccleſia in qua pater habuit, vel habet beneficium.*
28 *Miſſam celebrare poſſunt in eadem Eccleſia pater & filius, dummodo ambo non obtineant beneficium in ea.*
29 *Quamuis vnus ob quoddam legatum, alter ob deuotionem celebret.*
30 *Pater & filius poſſunt inſimul proceſſionaliter incedere, vnus tanquam beneficiatus, & alter tanquam capellanus diuerſarum Eccleſiarum.*
31 *Filius illegitimus non prohibetur cũ patre habitare.*
32 *Penſiones habere non poſſunt filij illegitimi ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel obtinuerunt.*
33 *Penſionem ſuper beneficio paterno non prohibetur habere filius legitimus.*
34 *Penſio fraudulenter reſeruata.*
35 *Penſionem transferendi facultatem habens poteſt illam transferre in ſuum filium illegitimum.*
36 *Beneficium obtinuiſſe non dicitur qui fuit prouiſus, & litteris non expeditis, ac poſſeſſione non habita ceſſit alteri.*
37 *Filius ſuum beneficium reſignare cogitur, ſi ille & pater tempore Concilij reperirentur in eadem Eccleſia beneficia obtinere.*

38 *Pater, qui eſt coadiutor filij in Canonicatu tenetur cedere omne ius filio.*
39 *Diſpenſatio præſumpta in qua fundatur reg. de triennali non habet locum contra hoc decretum.*
40 *Reſignationes reciprocæ prohibentur.*
41 *Poſt ipſum Concil. in fauorem filiorum faciendæ.*

a Concil. 9. Tolet. in c. 10. grauius animaduertit. cap. propoſuiſti 82. diſt.
b Ab Alexan. 3. partis 19. cap. 2. & in Concil. 1. Lateranen. c. 14. c. 2. & per totum de fil. preſbyter.

VT [a] paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo conſecratis, quos maximè puritas, ſanctitaſque decet, α *longiſſimè arceatur*, β *non liceat* γ *filijs Clericorum*, δ *qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio*, ε *in Eccleſiis, vbi eorum patres beneficium aliquod Eccleſiaſticum* habent, aut habuerunt, quodcumque etiam diſſimile beneficium obtinere, [b] nec in dictis Eccleſijs ζ *quoquo modo miniſtrare*, η *nec penſiones* ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, θ *vel aliàs obtinuerunt*, habere. Quòd ſi in præſenti pater, & filius in eadem Eccleſia beneficia obtinere reperiantur, ι *cogatur filius ſuum beneficium reſignare*, aut cum alio permutare, extra Eccleſiam intra trium menſium ſpacium, κ *aliàs ipſo iure eo priuatus exiſtat*, & ſuper ijs quæcumque diſpenſatio ſurreptitia cenſeatur. λ *Ad hæc, reciprocæ reſignationes*, ſi quæ poſthac à parentibus Clericis in fauorem filiorum fient, vt alter alterius beneficium conſequatur, in fraudem huius decreti, & canonicarum Sanctionum factæ omnino cenſeãtur, nec collationes ſecutæ, vigore huiuſmodi reſignationum, ſeu aliarum quarumcumque, quæ in fraudem factæ fuerint, ipſis clericorum filijs ſuffragentur.

1. VIde Bernard. & Salzed. *in pract. Canon cap.* 50. in nouiſſ. edit. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel gloſſ.* 5. Seraphin. *deciſ.* 1442. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 3. Aloyſ. Ricc. *in praxi part.* 4 *reſol.* 370. *cum ſeqq.* Bellet. *diſquiſit. cleric. part.* 1. *tit. de diſciplin. cleric* § 2. *nu.* 21. *cum ſeqq.* Campan. *in diuerſ. iuris Canonic. rub.* 11. *cap.* 13. *num.* 67. *cum ſeqq.* Armendar *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 19. *l.* 1. *de filijs Preſbyt.* Stephan. Gratian *diſcept. forenſ. cap.* 397. Honor. *ad Decretal. tit. de filijs presbyter. num.* 16. Fr. Sigiſm. à Bononia *de elect. dub.* 75. Iul. Lauor. *var. lucubrat. tit.* 4. *cap.* 16. *num.* 48. *cum ſeqq.* Nouar. *in ſingular iuris Canonici concluſ.* 50. metipſum *de officio & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 65. Illuſtriſſ. D. meũ Roderic. à Cunha *ad cap.* 13. *diſt.* 56. Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. c.* 47. *n.* 27. *cũ ſeq.* Caſtro Palao *in opere moral. tom.* 2 *tract.* 13. *diſp.* 4. *punct.* 2. Sanch. *in opere conſil. moral. to.* 1 *lib.* 2. *c.* 1 *dub.* 15. *à n.* 5. Vaſq. *in opuſc. moral. c.* 3. § 1. *dub.* 2. *n.* 4.

2. In quo autem diſpoſitio huius text. differat à iure cõmuni, ex Nicol. Gar. refert Fr. Sigiſm. à Bononia *d. dub.* 75. *poſt num.* 7. *verſ. octauò dubitari poteſt.* & dixi Ego ipſe *d. allegat.* 65. *in princ.* & me non citato tranſcripſit Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.* 327. *part.* 4.

3. α *Longiſſimè arceatur* ] Si per triginta annos alius in beneficio paterno mediatè ſucceſſerit, videri filium poſſe in eo ſuccedere, tradit Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel gloſſ.* 5. *n.* 33.

4. β *Non liceat* ] Licere tamen beneficia, quæ pater ante huiuſmodi conſtitutionem dimiſit, obtinere, cenſuit Rot. *deciſ.* 61. apud Farin. *in* 1. *collect. nouiſſ.* aliàs *part.* 4. *diuerſ.* quã refero *d. allegat.* 65. *nu.* 10. Vel ſi ante Concilij publicationem è vita migrauit, ſicut referunt deciſum Nicol. Garc. *d. cap.* 3. *n.* 43. Armendar. *d. l.* 1. *de filijs Presbyt. num.* 10. Sanchez *d. lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 15. *nu.* 8. vbi tenet poſſe filium obtinere beneficium in Eccleſia, in qua pater modò obierit ante huius decreti publicationem, vel intra tres menſes ab illius publicatione, & ſimiliter ſi pater ſuum beneficium, antè demiſerat, vel dimiſit intra illos tres menſes, quia hic dum dicitur, *non liceat*, non loquitur de collationibus antea factis, ſed de futuris.

5. γ *Filijs clericorum* ] Habere locum in filijs naturalibus procreatis tempore, quo eorum parentes nondum erant effecti clerici, referunt reſolutum Armendar. *dict. l.* 1. *de filijs Presbyter. num* 7. Nicol. Garc. *d. cap.* 3. *num.* 15. Fr. Sigiſm. à Bononia *de elect. dub.* 73. *num.* 2.

Contra Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 1. *quæſt.* 13. *artic.* 7. & Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 10. exiſtimantes hoc decretũ non loqui de filijs naturalibus.

6. Nepotes legitimos Presbyterorum ex filio illegitimo reſpectu beneficij aui non comprehendi ſub diſpoſitione huius decreti, quia cùm hoc decretum pœnale ſit, eſt reſtringendum, reſoluunt Nauarr. *conſil.* 9. *num.* 9. & 10. *de filijs Presbyter.* Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ.* 3. *princip. ex num.* 23. Ceuall. *commun. contra commun. quæſt.* 796. *ex num.* 9. Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi cap.* 50. § 7. *num.* 2. & § 8. *num.* 2. Garc. Gironda *de priuileg. explicat num.* 1049. Galet. *in margar. caſuum conſcient. verb. beneficium* 1. Sayro *de cenſur. lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 46. Azor. *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4 *quæſt.* 17. Seraphin. *d. deciſ.* 1442. *num.* 11. Stephan. Gratian. *dict. cap.* 397. *num.* 6. Nicol. Garc. *dict. cap.* 3. *in addit. num.* 22. Armendar. *d. l.* 1. *de filijs Presbyter. num.* 1. Campan. *d. cap.* 13. *in num.* 76. Bellet. *d.* § 3. *num.* 33. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapolitan. part.* 4. *deciſ.* 283. & *in praxi part.* 4. *reſolut.* 374. Nouar. *de elect. & variat. fori, quæſt.* 9. *num.* 60. *in fine ſect.* 3 *in vltim. impreſſione*, & nouiſſimè Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap.* 1. *num.* 8. *diſt.* 56. Caſtro Palao *d. puncto* 2. *num.* 3. Sanchez *d. lib* 2. *cap.* 1 *dub.* 18. Honor. *ad Decretal. tit. de filijs Presbyter. num.* 16. *in fine*, Sel. *dict. cap.* 92. *num.* 5. vbi refert deciſum *ſub die* 13. *Auguſti* 1612. Item in nepote illegitimo ex filio itidem illegitimo dicendum aſſerunt Spin. & Azor. *citatis locis*, Nicol. Garc. *dict. capitul.* 3. *num.* 27. Armendar. *dict. loco numero* 5. Quintanad. *lib.* 2. *num.* 95. D. meus *ad dict. cap.* 1. *num.* 9.

Contra Mieres *de maioratu part.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 52. Rebuff. *de pacificis poſſeſſ. num.* 266. *cum ſeq.* aliàs 225. & Salzed. ad Bernard. *d. cap.* 50. *littera A.* Roias *de ſucceſſ. ab inteſtato cap.* 20. *ex num.* 112. Leſſ. *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 91. exiſtimantes prohibitionem huius decreti etiam ad nepotes quoſcunque extendi.

Patrem non prohiberi obtinere beneficium in Eccle- 7.
ſia, in qua eius filius habuit idem, vel quodcunque aliud, etiam diſſimile, tradunt Rebuff. *in praxi benefic. tit. de diſpenſat. ſuper defectu natal. num.* 29. Fr. Emman. *in ſumm. tom.* 1. *cap.* 29. *n.* 4. *in fine*, Vega *part.* 1. *ſumm. cap.* 36. *caſu* 18. Sayr. *de cenſur. lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 44. & *ſeqq.* Leſſ. *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 91. Honor *d. tit. de filijs presbyter. in fine.* Quintanad. *Eccleſiaſt. lib.* 2. *num.* 95. Nicol. Garc. *d. part.* 3 *num.* 28. Campan. *d. cap.* 13. *num.* 7. Seraphin. *deciſ.* 1442. Armendar. *d. l.* 1. *de filijs Presbyter. num.* 4. Fr. Sigiſm. à Bononia *d. dub.* 75. *nu.* 3. Sel. *in ſelect. canon cap.* 92. *num.* 5. vbi *in vna Maceraten* 18. *Nouembris* 1628. refert fuiſſe deciſum patrem non prohiberi obtinere immediatè beneficium filij ſui illegitimi, Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 19. ex eo, quia hoc non inuenitur expreſsè prohibitum, & cùm ſit pœnale, potius eſt reſtringendum, tum etiam quia non militat eadem ratio, nempe quòd detur ſucceſſio hæreditaria in beneficijs, cùm ratum ſit, vt filij theſaurizent parentibus, & eis beneficia reſignent.

Fratres fratribus etiam immediatè ſuccedere poſſe, 8.
reſoluunt Panor. *in cap. ex tranſmiſſa num.* 3. *de filijs Presbyt.* Sayro *d. cap.* 10. *num.* 44. Azor. *dict. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 44. *quæſt.* 6. *verſ. ratum eſſe videtur.* Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap.* 13. *num.* 10.

δ *Qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio.* ] Filios ergo 9.
legitimos clericorum poſſe adipiſci beneficia quæcunque in eadem Eccleſia in qua genitores habuerunt, vel etiam habent, ex *cap. ad hæc, de filijs Presbyter.* colligunt citati per me *dict. allegat.* 65. *num.* 16.

Sed huiuſmodi legitimos clericorum filios paterna 10.
beneficia immediatè obtinere non poſſe, ſed mediatè, per *cap. ex tranſmiſſa*, & *cap. ad extirpandas, de filijs Presbyt.* & attenta noua huius decreti diſpoſitione meritò ſuſtinent, Salzed. *d. cap.* 50. *num.* 3. Seraphin *deciſ.* 1443. *num.* 6. Sanctarel. *var. reſolut. quæſt.* 79. *num.* 1. & *quæſt.* 41. *num.* 15. Fr. Emman. *quæſt. regular. tom.* 1. *quæſt.* 13. *artic.* 7. Gonzal. *ad reg.* 8.

*ad reg.8.Cancel gloſſ.5.num.*33.Nicol.Garc. *d.c.3.num.*18.*& in addit.nu.*29.*in fine.* Illuſtriſſ. D.meus Roderic.à Cunha *ad d.cap.*13. *num.*5.

11. Vnde filium quamuis legitimum egere diſpenſatione ad obtinendum immediatè beneficium paternum, refert deciſum Armendar. *d.l.*1.*de filijs Presbyt.num.*4.Sel.*d. cap.*92. *nu.*6. vbi teſtatur ſic fuiſſe deciſum *ſub die* 23. *Auguſti* 1631. & non poſſe cum illo Epiſcopum diſpenſare reſoluit Sanchez *d.lib.*2.*cap.*1.*dub.*17. *num.*3.

12. ¶ *In Eccleſiis vbi eorum patres beneficium aliquod Eccleſiaſticum,* &c.] Decretum hoc habere locum tantùm in filijs illegitimis, qui mortuo patre beneficia in eadem Eccleſia impetrare volunt, & in illis, qui vnà cum patre in præſenti reperiuntur obtinere in eadem Eccleſia, referunt deciſum Nicol.Garc. *d.cap.*3.*num.*43.*in* 3. *declar.* Armendar.*d.l.*1.*de filijs Presbyt. num.*12.

13. Filium Presbyteri illegitimum non poſſe obtinere beneficium, quod olim pater ſuus abſque legitimo titulo, & minus pacificè aliquando poſſedit, aſſerunt reſolutum Nicol.Garc. *d. cap.*3. *num.*59. & Armendar. *d. l.*1. *de filijs Presbyt. num.*23. Caſtro Palao *d.puncto* 2. *num.*7.

14. Filium illegitimum per text.in præſenti excludi ne poſſit obtinere beneficium in Eccleſia, in qua eius pater habuit ſolam ſedem in choro ratione dignitatis, quam in alia Eccleſia obtinebat, dicit deciſum Nicol.Garc. *d.c.*3. *num.*66. Armendar.*d.l.*1.*de filijs Presbyt.num* 27.

15. Sub hoc decreto comprehendi illum, qui per procuratorem accepit poſſeſſionem, ſed in Eccleſia nunquam miniſtrauit, referunt deciſum Iul. Lauor. *variarum lucubrat.tit.*4.*cap.*16.*num.*51.Campan.*d.cap.*13.*num.*67. *verſ.Sed his,in fine,* Nicol.Garc.*d.c.*3.*num.*56.*declar.*44. Armendar. *d.l.*1.*de filijs Presbyt.num.*21.vbi *num.*45.ſubdit quòd in Eccleſijs ſororum aliarum Eccleſiarum (ſicut ſunt aliquæ in Hiſpania) in quarum altera reſidendo, præſupponitur reſidere in principali, non poteſt pater reſidere in vna, & filius in altera.

16. Pater non poteſt beneficium habere in vna Eccleſia, & filius in alia, quando ambæ ſunt ſorores, itaut reſidens in vna, cenſeatur in vtra reſidere, quarum aliquæ reperiuntur in Hiſpania, prout refert deciſum Garc. *in addit. ad d.part.*7.*cap.*3.*num.*75.

17. An hoc Concilij decretum ita ſe extendat ad illegitimos Regulares filios Religioſorum, vt nequeant promoueri ad dignitates in Religione, quas eorum patres obtinent, vel obtinuerunt? in qua quæſt. Fr. Emman quem refert & ſequitur Fr.Sigiſm. à Bononia *de elect.dub.*75.*nu.*5. reſoluit memoratos Religioſos filios Religioſorum poſſe diſpenſari ad dignitates & officia in Religione vbi eorum patres ſunt, non autem in monaſterio vbi prælationes adminiſtrarunt.

18. Filius illegitimus hoc decreto non prohibetur obtinere Epiſcopatum nuper erectum ex parte diœceſis, in qua eius pater fuit Archiepiſcopus, quia Concil. in præſenti ſtrictè eſt intelligendum in caſu odioſo, & loquitur in Eccleſia in qua pater miniſtrauit, quod hic ſecus eſt, cùm non ſit eadem Eccleſia, ita Aldan. *in compend.canon.reſol. lib.*5.*tit.*18.*nu.*1. vbi refert ſic fuiſſe deciſum *ſub die* 12. *Februarij* 1598. Caſtro Palao *d.diſput.*4.*puncto* 2.*num.*15.

19. Filio illegitimo obſtat hoc decretum quominus in clericum Eccleſiæ receptitiæ, in qua recepti abſque alia prouiſione Diuinis inſeruire, & maſſæ communis participes eſſe conſueuerunt, admitti queat, propterea quòd eius pater duodecim ab hinc annis defunctus in ipſa Eccleſia receptiua in clericum admiſſus & ipſe fuit, Diuiniſque inibi inſeruiuit, atque emolumenta conſueta percepit, quia receptitius dicitur beneficiatus, ex Aldan.*d.tit.*18.*num.*6. vbi atteſtatur, ſic fuiſſe reſolutum *ſub die* 2. *Decembris* 1605.

20. Hoc decreto non prohibentur filij Presbyteri retinere beneficium legitimè obtentum in eadem Eccleſia in qua fuit beneficiatus eorum pater, qui ante publicationem Concilij è vita migrauit, quia hoc decreto prohibentur tantùm in futurum obtinentes, vt refert deciſum Nicol.Garc. *d.part.*7. *cap.*3.*num.*43. & 46.

21. Canonicus illegitimus, cuius pater poſſeſſionem alterius Canonicatus in eadem Eccleſia apprehendit, licèt in dicta Eccleſia non miniſtrauerit, nec fuerit, nec aliquid perceperit ex fructibus ipſius Canonicatus, comprehenſus eſt ſub hoc decreto; ille verò, cuius pater ſola Romani Pontif. ſignatura ſibi obtinuit, conferri Canonicatum eiuſdem Eccleſiæ, ſed neque litteras Apoſtol. expediuit, nec vnquam habuit poſſeſſionem, non comprehenditur, prout refert deciſum Nicol. Garc. *d. part.*7. *cap.*3. *num.*56.

Filium illegitimum non prohiberi quominus tanquam 22.
capellanus amouibilis deſeruire poſſit, atque obtinere beneficium in Eccleſia in qua eius pater nunquam fuit intitulatus ad aliquod beneficium Eccleſiaſticum, licèt pro Capellano amouibili inſeruierit in eadem Eccleſia, referunt deciſum Nicol.Garc. *d.cap.*3. *nu.*27. Armendar. *d.l.*1.*de filijs Presbyter.num.*32. Stephan.Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*397. *nu.*24.*cum ſeqq.* Campan.*d.cap.*13.*nu.*67.*verſ. & quia,* Aloyſ.Ricc. *in deciſ.Curiæ Archiepiſcop.Neapolit. deciſ.*204.*part.*4. *& in praxi part.*4. *reſol.*373. Fr. Sigiſm. à Bononia *d.dub.*78.*num.*6. Ego ipſe *d.allegat.*65.*num.*5. Lauor. *d.cap.*16 *num.*52.

Nec prohiberi obtinere Eccleſiam filialem, dummo- 23.
do non teneatur miniſtrare in Matrice, quam obtinet pater, referunt deciſum Nicol.Garc. *d.cap.*3. *num.*62.*in* 3. *declar.* Armendar.*d.l.*1.*de filijs Presbyter.nu.*26. Illegitimus enim, cuius pater fuit Rector Eccleſiæ Matricis, poteſt Eccleſiam filialem obtinere dependentem, ſeu aliàs illi vnitam, in qua eadem Matrix habet etiam quædam iura Parochialia, modò vnio ſit facta acceſſoriè, & per viam ſubiectionis Eccleſiæ Matrici, & pater in ea non miniſtrauerit; non poterit tamen vnitam æquè principaliter obtinere (itaut intitulatus in vna, cenſeatur in vtraque intitulatus,) aut ſi in vtraque pater miniſtrauit, vt per Nicol.Garc.*dict.cap.*3.*num.*62.Campan.*d.cap.*13.*num.*67.*verſ. cùm verò,* Armendar. *d.l.*1. *de filijs Presbyt.num.*24.

Nec prohiberi ſuccedere in capellania, quæ fundari 24.
ſolet, maximè in Hiſpania abſque alia Epiſcopi, vel alterius ſuperioris auctoritate, vt in illis ſuccedant clerici de parentela, tradunt Gonzal. *ad reg.*8.*Cancel gloſſ.*5. *num.*33. *cum ſeqq.* Caſtro Palao *d. diſput.*4. *puncto* 2. *num.*15. *in fine,* Ego ipſe *d. allegat.* 65. *num.* 13.

Nec prohiberi habere Canonicatum, qui erat portio 25.
tempore, quo pater illum obtinebat, reſoluit Achil. de Graſſis *d. deciſ.*1. *de filijs Presbyter.* quem refero Ego ipſe *d.allegat.*65.*num.*12. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.gloſſ.*5.*proœm. ſub num.*33. Lotter. *de re beneſic.lib.*3.*quæſt.*48.*num.*210.

¶ *Quoquo modo miniſtrare,* &c.] Filium illegitimum in 26.
Eccleſiam, in qua pater eius beneficium aliquod habuit, vel habet, prohiberi non ſolùm ſacrum ſolemniter facere, aut Euangelium, vel Epiſtolam ſolemniter cantare, ſed etiam Miſſam tanquam externum, & peregrinum priuatim celebrare, & ſacriſtam in eadem Eccleſia agere, reſoluunt Nauarr.*conſil.*1.*quæſt.*17. *de conſtitut.* Sayro *in floribus deciſ. ſub eod.tit. deciſ.*22. Aloyſ.Ricc. *in collect.deciſ. part.*4.*collect.*1367.*verſ.tu amplia,* Bellet. *diſquiſ.clerical.p.*1. *tit.de diſcipl.cleric.*§.3.*num* 32. Stephan.Gratian. *d.cap.*397. *num.*26. *cum ſeqq.* vbi *num.* 28. ſubdit nec etiam antiphonam in ea canere poſſe ratione oneris, beneficij alterius Eccleſiæ annexi, refero Ego ipſe *d.allegat.*65. *num.*20. & addo Iul.Lauor.*var.lucubrat.tit.*4.*cap.*16.*num.*50. Et quòd filius illegitimus prohibeatur etiam deuotionis gratia Miſſas celebrare in Eccleſia, in qua eius pater beneficium obtinet, vel obtinuit, tenet Aldan. *in compendio Canon.reſol.lib.*5.*tit.*18.*nu.*3. vbi refert ita deciſum *ſub die* 22. *Ianuarij* 1602. & fuiſſe pro hac parte Cardinales *S. Marcelli de Camarino, Sanctorum quatuorum, Blanchettus, Mantica, Vicecomes, & Oſitus.* & ex altera parte Cardinales *de Montelparo, Iuſtinianus à Monte, Parauicinus, & Plattus.*

Filium illegitimum laicum non poſſe canere tanquam 27.
muſicum ſimplicem in Eccleſia in qua pater habuit, vel habet beneficium, referunt deciſum Nicol. Garc. *d. cap.*3.*num.*68. Campan. *d.cap.*13. *num.*67. *verſ. & qui.* Armendar. *d.l.*1. *de filijs Presbyt.num* 28. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. part* 4. *deciſ.*283. *num.*1. Ego ipſe *d.alleg.*65.*num.*21. Hinc infert Honor.*ad Decret.tit.de filijs preſbyt. verſ. vnde inferri, num.*16. tenet quòd filius illegitimus clerici, & pater non poſſunt eſſe monachi, & Regulares



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Canonici in eodem monaſterio ſiue Eccleſia.

28. Decretum hoc non prohibere quin pater & filius poſſint celebrare Miſſam in eadem Eccleſia, dummodo ambo non obtineant beneficium in ea, ſed id fiat ab altero deuotionis gratia, ab altero cauſa legati, quod relictum ſit Miſſam celebrantibus, atteſtantur reſolutum Nicol.Garc.*d.cap.3.num.73.*Armendar.*d.l.1.de filijs Preſbyter.num.33.*Campan.*d.cap.13.num.67.in fine,* Sigiſmund. à Bononia *d. dub.75. num.7. in princip.* Lauor. *dict.cap.16. num.54.*

29. Vnde non eſſe moleſtiam exhibendam illegitimo Presbytero celebranti Miſſam ob quoddam legatum in eadem Eccleſia, in qua pater celebrat ob deuotionem, cùm neuter habeat beneficium, & hic caſus non ſit prohibitus à Concilio, referunt deciſum Nicol.Garc.*d cap.3 num.73.*Armendar.*d l 1, de filijs Presbyt num.34.*Campan, *loco proximè citato.* Caſtro Palao *d.puncto 2.num.17.*

30. Patrem & filium poſſe inſimul proceſſionaliter incedere, vnum tanquam beneficiatum, & alterum tanquam capellanum diuerſarum Eccleſiarum, referunt deciſum Nicol.Garc.*d.cap.3.num.68 in 3.declar.*Armendar.*d.l.1.de filijs Presbyt.num.30.*obſeruantes quòd ſi proceſſionaliter accederent ad Eccleſiam, in qua pater obtinet beneficium, filius non poterit aliquo modo miniſtrare, refero Ego ipſe *d allegat 65 num.22.*

31. Filium illegitimum non prohiberi in hoc text.cum patre habitare, dicunt reſolutum Nicol.Garc. *d.cap.3.num. 74.*Armendar.*d.l.1 de filijs Presbyt.num.35.*Fr, Sigiſmund. à Bononia *d.dub.75.num.7.verſ. ſeptimò,* Ego ipſe *d.allegat. 65.num.14.*Lauor.*d cap.16 num.55.*

32. *u Nec penſiones,* &c ] Filios illegitimos habere non poſſe penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel obtinuerunt, tradunt Seraphin. *d.deciſ.1442.num.15.* Stephan. Gratian.*d.cap.397.ex num. 24.* Campan.*d cap.13. num.70.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep.Neapol.deciſ.186.n.3.part.4.* Caſtro Palao *d. puncto 2.num.10.* Ego ipſe *d. alleg.65.num.16.* Rot.*deciſ.549.num. 4.part 2. recent.* & fuit dictum *in Meliten. penſionis 14.Maij 1614. coram bonæ memor. Burrato* inter eius impreſſas *deciſ. 53.num.3.*vbi Ferentil.*in annot.lit.B.*Intellige de reſeruatis poſt Concilium, non ante Concilium, Rota *deciſ.12. num.2.*apud Farin.*part.2.in poſthum.*

33. Filium legitimum non prohibere habere penſionem ſuper beneficio paterno, referunt deciſum Nicol.Garc. *d.cap.3.num.35.*Armendar.*d.l.1.de filijs Presbyt.num 9.*vbi *num.47.* ſubdit diſpenſandum eſſe cum filio obtinente penſionem in Eccleſia in qua pater habuit Canonicatũ, quem reſignauit Sel. *in ſelect. Canon cap.92.num.5.* vbi ita refert deciſum *ſub die 11.Ianuarij* 1601.

34. Diſpoſitionem huius text.ac illius prohibitionem intrare ſi Antonius legitimus obtineat Canonicatum, illudque reſignet in fauorem Nicolai, reſeruata penſione ſuper Parochiali, quam Matthæus pater Nicolai obtinebat de conſenſu patris, cùm ipſe pater in fraudem conſenſiſſe penſioni cenſeatur, referunt deciſum Nicol. Garc. *dicto cap.3.num.87.* Armendar. *d.l.1. de filijs Preſbyter. numer.41.* Ego ipſe *dict. alleg.65.num.27.*

Clericum habentem facultatem transferendi penſionem poſſe illam transferre in ſuum filium illegitimum, reſoluunt Gig.*de penſionib.quæſt.86.num.5.* Flamin. Pariſ.*de reſign. benefic. lib.6.quæſt.4. num.21.& 22.* Gonzal.*ad Reg.8. Cancel.gloſſ.5. §.5.num.22.& 23.* Azor. *inſtit.moral.part.2. lib.8. cap.8.q.7.* Nicol.Garc. *d.cap.3.num.34.*Stephan.Gratian.*d.cap.397.num 1.& 7.*Aloyſ.Ricc.*in collect.deciſ.num.4. collect.1367.in fine, & d.Neapolit.deciſ.186.num.1. & 7.* Ego ipſe *d.allegat.65, num.27.* Aldan. *d.lib.5.tit.18.num.13.* vbi refert ſic fuiſſe deciſum *in Zamoren. 9. Nouembris* 1619. & *in alia ſub die 15 Septembris* 1629. 35.

*θ Vel aliàs obtinuerunt.* ] Non dici obtinuiſſe beneficiũ ad hoc vt comprehendatur ſub hoc decreto, ille qui fuit prouiſus, & litteris non expeditis ac poſſeſſione non habita ceſſit alteri, referunt deciſum Nicol.Garc. *d.cap.3. num.56.in 2. & 3.declar.* Armendar. *d.l.1. de filijs Presbyt. num.22.*Campan.*d.cap.13 num.67.verſ.ſi verò.* 36.

*ι Cogatur filius ſuum beneficium reſignare.* ] Vide Flamin, Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.3.quæſt.18.num.38.*vbi dicit reſolutum mortuo parte non teneri filium illud beneficium dimittere. 37.

Filium illegitimum, qui vigore huius decreti reſignare tenebatur, non eſſe excuſatum a reſignatione, quamuis ſuper eo alter haberet regreſſum, & etiam ſi fuerit locus regreſſus, & quòd regreſſum habens nolet cõſentire, oblata tamen priùs reſignatione cum honeſta penſione, & non acceptata admitti reſignationem, & regreſſum ſuſpendi vſque ad ceſſum, & deceſſum reſignatarij, referunt deciſum Nicol.Garc.*d.cap.3.num.78.in 1.& 2.declarat.*Armendar.*d.l.1.de filijs Presbyt.num.37.& 38.*

38. Patrem, qui eſt coadiutor filij in Canonicatu, teneri cedere omne ius filio, poſſe tamen ſibi aliquem ſeruare fructum, aut penſionem, dicit reſolutum Armendar. *d. l.1 de filijs Presbyt.num.43.*Garc.*d.part.7.cap.3.num.80.* vbi *num.86.* addit fuiſſe pariter deciſum, non eſſe concedendum vt filius poſſet retinere Canonicatum, quia agitur de ſuccedendo de nouo, & ſic de acquirendo beneficium, in quo pater, contra hoc decretum.

*κ Aliàs ipſo iure eo priuatus exiſtat,* &c. ] Præſumptam diſpenſationem, in qua fundatur reg.de triennali, non habere locum contra decretum huius cap.itavt poſſidentes beneficium contra eius diſpoſitionẽ ex tali præſumpta diſpenſatione ſuam poſſeſſionem tueri valeant, referunt deciſum Nicol, Garc. *d.c.3, num.88.*Armendar, *d.l.1.de filijs Presbyt num.42.* 39.

*λ Ad hæc reciprocæ reſignationes,* &c.] Vide Nauar.*conſ.5. in antiq.* aliàs *conſ.10. in nouis, de renuntiat.*Sayro *in floribus deciſ. ſub hoc tit. deciſ.6.* Fr.Emman.*in ſumm.part.1.cap.56. num.9* Flamin.Pariſ.*de reſignat.benefic lib.14.quæſt.9.*& quo pacto probentur, vide Aloyſ.Ricc. *in collect deciſ.part.5. collectan.1705.*Caſtro Palao *d.puncto 2.num.18.* 40.

Decretum hoc diſponere tantùm circa reciprocas reſignationes poſt ipſum Concil.in fauorem filiorum faciendas, ait reſolutum Armendar.*d.l.1.de filijs Presbyter.num.5.* 41.

---

*Beneficia Curata in ſimplicia conuerti non poſſunt, etiam cum aſsignatione Vicarij perpetui, & quæ in Curata redacta fuerint poſt mortem Vicarij, vel Rectoris redeant ad priſtinam naturam.*

## CAPVT XIV.

1 *Doctores de materia cap.agentes.*
2 *Beneficium Curatum quod dicatur.*
3 *Parochiales Eccleſiæ in ſimplicia beneficia conuerti non poſſunt.*
4 *Beneficia ſimplicia non poteſt Ordinarius ſeparare ab Eccleſiis parochialibus, ſi illis vnita eſſent.*
5 *Beneficia ſimplicia in Curata ab Ordinario conuerti non poſſunt.*
6 *Parochialem Eccleſiam in Collegiatam erigere non poteſt Epiſcopus.*

STatuit ſancta Synodus, vt Eccleſiaſtica beneficia ſæcularia, quocumque nomine appellentur, *α quæ curam animarum* ex primæua eorum inſtitutione aut aliter *β quomodocumque retinet,* illa deinceps *γ in ſimplex beneficium,* etiã *δ aſſignata Vicario perpetuo congrua portione,* non cõuertantur: non obſtantibus quibuſcumque gratijs, quæ ſuum plenarium effectum nõ ſunt conſecutæ. In ijs verò, in quibus cõtra

eorum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eorum inſtitutionem, ſeu fundationem cura animarum in Vicarium perpetuum tranſlata eſt, etiam ſi in hoc ſtatu ab immemorabili tempore reperiantur, ſi congrua portio fructuum Vicario, quocumque nomine is appelletur, non fuerit aſſignata, ea quamprimum, & ad minus intra annum à fine præſentis Concilij, arbitrio Ordinarij, [a] iuxta formam decreti ſub fel.rec. Paulo III. aſſignetur. Quod ſi id commodè fieri non poſſit, aut intra dictum terminum factum non erit: cum primum per ceſſum vel deceſſum, Vicarij, ſeu Rectoris, aut quomodolibet alterum eorum vacauerit beneficium, curam animarum recipiat, ac Vicarij nomen ceſſet, & in antiquum ſtatum reſtituatur.

[a] Suprà ſeſſ. 7. de reform. c.7.

1. VIde Nicol.Garc. *de benefic.part.12.cap.2.num.87.* Mari. Antonin. *var reſol.lib.1.reſol.vlt.caſu 69.* Aloyſ.Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.492. in 1. edit.* aliàs *reſol.383. num.6. & 7.in 2.edit.* latè Monet. *de commut.vltim. volunt.c.11 num.64.cum ſeqq.* metipſum *de offic. & poteſt.Epiſcopi p.3. alleg. 68. num.9.*

2. α *Quæ curam animarum,* &c.] Quod dicatur beneficium Curatum, & quæ parochialis Eccleſia, dixi latè *de officio & poteſt. Parochi cap.1. ex num.35.* Et ad hunc effectum ne in ſimplex conuerti poſſit per Epiſcopum, Aloyſ. Ricc. *in praxi rerũ fori Eccleſ.deciſ.2.in 1.edit.* aliàs *reſol.618.in 2.edit.*

β *Quomodocunque retinent.*] Beneficia ſecularia eccleſiaſtica, quæ curam animarum habent, quomodocunque non poſſunt conuerti in ſimplex beneficium, vt per Zerol. *in praxi Epiſc.p 1.verb.vnio. §.3.*

3. γ *In ſimplex beneficium,* &c.] Parochiales Eccleſiæ in ſimplex beneficium conuerti non poſſunt, etiam in aliqua parte fructuum ipſarum Parochialium, vt refert deciſum Nicol.Garc. *d.part.12.cap.8.num.87.* & Aloyſ.Ricc. *d.reſol.383.num.6. & 7.*

Beneficia ſimplicia, ſiue Oratoria, non poterit Ordi- 4.
narius ſeparare ab Eccleſijs parochialibus, ſi illis vnita eſſent, etiamſi illis ſeparatis Parochiales non egeant. Nicol.Garc. & Aloyſ.Ricc. *locis proximè citatis.*

Nec etiam vice verſa beneficia ſimplicia in Curata 5.
ab Ordinario conuerti poſſunt, ſicut atteſtantur reſolutum Aloyſ.Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ.deciſ.492.in 1.edit.* aliàs *reſol.383.num 6. & 7.in 2.edit.* Nicol.Garc. *d.part.12.c.5.num.3.* vbi intelligit, ceſſante cauſa & neceſſitate. nam ea interueniente, Eccleſiam ſimplicem in Curam & parochialem erigere poſſe Epiſcopum, tenent Rebuff. *in praxi benef. tit. de erect.in Curatam, & parochialem,* Azor. *inſtit.moral p.2.lib.5.c.29.quæſt.25.& lib.6.cap.30. q.3. & 4.*

Epiſcopus non poteſt erigere Eccleſiam parochialem 6.
in Collegiatam, vt per Aldan. *in compend. Canon. reſol. lib.3.tit.5. nu.2.* vbi refert ſic fuiſſe deciſum à S. Congregat. Rit. *in Caputaquen. 12. Iulij 1628.*

δ *Aſſignata Vicario perpetuo congrua portione.*] Vide poſita *ad cap.5. & 7.ſeſſ.7.de reform.* & nouiſſimè Tambur. *de iure Abbatum tom.3.diſp.9. quæſt.19.*

---

*Epiſcopi dignitatem ſuam conſeruent, nec Principibus, vel Baronibus ſecularibus aſsiſtant, aut inſeruiant.*

## CAPVT XVII.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Epiſcopus in omnibus ſuæ diœceſis Eccleſiis quantumuis exemptis, eſt honorandus.*
3 *Honor & ſublimitas Epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari.*
4 *Epiſcoporum principatus omnia ciuilia Regna, & poteſtates antecellit.*
5 *Epiſcopatus dicitur culmen omnium dignitatum.*
6 *Principes Catholici ſemper Epiſcopos magni habuerunt.*

NOn poteſt ſancta Synodus non grauiter dolere, audiens Epiſcopos aliquos, ſui ſtatus [a] oblitos, Pontificiam dignitatem non leuiter dehoneſtare: qui cum Regum miniſtris Regulis, & Baronibus in Eccleſia, & extra indecenti quadam demiſſione ſe gerunt, & veluti inferiores miniſtri altaris, nimis indignè non ſolùm loco cedant, ſed etiam perſonaliter illis inſeruiunt. Quare, hæc, & ſimilia deteſtata ſancta Synodus, ſacros Canones omnes, Conciliaque generalia, [b] atque alias Apoſtolicas ſanctiones ad dignitatis Epiſcopalis decorum, & grauitatem pertinentes renouando præcipit, vt ab huiuſmodi in poſterum Epiſcopi ſe abſtineant: mandans eiſdem, vt tam in Eccleſia, quàm foris ſuum gradum, & ordinem præ oculis habentes, vbique ſe Patres, & Paſtores eſſe meminerint: reliquis verò tam Principibus, quàm cæteris omnibus, vt eos paterno honore, ac debita reuerentia proſequantur.

[a] Vide Concil. Agath. c. 23. nec Epiſc. poſteriorem ſinit priori præponi. & 1.Braccar.24. c.quanto, de off.ordin. & ſupr. ſeſſ. 24. de rég. c.4.
[b] Suprà c. 6. cap. Valentinianus, 63.d. c. Epiſcopus in Eccleſijs, 95. diſt. cap. quis dubitet, c. duo ſunt. cum ſeq. 96. diſt. & c. ſolitæ de maior. & obed.

1. VIde Vgolin. *de officio, & poteſt. Epiſcopi, cap. 3. in princ. nu. 1.* metipſum *in ſimili tractat. part. 2. allegat. 1. à princ.* nouiſſimè Alzedo *in praxi Epiſcop.part.1.cap.12.de præeminentia, ac prælatione Epiſcoporum.*

2. Epiſcopus in omnibus ſuæ diœceſis Eccleſijs, quantumuis exemptis, & priuilegiatis, eſt honorandus, eique in choro, Capitulo, & proceſſionibus ac alijs actibus publicis primus locus, & prima ſedes, quam ipſe elegerit, danda eſt, nec poteſt prohiberi quominus in dictis Eccleſijs, etiam exemptis, Pontificalia exerceat, immò poteſt Epiſcopus contradictores pœnis, & cenſuris eccleſiaſticis compellere, vt per Aldan. *in compend. Canon. reſol.lib.4.tit.3.n.10.* vbi refert ſic fuiſſe deciſum à S.Congr. Rit. *in Tullen. 6. Decembris 1613.*

Honor, & ſublimitas Epiſcopalis, inquit S. Ambroſ. *de*
3. *dignitate Sacerdotum, cap. 2.* nullis poterit comparationibus adequari, ſi Regum fulgori compares, & Principum diademati longè erit inferius, quàm ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares.

Quantum cœlum terra pretioſius eſt, quantumque
4. anima corpori, ſpiritus carni, diuina humanis præſtant, tantum Epiſcoporum principatus omnia ciuilia Regna, & poteſtates antecellit, ex Nazianz. *in orat. 17. ad ciues Nazianzenos,* & Chryſoſt. *lib. 3. de Sacerd.* Vnde S.Ambroſ. *vbi ſuprà cap. 3.* profitetur nihil in ſeculo ſublimius Epiſcopis reperiri poſſe, & nihil eſſe Epiſcopo excellentius.

Epiſcopatus igitur dicitur culmen omnium dignita- 5.
tum, *cap. venerabilis, de præben.* ibi, *ad culmina dignitatum.* vbi omnes explicant, id eſt, ad Epiſcopatum, vt per gloſ. *verb.dignitatum, in cap.2.eod.tit.lib.6.* cum ſimilibus, exornant Caſſan. *in Catalogo gloriæ mundi part.4.conſid.25.* Paul. Fuſc. *de viſitat.lib.1. cap.2.num.12.* & plures citati ab Alzedo *d.cap.12.num 1.* conſonat *cap.1. ſeſſ.24. de reformat.* vbi Epiſcopus dicitur ſuper omnes gradus conſtitutus, & ſuprà *hac eadem ſeſſ. cap.6. verſ. Epiſcopis præterea,* vbi dicitur Epiſcopis primam deberi ſedem, & præcipuam omnium rerum agendarum auctoritatem, exornat Sbroz. *de officio vicar.in præf.à princip.* & præcipuè *à num. 9.* immo & Angelis præcellere, quatenus Eccleſiam regere ſcientia diuinitus communicata datum eſt, multis probat Thom. Boſsi. *de ſignis Eccleſiæ tom. 2. lib. 16. cap. 9.*

Quare ab ipſo naſcentis Eccleſiæ exordio Principes 6.

Catholici verbis, & factis ſemper oſtenderunt quantum Epiſcopis tribuendum eſſet, in omnibus ſe illis inferiores profitentes. Et primum Conſtantinus ille magnus ingreſſus locum in quo Epiſcopi conuenerant ad Concilium Nicænum celebrandum in medio cõuentus erectus conſtitit, ac cùm parua quædam ſella ex auro fabricata illi eſſet loco poſita, non prius conſedit, quàm Epiſcopi ad id annuiſſent, vt eſt apud Euſeb. *lib. 1. de vita eiuſdem Conſtantini c. 10.* Nec ſolum Epiſcopos vt Patres, immò verò vt Dei Prophetas omnino honorificè venerabantur, vt idem Euſeb. *in eadem historia*, memoriæ prodidit *lib 3. cap. 22.* Item Valentinus Imp. virtutibus, & rebus geſtis vbique clarus ipſos Epiſcopos in ſumma veneratione habuiſſe legitur *lib. 7. tripartita hiſtoriæ cap. 8.*

---

## *Sacri Canones exactè obſeruandi ſunt, nec niſi vrgenti cauſa diſpenſandum eſt.*

### CAPVT XVIII.

1 *Diſpenſatio eſt legis relaxatio.*
2 *Cauſa rationabilis debet ad diſpenſandum concurrere cum legitima auctoritate.*
3 *Cauſa legitima, & illius cognitio requiritur in diſpenſatione, quæ ab inferiore dimanat.*
4 *Diſpenſatio quæcumque inferioris in lege ſuperioris abſque cauſa legitima facta eſt irrita.*

SIcuti publicè expedit, legis vinculum quandoque relaxare, vt pleniùs euenientibus caſibus, & neceſſitatibus, pro communi vtilitate ſatisfiat: ſic frequentius legem ſoluere, exemploque potius, quàm certo perſonarum, rerumque delectu, petentibus indulgere, nil aliud eſt, quàm vnicuique ad leges tranſgrediendas aditum aperire.[a] Quapropter ſciant vniuerſi, ſacratiſſimos canones exactè ab omnibus, &, quoad eius fieri poterit, indiſtinctè obſeruandos, *α Quòd ſi vrgens iuſtaque ratio*, & maior quandoque vtilitas poſtulauerint, cum aliquibus diſpenſandum eſſe: [b] id *β cauſa cognita*, ac ſumma maturitate, atque gratis, à quibuſcumque ad quos diſpenſatio pertinebit, erit præſtandum: aliterque facta diſpenſatio ſurreptitia cenſeatur.

a Cap. Si Romanorũ, 19. diſt. c. ſi quis omnem 1. q. 7. c. 1. de conſtit.
b Cap. 1. de voto.

1. COllige ex text. diſpenſationem eſſe legis relaxationem cum cauſæ cognitione ab eo, qui poteſtatem habet diſpenſandi, vt probatur ex illis verbis ibi, *legem ſoluere*, &c. & ibi, *id cauſa cognita*, &c. ita gloſ. pen. *in cap. requiritis §. niſi rigor. 1. quæſt. 7.* Nauarr. *in cap. quem pœnitet n. 7. de pœnitent. diſt. 1. & in man. prel. 9. num. 13.* Couar. *de ſponſalib p. 2. c. 6. § 9. num. 1.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de diſpenſat. num. 1.* Alphonſ. Aluarez Guerrero *in ſpeculo iuris Pontif. c. 17. de diſpenſat. Epiſcopi, in princ.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. part. 1. lib. 2. cap. 31. num. 1.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 46. art. 1.* Monet. *de diſtrib. quotid. p. 2. q. 14. nu. 2.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 260. in 1. edit.* aliàs *reſol. 227. num. 2 in 2. edit.* Sanchez *de matrim. lib. 8. diſputatione 1. num. 2.* Sayr. *in claui Regia lib. 6. cap. 11 à princip.* Card. Tuſch. *lit. D concluſ. 457.* Soar. *de legib. lib. 6. cap. 10. num. 7.* Cardoſ. *in praxi iudicum, verb. diſpenſatio, num. 1.* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælator. tom 2. quæſt. 30. art. 1.* Portel. *in dubijs regular. verb. diſpenſare.* Hieronym. Roderic. *in compend. Regular. reſolut. 51. num. 1.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap. 7. num. 1.* Ego ipſe *in ſimili tract. part. 2. allegat. 33. num. 3.*

2. *α Quòd ſi vrgens, iuſtaque ratio*, &c.] Ergo ad diſpenſandum debet cum legitima auctoritate concurrere rationabilis cauſa iuxta viri boni arbitrium, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 13. cap. 19. num. 194. cum ſeqq.* Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Religion. lib. 2. cap. 1. dub. 1.*

3. *β Cauſa cognita.*] Legitimam cauſam, & illius cognitionem requiri in diſpenſatione quæ ab inferiore dimanat, tenent Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 19. num. 5.* Menoch. *conſ. 16. num. 15.* Sanch. *de matrim. lib. 3. diſput. 8. num. 3. & lib. 8. diſput. 17. num. 10.* Fernandez *in examine Theologiæ moralis part. 1. cap. 6. §. 10. num. 1.* Ego ipſe *d. allegat. 33 num. 4.* quia per illam vulneratur ius publicum, vt ex Puteo tradit Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut. 410. num. 3.* nam ſi fiat ſine cauſa, dicetur potius diſſipatio, quàm diſpenſatio, ſicut ex S. Bernardo colligunt Curt. ſen. *conſ. 19. incip. Aggredior, nu. 6.* & Socin. iun. *conſ. 120. num 28. vol. 2.* & ceſſante cauſa ceſſat diſpenſatio, gloſſ. *verb. ceſſante, in cap. poſt tranſlationem, de renunciat.* & alij citati ab Aloyſ. Ricc. *d. reſolut. 410. num. 8.*

Vnde diſpenſatio quæcunque inferioris in lege ſu- 4.
perioris abſque cauſa legitima facta eſt irrita, vt reſoluunt Couar. *de ſponſal. part. 2. cap. 6. §. 9. num. 1.* Gutier. *d. c. 9. num. 5.* Nauarr. *d. prel. 9. num. 15* Sanchez *d. lib. 8. diſput. 17. num. 4.* Ludouic. Miranda *d. quæſt. 30. art. 4. concl. 4.* Ego ipſe *d. allegat. 34. num. 1.* Non ſic dicendum de diſpenſatione Epiſcopi, vel alterius inferioris in proprijs conſtitutionibus facta, vt per Bottæ. *in tract. de Synodo Epiſcopi part. 2. art. 4. num. 8.* Gambar. *de auctorit. Legati, lib. 10. num. 442. & ſeqq.* Nauarr. *in man. cap. 25. num. 74. in fine*, Sayr. *de cenſur. lib. 6. cap. 11. num. 11.* quos refert & ſequitur Sanchez *d. ct. diſput. 17. num. 27.* Soar. *de legib. lib. 6. cap. 15. num. 8.* Salas *eod. tract. diſput. 20. ſect 4. num. 43.* Baſil. Pontius *in tract. de matrimon. lib. 8. cap. 5. num. 3.* metipſum *d. allegat. 34. num. 2. cum ſeqq.* vbi multipliciter declaro, & *à num 8.* quæro an diſpenſatio Archiepiſcopi in decretis Synodi Prouincialis facta ſine cauſa legitima valeat, de quo etiam Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapolit. part. 4. deciſ. 122.*

---

## *Duellorum vſus tollendus eſt, & pugnantes ac permittentes puniendi ſunt, vt ibi.*

### CAPVT XIX.

1 *Doctores de duello agentes.*
2 *Pius V. ſtatuit circa duella.*
3 *Gregorius XIII. circa idem.*
4 *Clemens VIII. circa idem.*
5 *Ludouicus XIII. Francorum Rex circa idem.*
6 *Duellum commiſſum in loco priuato, & non tuto, ſiue patrinis, &c. an dicatur comprehenſum ſub hoc decreto.*

7 Conſti-

7 *Conflictus particulares an liciti ſint.*
8 *Duellum obiter aſpicientes an comprehendantur ſub hoc decreto.*
9 *Duellantium pœnas an incurrant qui ſeſe obuiam habentes diffidunt ſe in tali loco, & ibi ſtatim pugnant.*
10 *Duelli pœnas an incurrat, qui dicit alteri, Veni ad talem locum, te ibi exſpecto.*
11 *Duellum an committat, qui ad euitandam loci irreuerentiam inimico, quem videt in Eccleſia, dicit, Exi foras.*
12 *Duello non ſequuto diſcedens an incidat in excommunicationem, & alias pœnas contra duellantes comminatas.*
13 *Duellum an committatur ſi illud offerenti alius ſtatim pugnando aggrediatur.*
14 *Duelli pœnas an quis effugiat calore iracundiæ.*
15 *Duellum an ſit per ſe illicitum.*
16 *Duellum licitum in hoc caſu.*
17 *Duellum licitum etiam in hoc caſu.*
18 *Duellum non dicitur inter infideles punibile pœna huius decreti.*
19 *Ipſo iure.*
20 *Sepultura priuantur morientes in duello.*


DEteſtabilis [a] duellorum vſus, fabricante Diabolo, introductus, vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Chriſtiano orbe penitus exterminetur: Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocumque alio nomine, domini temporales, qui locum ad [b] monomachiam in terris ſuis α *inter Chriſtianos conceſſerint:* eo ipſo ſint excommunicati: ac iuriſdictione, & dominio ciuitatis, caſtri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiſerint, quod ab Eccleſia obtinent, priuati intelligantur: & ſi feudalia ſint, directis dominis ſtatim acquirantur. Qui verò pugnam commiſerint, & qui eorum Patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum ſuorum proſcriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam β *incurrant:* & vt homicidiæ, [c] iuxta ſacros canones puniri debeant, & ſi in ipſo conflictu deceſſerint, perpetuò γ *careant eccleſiaſtica ſepultura.* Illi etiam, qui conſilium in cauſa duelli, tam in iure, quàm facto dederint: aut alia quacumque ratione ad id quemquam ſuaſerint, necnon ſpectatores, excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur: non obſtante quocumque priuilegio, ſeu praua conſuetudine, etiam immemorabili.

[a] Cap. 1. de torneament.

[b] De ea. & Nicolaus I. decretorum ſuorum, tit. 12.

[c] Cap. 2. de cleric. pugn. in duell. de torneament. per totum, & toto tit. de homicid.

1. VIde Ioan. de Lignano, Iacob. de Caſtello, aliàs de Villa ſancta, Iulium Ferret. & Antonium Maſſam Galeſ. *in ſuis particularibus tractatibus de duello tom. 12. tractatum Doctorum à fol.* 295. item Henric. Bocer. Lucam Floron. & Anton. Peregrinum *in ſimilibus tract.* Ordin. Reg. Luſit, *lib. 5. tit. 43.* Caiet. Armil. Sylueſt. & alios Summiſtas *verb. dullum*, Lancel. Conrad. *in templo omnium iudic. lib. 1. c. 1. §. 3. verſ. 13.* Bernard & Salzed. *in pract. cap. 100. aliàs 130. in nouiſſ. edit.* Alciat. *in lib. de ſingulari certamine, & in conſil. de materia duelli, in fine dicti lib.* Maiol. *de irregul. lib. 5. cap. 18.* Nauar. *conſ. 1. & 2. de purgat. vulgari,* Perez per text. *ibi in l. 3. gloſſ. 1. per totam, tit. 13. lib. 8. Ordin.* Mench. *illuſtr. cap. 49. num. 11. cum ſequent.* Petr. à Nauar. *de reſtitut. tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 280. cum ſeqq.* Mich. Salon. 2. 2. *quaſt. 64. art. 3. controu. 3.* Viuald. *in candel. aureo tit. de ſuſpenſ. num. 68. cum ſeqq.* Burg. de Pace *in l. 1. Tauri ex num 413. vſque ad nu. 421.* Ioſeph, Ludou. *Lucenſi deciſ. 11.* Stephan. Quarant. *in ſumm Bullarij, verb. duellum,* Viui. *to. 2. commun. opin. in fine tract. de feudis tit. 2. num. 85.* Henriquez *in ſum. lib. 13. cap. 39. §. 3.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 1. lib. 4. cap. 23. num 13.* Banes 2. 2. *quaſt. 64. art. 7. dub. 3.* Fr. Emman. *quaſt. regular. to. 3. quaſt. 61. art. 1. verſ decimò.* Soar. *tom. 5. de cenſur. diſput. 31. ſect. 4.* Zerol. *in praxi Epiſcop. verb. duellum,* Galet. *in margarita caſuum conſcient. eod. verb.* Bobadil. *in ſua politica lib. 2. cap. 14. num. 41.* Petr. Cabal. *in tract. de omni genere homicidij, num. 76. cum ſeqq. & conſ. 9. lib. 1.* Sayr. *in claui Regia lib. 7. cap. 13. à num. 11. & de cenſur. lib. 3. cap. 41. à num. 29.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 6. quaſt. 13. cum ſeqq.* Azor. *inſtitut. moral. part. 3. lib. 2. cap. 5.* Martin. Delri. *diſquiſit. magic. lib. 4. cap. 4. ſect. 2.* Molin. *de iuſtit. tom. 4. tract. 3. diſput. 17.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 21. cap. 7. num. 75. cum ſeqq.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap. 8. §. 2.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 39. num. 19. cum multis ſeqq.* Molfeſ. *in ſumma Theolog. moralis tract. 7. cap. 18. num. 17. cum ſeqq.* Filliuc. *tom. 1. tract. 15. num. 103. cum ſeqq. & tom. 2. tract. 29. cap. 8.* Bonacin. *de cenſuris diſp. 2. quaſt. 6. puncto 2.* & nouiſſimè *de cenſuris extra Bullã diſput. 2. q. 3. puncto 48.* Caſtr. Palao *in opere morali tract. 6. de charit. diſp. 5. punct. 7.* Trullench. *in Decalog. lib. 5. cap. 2. dub. 13.*

2. Pius V. *in ſua conſtitut.* incip. *Ea quæ à Prædeceſſoribus, ſub dat. Idibus Nouembris* 1560. innouat, & approbat de mera deliberatione, & ex certa ſcientia ſingulas Iulij II. Leonis X. & Clementis VII. conſtitutiones, & litteras contra duellantes, & ſingulos, quos litteræ ipſæ concernunt, & concernent ſub excommunicationis, anathematis, maledictionis, perpetuæ infamiæ, diffidationis, criminis læſę maieſtatis, ſeditionis, rebellionis, confiſcationis, & priuationis ſtatuum, & dominiorum, ac feudorum, & vicariatuum, ac aliorum bonorum ſuorum, ac depoſitionis illorum, necnon inhabilitatis ad illa, & alia impoſterum obtinenda, ac interdicti, & alijs cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, & temporalibus, alijſque in eiuſmodi litteris contentis, quas contrauenientes eo ipſo incurrant, & inteſtabiles fiant, & vltra pœnas prædictas carceribus mancipari, & detineri, & pœnis prædictis irremiſſibiliter puniri debeant, perpetuò obſeruari, & per executores in dictis litteris deputatos aduersùs eoſdem contra facientes ad totalem executionem dictarum pœnarum procedi debere decernit, illaſque tam ad pugiles taliter pugnantes, quàm eos ad id tentantes, & prouocantes, aut locum, ſeu campum ad pugnandum dantes, ſeu concedentes, ac in illis aſtantes, & intereſſentes, ac certantes comitantes, & comitiuam præſtantes, necnon conſulentes, ac adherentes, & fautores, necnon chartas certaminis, ſeu duelli ſubſcribentes, vel affigentes, aut publicantes extendit cum priuatione beneficiorum, ſi eccleſiaſtici ſint, obtentorum, & inhabilitate ad alia in poſterum obtinenda, &c.

Gregorius XIII. *in ſua conſtit.* incip. *Ad tollendum, ſub dat. 24. Decembris* 1582. ampliat decretum Concilij in præſenti ad omnes illos, qui ex condicto ſtatuto tempore, & in loco conuento monomachiam commiſerint, etiamſi nulli patrini, ſocijve ad id vocati fuerint, nec loci ſecuritas habita, nullæve prouocatoriæ litteræ, aut denunciationis clauſulæ præceſſerint, cenſuris, & pœnis omnibus in hoc decreto propoſitis teneri perinde ac ſi publico, & conſueto abuſu ſingulare certamen iniuiſſet; volens etiam locorum dominos, ſi certamen ex condicto huiuſmodi permiſerint, aut quantum in ſe fuerit, nõ prohibuerint, omneſque illud fieri mandantes, inſtigantes, auxilium, conſilium, vel fauorem dantes, equos, arma, pecuniam, commeatum, & alia ſubſidia ſcienter ſubminiſtrantes, aut ex compoſito ſpectatores, vel ſocios quouis modo ſe ſe prębentes eiſdem cẽſuris, & pœnis ſubiacere, etiamſi illi, qui ad locum deſtinatum pugnaturi acceſſerunt, impediti pugnam non commiſerint ſi per ipſos non ſteterit, quominus illa committatur. Non obſtantibus, &c. 3.

Clemens VIII. *in ſua conſtit.* incip. *Illius vices, ſub dat. 2. Septembris* 1592. confirmat, declarat, & extendit ſupra- 4.

dictas

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

dictas conſtitutiones Apoſtol. & decretum Concilij in
pręſenti, ac inſuper decernit & declarat eaſdem conſti-
tutiones, ac decretum huiuſmodi locum habere vbique
gentium, & terrarum, inter quaſcunque perſonas etiam
armatas,& in caſtris ſeu propugnaculis militantes,etiam
vbi Catholicę fidei oſtium furor impune graſſatur, vel
ſit dominijs per eos occupatis, ſeu detentis. Idem quo-
que iuris cenſendum eſſe decreuit ſi publico, & forſan
iuſto bello indicto miles aliquis contra alterum in ad-
uerſariorum exercitu militantem, ſiue aliàs in hoſtium
caſtris,pręſidijs, aut terris degentem priuatas ſimultates
atque inimicitias publicæ cauſæ intermiſcendum etiam
ducum permiſſu ex condictu ad ſingulare certamen de-
ſcendat, aut illum prouocet, necnon ijſdem pœnis, de-
creto, & conſtitutionibus teneri eos, inter quos pactio-
nes initæ ſint de dirimendo certamine cùm primùm al-
teruter vulneratus fuerit, ſeu ſanguinem effuderit, aut
certus ictuum numerus vtrinque illatus fuerit, vel ſi con-
uenerint vt non ſinguli cum ſingulis, ſed bini, terni, aut
plures hinc inde pugnent, & non ſolùm locorum domi-
nos, ſed etiam Magiſtratus, Præſides, locumtenentes,
aut etiam militum duces, & capitaneos in caſtris,vel ex-
tra ea, in alieno, vel hoſtili ſolo, vel cum militibus exer-
citus aduerſariorum monomachiam in quocunque caſu
per præſentem, vel alias conſtitutiones huiuſmodi pro-
hibitis permittentes,vel quantum in ipſis eſt, non prohi-
bentes, aut poſt admiſſum crimen veniam & impunita-
tem concedentes. Præterea pari ratione prohibet om-
nia, & ſingula eius generis ſcripta, manifeſta, ſeu fides
vulgo appellata, quæ etiam ſine expreſſa prouocatione
ad certamen quaſi præparatoria quædam ad chartulas,
ſeu libellos prouocatorios,& ad duella, illorumque velu-
ti radices, aut ſemina vtplurimum laceſſendi aliquem
ad pugnam, & ſuſcitandæ ſimultatis, atque inimicitiæ
materiam, & occaſionem præbent,&c. Trullench *in De-
calog.lib.5.cap.2.dub.13.num.12.*

5. Nouiſſimè pius & iuſtus Ludouicus XIII. Francorum
Rex abolitis, & caſſatis quibuſcunque prædeceſſorum
conſtitutionibus, & irritatis omnibus conſuetudinibus
bellandi ſingulari certamine, addidit præterea pœnam
contumacibus, & inobedientibus confiſcationis bono-
rum, dignitatis, nobilitatis quoad gens ſibi ſubdita
facilis ad pugnam eximeretur hac turpi, & inhumana
laniena.

6. Sed primò quæritur vtrùm Concil. in præſenti proce-
dat quando duellum fuerit commiſſum in loco priuato,
& non tuto, ſine patrinis, ſocijſve ad id vocatis, ac ſine
prouocatoris litteris,& chartellis, ac etiam pugna non
perfecta? Negant ex eo, quia hoc non eſt propriè duel-
lum. Pereg. *de duello quęſt.15. num.3. & ſeqq.& quęſt.20.
num.3.* Bonacin. *de cenſur. extra Bullam in Cœna Domini
diſput.2.quęſt.3.puncto 48. num.15.* vbi poſt Luc. Floron.
*cap.5.§.1.verſ.tertium eſt*, obſeruat dictam conſtitut. Cle-
mentis VIII. intelligendam eſſe iuxta communem lo-
quendi vſum, & ſenſum aliarum conſtit. quas illa con-
firmat,& quòd in aliis conſtitut. ſermo eſt de pugna, quę
fit ſtatuto loco, & tempore.

7. Secundò quæritur, vtrùm liciti ſint conflictus illi par-
ticulares,qui inter hoſtes ſolent fieri tempore belli,inter
vnum ſcilicet,& vnum, decem & decem? Reſp,maximè
ſi publica auctoritate ſuſcipiantur ob commune bonum,
ſecus ſi cauſa oſtentationis virium, & ob vanam glo-
riam, vel abſque iuſta cauſa. Vide Petrus à Nauarra
*de reſtitut.lib.2.c.3.nu.295.& ſeq.* Valer.Reginald. *d.lib.21.
num.79.* Floron. *de duello cap.3.* Pereg. *in ſimili tract.quęſt.2.
ad fin.* Sanch. *d.lib.2.cap.39 num* 11. Sayr *d.cap.13.num.16.*
Bonacin. *de cenſuris in communi diſp.2.quęſt.6. punct.2.nu.3.
& de cenſuris extra Bullam diſp.2.quęſt.3.puncto 48.num 4.*

8. Tertiò quęritur, an ſub hoc decreto, & conſtitutioni-
bus ſupradictis comprehendantur illac tranſeuntes, &
obiter aſpicientes duellum? Negant Valer. Reginald. *d.
lib.21.num.77.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.8.§.2.num.5.*

9. Quartò quęritur, an incidat in pœnas pugnantium in
duello qui ſeſe obuiam habentes diffidunt ſe in tali lo-
co, quò ſtatim tendunt, & ibi pugnant? Affirmant,cùm
adſit aſſignatio loci, & temporis præſentis,niſi excuſen-
tur ignorantia, Sanch. *d.lib.2.cap.39.num.28.* Filliuc. *tract.
29.cap.8.num.112.* Bonacin. *d.puncto 2.num.6.& d.punct.48.
num.7.* Contra Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. lib.1.cap.7.
num.22.* exiſtimantem hoc caſu iſtos non videri incide-
re in pœnas pugnantium in duello.

Quintò quæritur,an incurrant pœnas duelli, qui dicit 10.
alteri,Veni ad talem locum, te ibi expecto: aut ſic loqui-
tur,Eas,ad capiendum enſem,hic te expecto, vel in tali
loco? Affirmant,quia pugna initur ex præuia conuentio-
ne,ſtatuto tempore,& loco, Pereg. *de duello quæſt.15.num.
3.* Bonacin. *d puncto 48.num.7.* vbi idem dicit de illo, qui
alteri dicit, Inuito te ad duellum nunc in hoc loco, mo-
dò non fiat ex compoſito,& ex calore iracundiæ; idem
quoque affirmat de eo, qui alium ad pugnam prouocat
cùm prima vice ſibi occurrerit in Vrbe.

Sextò quæritur,an committat duellum,qui ad euitan- 11.
dam loci irriuerentiam, aut ſuum periculum, inimico,
quem videt in Eccleſia eſſe,aut in loco ſibi periculoſo,
vbi habet comitatum, vel famulos, dicit, Exi inde? Ne-
gant,quia non deſtinatur propriè locus,ſed ſolùm inten-
ditur euitatio irreuerentiæ,Sanchez *d.cap.39.num.28.* Pe-
regr. *de duello quæſt.18.* Floron. *eod.tract.cap.1.* Filliuc. *tom.1.
tract.15.num.111.*

Septimò quæritur, vtrùm Titius, qui præmiſſa cum 12.
Caio prouocatione ad duellum ſe ſe contulit tempore
præfixo ad locum conſtitutum, ſed diſceſſit duello non
ſequuto, incidat in excommunicationem, aliaſque pœ-
nas contra duellantes communinatas? Affirmant Vgo-
lin. *d.§.2.nu.2.verſ.quartò,* Floron. *de duello cap.3.§.1.nu.14.
fol.47. & cap.5.§.1.num.3.fol.63. & cap.6.§.1.num.2.fol.84.*
Peregrin. *eod.tract. quæſt.4.num.5.& 7.in fine, & quæſt.41.
per tot.* & præcipuè *num.2. & 4.* Sed contrarium ſuſti-
nent,eorumq; fundamentis reſpondent Iacob. de Graf.
*de caſibus reſeruat.lib.1.cap.7.num.10. & 26.* Paul. Comitol.
*reſponſ.moral.lib.6.quæſt.13.num.5.verſ.quartum,& quæſt.18.
num.7.& 8.* Sanchez *d.cap.39. num.27.* Bonacin. *dict.pun-
cto 2.num 16.*

Octauò quæritur, vtrùm committatur duellum quan- 13.
do Titius offert duellum Caio, illumque eodem tempo-
re,quo duellum offert, gladio aggreditur, & Caius cogi-
tur ibi ſtatim pugnare? Negant Peregr. *de duello quæſt.23.*
Filliuc. *d.tract.15.num.110.& d.tract.29 cap 8.num.107.&
110.* Bonacin. *d.puncto 48.num.8.& 9.* vbi reddunt ratio-
nem, quia ex parte Titij dicitur potiùs aggreſſio, & ex
parte Caij dicitur defenſio, quam non ſponte, ſed coa-
ctè ſuſcipit,nec adeſt aſſignatio loci,& temporis.

Nonò quæritur, an quis in foro conſcientiæ pœnam
excommunicationis contra pugnantes in duello impoſi-
tam effugiat,ſi alterum diffiderit, non animo pugnandi,
ſed tantummodo cauſa honoris defendendi? Affirmant
contra Peregrinum *quæſt.24.* Lucas Floron. *cap.6.§.1.* Fil-
liuc. *d.tract.15.cap.5.quæſ.5.num.107.* quia hęc non eſt dif-
fidatio ex cõdicto cum periculo occiſionis, aut vulneris,
vel mutilationis, duellum enim ſub cenſuris prohibe-
tur ob periculum grauis lęſionis; immo Filliuc. *loco proxi-
mè citato num.* 113. probabile cenſet in foro conſcientię
non affici excommunicatione, etiamſi ad locum con-
uentum accedant abſque animo verè pugnandi, ſed
tantummodo inferendi aliquos ictus cum morali ſecuri-
tate,quòd nullum vlli parti damnum ſequuturum ſit,ſed
potiùs pax inde concilianda; hæc enim non eſt pugna
cum periculo lęſionis, vt ſupponitur, quanquam in foro
externo præſumatur duellum,forus enim externus iudi-
cium fert ex actione externa,& internas animi cogita-
tiones non intuetur.

Decimò quæritur, an calore iracundiæ excuſentur à 14.
pœnis duelli qui incontinenti accederent ad aliquem lo-
cum,ibique dimicarent? Affirmant Ioſeph. Ludou. *Lucenſi
deciſ.11.* Cened. *ad Decretal.collect.117.num.4.* Aloyſ. Ricc.
*in praxi rerum fori eccleſ.deciſ.634. in 1.edit.* aliàs *reſol.573.
in 2.edit.*

Vndecimò quæritur, vtrùm duellum ſit per ſe illici- 15.
tum? affirmant regulariter Valer. Reginald. *d.lib.21.num.
80.* Bernard. Græu. *ad practicam Cameræ Imper.lib.2.concl.
100.conſid.1.* niſi in duobus caſibus,quos adducunt Lucas
Floron. *cap.5.§.3.* Pereg. *quæſt.16.* Azor. *inſtitut. moral.*

*part.3.*

*part.3. lib.2. cap.5. q.3.* Sanch. *d. cap.36. nu.16.* Filliuc. *dict. tract.15. cap.5. q.5. num.*109. Becan. *in tract. de fide cap.26. quaſt.3.* Bonacin. *de cenſuris extra Bullam Cœnæ diſp.2. q.3. puncto 48. num.18.*

16. Primus eſt ad ſedandos duos exercitus contrarios, veluti ſi exiſtente bello iuſto inter duos Principes, vnus illorum vellet bellum in duellum reſoluere, prouocando alterum ad ſingulare certamen, prout Beliarius *in ſuis commentar. rerum Gallicarum anni* 1528. feciſſe refert Franciſcum I. Regem Galliæ, miſſo libello duelli Carolo V. Imp. & Guicciardin. *hiſtoria Italia lib.*13. idem refert de Franciſco Maria Duce Vrbini, vbi apoſtilla alios refert, Lyran. *cap.17. lib.1. Regum*, Caiet. 2.2. *q.91. art.8. in reſp. ad 3. verſ. quinta cauſa*, Sayr. *in claui Reg. lib.7. cap.13. num.* 16. Sanch. *d. cap 39. num.14.* Filliuc. *tract.29. cap.8. num.* 142. Bonacin. *de cenſuris extra Bullam Cœnæ diſput.2. quaſt.3. puncto 48. num.18. verſ. primus.*

17. Secundus caſus eſt quando aliquis compellitur ſub vitæ periculo acceptare duellum, quilibet enim poteſt conſulere vitæ propriæ etiam cum morte inuaſoris. Ad defenſionem etiam rerum propriarum videtur eſſe licitum acceptare duellum, quando aliquis eas inuadit, nec aliud adeſt remedium ad eas defendendas præter acceptationem duelli, tunc enim non dicitur propriè duellum, ſed iuſta defenſio rerum propriarum. Ita poſt multos Bonacin. *d. puncto 48. nu.* 18. *verſ. ſecundus*. Trullench. *in Decalogum lib.5. cap.2. dub.13. num.7.* vbi intelligit dummodo nullum aliud remedium ſit tuendi vitam, vel membri abſciſſionem, & limitat in bonorum defenſione, Leſſ. *de Iuſtit. lib.2. cap.9. dub.8. num.47.*

18. *α Inter Chriſtianos conceſſerunt.*] Ergo ſecus ſi inter infideles, vt per Martin. Delri. *d. q.4. num.16.* Sanchez *d. cap. 39. num.29.* vbi ſecus dicit ſi Chriſtiano pugnaturo cum infideli in ſuo Regno locum concederet.

19. *β Incurrant.*] Vide Valer. Reginald. *d. lib.22. num.76. poſt princip.* vbi aduertit non obſtare quòd hoc decretum vtatur verbis imperatiui modi, quæ videri poſſunt ſignificare non ſententiam latam, ſed ferendam per iudicem, quia ea non diriguntur ad iudicem vt cenſeantur requirere illius actionem, ſed ad reum, quem per imperiũ efficax ligauit. Ita Trullench. *d. lib.5. c.2. dubit.13. n.21.*

*γ Careant Eccleſiaſtica ſepultura.*] Morientes in duello 20.
ſolemni, ſcilicet cum aſſignatione patrini, loci, & temporis ſepultura priuari, aſſerunt Martin. Carrill. *en la explicarion de la Bulla de los defuntos, part.2. cap.4. num.55.* Valer. Reginald. *d. lib.22. num 76. verſ accedit*, Galet. *in Margarita caſuum conſcient. verb. ſepultura, vltim.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.17. num.4. verſ* 2. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*410. vbi etiam reſoluit quòd nec ſufficit oſtendere ante obitum ſigna pœnitentiæ. Suar. *de cenſur. diſput.23. ſect. vltim. num.*11. Lorca 2.2. *q.41. art.2. num.* 6. Bobadil. *in ſua politica lib.2. c.14. num.*41. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.1. lib.2. cap.39. num.*22. Verùm Gregorius XIII. & Clemens VIII. *in ſuis conſtitutionibus*, de quibus ſuprà id ad priuata duelli extenderunt, vt referunt Sanch. Valer. Reginald. & Lorca *citatis locis*, Suar. *de Fide tract. de bello diſput.13. ſect. vltim num.2.* Ioan. Sanci. *in ſelect. diſput.36 num.5.* vbi aduertit in aliquibus prouincijs fortè illas conſtitutiones dum decernunt morientes in duello priuato contraria conſuetudine quoad hunc effectum negandi ſepulturam eſſe abrogatas. Et id locum habere etiamſi ob vulnus in duello acceptum non ſtatim, ſed alio die moriatur, aſſerunt Sancius *in ſelect. diſputat.36. num.9.* Diana *reſol. moral. part.2. tract.2. miſcel. reſolut.*54. Bonacin. *de cenſuris extra Bullam, diſput.2. quaſt. 3. puncto 48. num.*22. vbi addit Parochum non debere illos ſepelire, nec Eccleſiaſticam ſepulturam denegare, ſi non ſit notorium delictum, ſed rem ad Epiſcopum, ſeu ad ipſius Vicarium deferre debere, de quo etiam Sanci. *d. diſp.36. num.12. & 13.*

---

*Eccleſiaſtica libertas, & immunitas obſeruanda eſt, & contra violatores ſtatuta eſt pœna, vt ibi.*

## CAPVT XX.

1 *Exemptio à iudicio ſeculari, & ab oneribus & tributis impoſitis per Principes laicos lege etiam diuina clericis competit.*

2 *Debitores fraudulenti ad Eccleſiam cum bonis cõfugientes, non debent ibi multo tempore tolerari.*

3 *Milites hoſpitari facere non poteſt Magiſtratus ſecularis in domibus Eccleſiaſticarum perſonarum.*

4 *Delinquentes dum diſputatur an immunitate Eccleſiaſtica gaudere debeant, per Eccleſiaſticos miniſtros ſub cuſtodia retineri debent.*

5 *Clerici, qui poſt delicta patrata ad Eccleſiam confugiunt, gaudere debent Eccleſiaſtica immunitate.*

6 *Capellæ priuatorum palatiorum Eccleſiaſtica immunitate non gaudent.*

7 *Immunitate Eccleſiaſtica gaudet pro debito ciuili ad Eccleſiam confugiens.*

8 *Immunitate Eccleſiaſtica gaudent, qui cum armis prohibitis in Eccleſia ſe recipiunt.*

9 *Debitores in creditorum præiudicium res & bona ad Eccleſiam tranſportare non debent.*

10 *Coloni, aut affictuarij, vel partiarij bonorum Eccleſiaſticorum exemptione collectarum pro portione colonica gaudent.*

11 *Coloni partiarij Epiſcoporum durante colonia gaudent fori priuilegio.*

12 *Ordinarius priuare nõ poteſt immunitate à gabellis, & alijs oneribus laicalibus ſi inſeruiãt Eccleſijs.*

13 *Cauſa damnorum datorum per clericos & eorum animalia quando ſpectet ad Curiam Epiſcopalem.*

14 *Abſolutio à cenſuris ob violatam immunitatem Eccleſiaſticam eſt Sedi Apoſtol. reſeruata.*

15 *Rex Hiſpaniarum eſt protector Concilij Trident.*

CVpiens ſancta Synodus Eccleſiaſticam diſciplinam in Chriſtiano populo non ſolùm reſtitui, ſed etiam perpetuò ſartam tectam à quibuſcumque impedimentis conſeruari, præterea, quæ de Eccleſiaſticis perſonis conſtituit, ſæculares quoque Principes officij ſui admonendos eſſe cẽſuit, confidens eos, vt Catholicos, quos Deus ſanctæ fidei, Eccleſiæque protectores eſſe voluit, ius ſuum Eccleſiæ reſtitui, non tantum eſſe conceſſuros, ſed etiam [a] ſubditos ſuos omnes ad debitam erga Clerum, Parochos, & ſuperiores Ordines reuerentiam reuocaturos, nec permiſſuros, vt officiales, aut inferiores magiſtratus, Eccleſiæ & perſonarum Eccleſiaſticarum immunitatem, Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus conſtitutam, aliquo cupiditatis ſtudio, ſeu inconſideratione aliqua violent, ſed vnà cum ipſis Principibus debitam ſacris ſummorum [b] Pontificum, & Conciliorum conſtitutionibus obſeruan-

[a] Cap. Concil. §. hinc 17. diſt. cap. quis dubitet c. duo ſunt. & c fin. 96. diſtinct.
[b] Pij ſecundi epiſt.2.

tiam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tiam præſtent. Decernit itaque, præcipit, [c] ſacros canones, & Concilia generalia omnia, necnon alias Apoſtolicas ſanctiones, in fauorem Eccleſiaſticarum perſonarum libertatis Eccleſiaſticæ, & contra eius violatores editas, quæ omnia præſenti etiam decreto innouat, exactè ab omnibus obſeruari debere. γ *Proptereaque admonet Imperatorem*, Reges, Reſpub. Principes, & omnes, & ſingulos cuiuſcumque ſtatus, & dignitatis extiterint, vt quo largius bonis temporalibus, atque in alios poteſtate ſunt ordinati, eo ſanctius, quæ Eccleſiaſtici iuris ſunt, tanquam Dei præcipua eiuſque patrocinio tecta, venerentur, nec ab vllis Baronibus, Domicellis, Rectoribus, alijſve dominis temporalibus, ſeu magiſtratibus, maximeque miniſtris ipſorum Principum lædi patiantur, ſed ſeuerè in eos, qui illius libertatem, immunitatem atque iuriſdictionem impediunt, animaduertant, quibus etiam ipſimet exemplo ad pietatem, religionem, Eccleſiarumque protectionem exiſtant, [d] imitantes anteriores optimos, religioſiſſimoſque Principes, qui res Eccleſiæ ſua in primis auctoritate, ac munificentia auxerunt, nedum ab aliorum iniuria vindicarũt. Adeoque ea in re quiſque officium ſuum ſedulò præſtet, quo cultus diuinus deuotè exerceri, & Prælati, cæterique Clerici in reſidentijs, & officijs ſuis, quieti, & ſine impedimentis, cum fructu, & ædificatione populi, permanere valeant.

[c] Cap. pertenit 86. diſt. cap. ſi quis ſuadente 17. q. 4. toto tit. de immun. Eccleſ. cap. quanquam, de cēſi. in 6. de felicis de pœn. eo. lib. Conc. Ticinen. verſ. ſtatuimus, & verſ. ſancimus. Concil. Aquiſgran. c. 9. Concil. Lateran. ſub Leone X. ſeſ. 9. & 10.

[d] Cap. Valentinianus 63. diſt. c. Eccleſiæ in fin. 87. diſt. cap. Cõſtãtinus, & c. vlt. 90. diſt.

α *Qvos Deus ſanctæ Fidei, Eccleſiæque protectores eſſe voluit.*] Quòd principes temporales Chriſtiani protectores ſint & defenſores Eccleſiæ, teneantque Eccleſiæ inſtituta, ritus, & leges, ac ſacerdotalia iura ſeruare & tueri, aſſerunt Ænæ. Robert. *rer. iudic.*
1. *lib. 3. cap. 1. pag. 548.* Valdeſ. *in tract. de dignitate Regum, Regnorumque Hiſpaniæ cap. 10. à num. 4.* Seraphin. de Freitas *in tract. de iuſto Imper. Luſit. Aſiatico cap. 6. num. 46. & nu. 53. verſ. idem quoque ſumma cum ratione*, Cardin. Bellarmin. *de Principe Chriſtiano cap. 11.* Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immun. lib. 2. in prooem. num. 17. & 18. & lib. 3. cap. 13. nu. 73. & cap. 17. num. 32. & 33.* Aſcan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 1. diſput. 15. q. 5. num. 15. & 16.*

β *Dei Ordinatione, & Canonicis ſanctionibus inſtitutum.*] Colligunt communiter Doctores exemptionem à iudicio ſeculari, & ab oneribus, & tributis impoſitis per Principes laicos, non ſolùm lege humana, ſed etiam diuina clericis competere. Ita Ioan. Montaig. *de collat. parlam. p. 2. num. 11.* Burſat. *conſil. 42. num. 1. lib. 1. & conſil. 186. num. 8. lib. 2.* Plot. *in addit. ad vltim. conſil. Lauden. num. 8.* Euerard. *conſil. 30. num. 23. ad finem.* Borrel. *conſil. 74. nu. 1.* Bozz. *de iur. ſtat. Eccleſ. libert. lib. 4. cap. 8.* Cardinal. Bellarmin. *in controuerſ. Catholic. tom. 2. lib. 1. de Clericis, cap. 28. in 4. & 5. propoſit.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. cap. 97. num. 6. cum ſeqq.* Glorit. *reſponſ. 13. num. 4.* Sayr. *in claui Ragia lib. 12. cap. 8. num. 6.* Mart. *de iuriſdict. part. 2. cap. 6.* Carol. de Graſſis *de effectibus clerical. effectu 1. num. 2.* Duard. *in Bullam Cœnæ, canon. 15. quæſt. 18. num. 6. cum ſeqq.* Filliuc. *in quæſt. moral. tract. 16. cap. 11. quæſt. 10. num. 316.* Surd. *conſil. 301. num. 16.* Gtilenzon. *conſil. 53. num. 16.* Ludou. Corſea *in repet. cap. inter alia, de immunitate Eccleſ. part. 2. num. 40.* Soar. *ad Regem Angliæ, de immunitate Eccleſ. lib. 4. cap. 5. num. 12. & cap. 8. num. 16.* Bonacin. *de contractibus, diſput. 2. quæſt. 2. puncto 2. num. 8. & de cenſuris in Bulla Cœnæ contentis, diſput. 1. quæſt. 16. ſect. 1. puncto 2. num. 5.* Ambroſin. *de immunitate, cap. 16. num. 4.* Ambroſ. Cardoto *in alleg. iuris ſuper tributo vinis impoſito à num. 22.* Paul. Layman. *in Theologia morali, lib. 4. tract. 9. cap. 8.* Aſcan. Tamburin. *de iure Abbatum, tom. 1. diſput. 15. q. 19. & ſeqq.* Squillante *de priuileg. cleric. cap. 8. num. 1.* Hieron. Roder. *in compendio q. regular. reſol. 63. num. 2.* Et latè probauimus *in tract. de iure Eccleſiaſtico, lib. 1. cap. 39. de priuilegijs cleric. §. 3. in princip.*

2. Debitores fraudulenti ad Eccleſiam cum bonis confugientes, non debent ibi multo tempore tolerari, ſed ab Eccleſia ſunt eijciendi, ita Aldan. *in compend. canon. reſol. lib. 3. tit. 8. num. 15.* vbi refert ſic decidiſſe S. Congregat. Epiſcop. *in Baren. 12. Marij 1600.*

3. Milites hoſpitari facere non poteſt Magiſtratus ſecularis in domibus Eccleſiaſticarum perſonarum, quamquam laicis locatis, cùm per indirectum in fauorem bonorum Eccleſiaſticorum redundet, Bonfadin. *in pract. Eccleſiaſt. c. 20 num. 3.* vbi ait ſic deciſum in ſacra Congr. Epiſcop. *in Nouarien. 9. Iunij 1617.*

4. Delinquentes, qui ab Eccleſijs, alijſque locis immunibus extrahuntur, dum articulus, an immunitate Eccleſiaſtica gaudere debeant, diſcutitur, per Eccleſiaſticos miniſtros ſub cuſtodia, iuxta Bullam Gregorij XIV. retineri debent, ita Aldan. *dict. tit. 8. numer. 16.* vbi teſtatur ſic reſolutum à ſacra Congreg. Epiſcop. *in Neapolitana 30. Septembris 1616.*

Immunitate Eccleſiaſtica gaudere debent clerici, qui 5.
poſt delicta patrata ad Eccleſias confugiunt extra caſus in Bulla Gregorij XIV. comprehenſos, cùm in hoc caſu Abbatis opinio communiter ſit reprobata, ita Aldan. *d. loco*, vbi ait ita deciſum à S. Congregat. Epiſcop. *in Tropien. 24. Ianuarij 1617.*

Immunitate Eccleſiaſtica non gaudent capellæ priua- 6.
torum palatiorum, ita Bonfadin. *d. cap. 20. nu. 4.* aſſerens ſic deciſum a S. Congreg. Epiſcop. *in Marſicen. 17. Nouembris 1617.*

Immunitate Eccleſiaſtica gaudet pro debito ciuili ad 7.
Eccleſiam confugiens, ex Bonfadin. *dict. cap. 20. numer. 7.* qui refert ita reſolutum à ſacra Congregat. Epiſcopor. *in Cortonen. 21. Iulij 1617. & in Beneuentana 10. Maij 1619. & in Senogallien. 22. Nouembris eiuſdem anni.*

Immunitate Eccleſiaſtica gaudent, qui cum armis 8.
prohibitis in Eccleſia ſe recipiunt, ita Aldan. *d. titulo 8. num. 16.* vbi atteſtatur ſic reſolutum *in Salernitana 30. Septembris 1616.* Nam armorum prohibitorum geſtatio, quamuis in Eccleſijs delictum ſit, de comprehenſis tamen in Bulla ſanctæ memoriæ Gregorij XIV. non eſt, ſecundùm Aldan. *dicto loco*, vbi citat dictam deciſionem Salernitanam.

Doctores res, & bona in creditorum præiudicium ad 9.
Eccleſias tranſportare non debent, ſed iudici ſeculari conſignanda ſunt, vt illas, & illa, cui de iure adiudicet, ita Bonfadin. *d. cap. 20. num. 10.* vbi atteſtatur ſic reſolutum à S. Congreg. Epiſcop. *ſub die 1. Decembris 1617.*

Coloni, aut affictuarij, vel partiarij bonorum Eccle- 10.
ſiaſticorum, exemptione collectarum tam ordinariarũ, quàm extraordinariarum pro portione colonica gaudent, ita Aldan. *d. tit. 8. num. 17.* vbi dicit ita decidiſſe ſacram Congreg. Epiſcop. *in Oppiden. 18. Septembris 1618.*

Coloni partiarij Epiſcoporum durante colonia gau- 11.
dent fori priuilegio, ita Tamburin. *de iure Abbatum, tom. 1. diſput. 20. ſub num. 4.* vbi refert deciſum à S. Congregat. controuerſiis iuriſdictionalibus præpoſita *ſub die 6. Decembris 1627.*

Immunitate à gabellis, & alijs oneribus laicalibus pri- 12.
uare non poteſt Ordinarius clericos inſeruientes Eccleſijs, ſed ijdem clerici, niſi, vt ſuprà, inſeruiant ac habitum, & Tonſuram clericalem deferant, aut beneficium Eccleſiaſticum obtineant, priuilegio fori non gaudent, ex Bonfadin. *d. cap. 20. num. 17.* vbi ait ſic fuiſſe reſolutum à S. Congregat. Epiſcop. *ſub die 24. Ianuarij 1631.*

Cauſa damnorum datorum per clericos & Eccleſia- 13.
ſticos, ſeu per eorum animalia, necnon per familiares, miniſtros, & colonos Epiſcoporum, & menſæ Epiſcopalis etiam laicos, ſeu eorum animalia in bonis quibuſcunque tam Eccleſiarum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, quàm etiam laicorum, ſpectat ad Curiam Epiſcopalem priuatiuè. Si verò laici, eorumve miniſtri, & animalia damnificent bona Eccleſiarum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, Curia Epiſcopalis procedere poteſt tanquam in cauſis mixti fori. At, quando coloni, & miniſtri Eccleſiarum clericorum, & Eccleſiaſticorum cum

anima-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

animalibus proprijs bona laicorum damnificant, cognitio tam quoad bona, quàm quoad perſonas laicorum, & eorum animalia ſpectat ad iudicem laicum priuatiuè; ſed ſi cum animalibus Eccleſiaſticorum, vel Eccleſiarum, quoad perſonas ſpectat ad laicum, quo vero ad animalia ſpectat ad Curiam Eccleſiaſticam, ita Aldan. *d.titul.8. num.21.* vbi teſtatur ſic decidiſſe ſacram Congregat. *controuerſijs iuriſdictionalibus præpoſitam in vna Terracinen.*

14. Abſolutio à cenſuris ob violatam immunitatem Eccleſiaſticam, iuxta conſtit. ſanctæ mem. Gregorij XIV. quæ incip. *Cùm aliàs nonnulli*, eſt Sedi Apoſtol. reſeruata, vt per Aldan. *d.tit.8.n.22.* vbi refert deciſum *de anno 1617.*

*y Propiereaque admonet Imperatorem*, &c.] Regem Hiſpaniarum, cæteroſque Catholicæ Reip. ſupremos Principes eſſe protectores decretorum Concilij Tridentin. 15.
latè tradunt Salgado *de protect. Regis part.1. cap.1. prel.2. num.73.* Suar. de Paz *in practica tom.2. prel. vltim. num.10.* Azeued. *l.2. verſ. ſeptimò conſequenter tit.6. lib.1. Recopil.* Couall. *commun. tom.4 quæſ.897. n.220.* Narbona *l.59. gloſſ.2. à princ. & num.14. tit.4. & l.81. gloſſ. vnic. num.3. tit.5. lib.2. Recop.* Henriq. *de Pontificis Claue lib.2. cap.15. poſt princ. §.1. in gloſſ. littera D. & cap.20. gloſſ. fin.* Carraſc. *in interpret. aliquarum legum Regni cap.9. §.4. num.18.*

---

*In omnibus decretis ſalua ſemper eſt Sedis Apoſtol. auctoritas.*

## CAPVT XXI.

1 *Clauſula generalis*, non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtol. *ſufficit pro derogatione decretorum Concilij Trident.*

2 *Derogatio nec generalis, nec ſpecialis Concilij Trid. requiritur ſi ſupplicatio manu Papæ ſignata fuerit.*

3 *Priuilegia omnia Regularium ſunt reuocata in his, quæ Concil. Trident. aduerſantur.*

POſtremò ſancta Synodus, omnia, & ſingula, ſub quibuſcumque clauſulis, & verbis, quæ de morum reformatione, atque Eccleſiaſtica diſciplina, tam ſub fel. rec. Paulo tertio, ac Iulio tertio, quàm ſub Beatiſſimo Pio quarto Pontificibus Maximis, in hoc [a] ſacro Concilio ſtatuta ſunt, declarat, ita decreta fuiſſe, vt in his ſalua ſemper auctoritas Sedis Apoſtolicæ & ſit, & eſſe intelligatur.

[a] Supra ſeſſ. 7. de reformat. in prin.

1. EX hoc text. vulgò colligitur pro derogatione decretorum huius S. Concil. Trident. ſufficere clauſulam generalem, non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, ita Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gl.6. num.120.* Mart. *de clauſul. part.4. clauſul.14. num.3.* Bonacin. *de cenſur. diſput.2. quæſt.5. puncto 2. num.4. verſ. ratio deſumitur*, Mareſcot. *var. reſolut. lib.2. cap.38. num.41.* Monet. *de commutat. vltim. voluntat. cap.11. num.250.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.5. cap.940. & 963.* Honor. *ad Decretal. tit. de conſtitut. num.11.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum requiſ.17. dub.4. num.8.* ſecundùm Roman. impreſſ. Fr. Sigiſmund. à Bononia *de elect. dub.5.* Nicol. Garc. *de benefic. part.5. cap.8. num.87.* vbi refert ſic reſpondiſſe ſacram Congregat. Ferentil. *in annotat. ad deciſ.463. Buratti*, Antonin. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. libro 5. cap.14. numer.6. & lib.8. cap.4. numer.6.* vbi atteſtatur ſic fuiſſe in Rota deciſum *in vna S. Angeli penſionis 16. Decembris 1594. coram Cardin. Famphilio ſen. & in Bononien. Prioratus 9. Iunij 1606. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo*, & apud Farin. *deciſ.179. num.6. & deciſ.687. num.24. part.2. recent.* Caualer. *deciſ.601. num.3.* vbi dicit cenſeri derogatum diſpoſitioni Concilij Tridentin. quando contra illud Papa diſponit, & conſtat derogaſſe voluiſſe.

2. Derogatio nec ſpecialis, nec generalis requiritur in Concil. Trident. ſi ſupplicatio manu Papæ ſignata fuerit, ita refert deciſum Nicol. Garc. *de benefic. p.4. cap.5. nu.34. & p.5. cap.8. num.87.*

3. Priuilegia omnia Regularium, etiam ea, quæ Mare magnum appellantur, ſunt reuocata in his, quæ Concilio Tridentin. aduerſantur per Bullam Pij V. 13. *Kalend. Martij 1565.* vt dicit reſolutum Nicol. Garc. *de benefic. p.3. cap.2. num.258.*

---

## De Indulgentijs.

1 *Doctores de indulgentijs tractatus integros in lucem edentes.*

2 *Doctores de indulgentijs agentes.*

3 *Indulgentiæ pro Eccleſia S. Mariæ de Monteſerrato.*

4 *Bullam Cruciatæ ante, vel poſt ſuſcipere non eſt neceſſarium in volentibus conſequi Indulgentias Iubilæi, quæ à Summis Pont. pro tempore concedi conſueuerunt.*

CVm [a] poteſtas conferendi indulgentias à Chriſto Eccleſiæ conceſſa ſit, atque huiuſmodi pote-
ſtate, diuinitus ſibi tradita, antiquiſſimis etiam temporibus illa vſa fuerit, ſacroſancta Synodus
indulgentiarum vſum, Chriſtiano populo maximè ſalutarem, & ſacrorum Conciliorum auctori-
tate probatum, & in Eccleſia retinendum eſſe docet, & præcepit, eoſque anathemate damnat, qui aut inu-
tiles eſſe aſſerunt, vel eas concedendi in Eccleſia poteſtatem eſſe negant, in his tamen concedendis mo-
derationem, [b] iuxta veterem, & probatam in Eccleſia conſuetudinem, adhiberi cupit, ne nimia facili-
tate Eccleſiaſtica diſciplina eneruetur. Abuſus verò, qui in his irrepſerunt, & quorum occaſione inſi-
gne hoc indulgentiarum nomine ab hæreticis blaſphematur, emendatos, & correctos cupiens, præſenti
decreto generaliter ſtatuit [c] prauos quæſtus omnes pro his conſequendis vnde plurima in Chriſtiano
populo abuſuum cauſa fluxit, omnino abolendos eſſe. Cæteros verò qui ex ſuperſtitione, ignorantia, ir-
reuerentia, aut aliunde quomodocumque prouenerunt, cùm ob multiplices locorum, & prouinciarum,
apud quas hi committuntur, corruptelas commodè nequeant ſpecialiter prohiberi, mandat omnibus
Epiſcopis, vt diligenter quiſque huiuſmodi abuſus Eccleſiæ ſuæ colligat, eoſque in prima Synodo pro-
uinciali referat, vt aliorum quoque Epiſcoporum ſententia cogniti, ſtatim ad ſummum Romanum Pon-
tificem deferantur, cuius auctoritate, & prudentia, quod vniuerſali Eccleſiæ expediet, ſtatuatur, vt ita
ſanctarum indulgentiarum munus piè, ſanctè, & incorruptè omnibus fidelibus diſpenſetur.

[a] Matth.16. Ioan.20. c. audiuim⁹ & c. quodcũque ligaue. 24. q. 1. c. vt conſtitueretur 50. d. 2. c. adhuc de pœnit. d. 1. toto tit. de pœnitent. & rem. extr. in 6. & in cle. c. Ancyrani per multa capita. Neoceſ. c.5. Nicani c. 3. & 11. Carthag.4. c.75. Agath. c.60.
[b] Cap. cum ex eo. de pœnit. & remiſ.
[c] Supra ſeſſ. 21. de reformat. 1. cap.9.

1. DE Indulgentijs integros tractatus ediderunt Antonius Roſell. Ludouicus Bologninus, & Felinus Sandæ. *to.14. tractatuum Doctorum*, Thom. de Vio Caietanus, Martin. Nauarrus, Gregorius de Valẽtia, Antonius Cordubenſis, Gaſpar Scopius, Iſidorus Valſeranus, Ioannes Baptiſta Paulianus, Cardin. Robert. Bellarminus, Iaco-

bus

bus Nauclantius, Iulius Lauorius, Valentinus Laurentius, Thomas Zerola, Boetius Epo, Lucas Pinellus, Franciſcus Roderiguez, Hieronym. Gratian. Rutilius Benzonius, Antonius Sanctarellus, & Bartholom. à S. Fauſto.

2. Tractant etiam Theologi cum Magiſtro *in 4. diſt. 20. 21. & 45.* S. Thom. *in addit. 3. part. quæſt. 25.* Caiet. *tom. 1. opuſc. tract. 15. 16. & 17.* Cordub. *toto lib. 5. de Indulgent.* Cardin. Bellarmin. *lib. 1. & 2. de Indulgent.* Didac. Nugnus *in 2. 2. quæſt. 20.* Henriq. *in ſumm. lib. 7. de Indulgent.* Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom. 2. quæſt. 85.* Valent. *tom. 4. diſput. 7. quæſt. 20.* Soar. *tom. 4. de Pœnitent. prope fin.* Iodoc. Cocc. *in theſauro nouo Theologico, verb. Indulgentia*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 7. à num. 94. cum multis ſeqq.* Ægid. de ConincK *de Sacrament. & cenſur. tom. 2. diſput. 12.* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmin. part. 1. lib. 6. de Indulgent.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part. 1. cap. 7.* Bonacin. *de Sacrament. diſput. 6. quæſt. 1. puncto 1.* Fernandez *in examine Theologiæ moralis part. 3. cap. 7.* Petr. Coton *lib. 4. controuerſ.* Moiſeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis tract. 7. cap. 26. de Indulgent.* Vincent. Filliuc. *in quæſt. moral. tract 8. cap. 7. cum ſeqq.* Ioan. de Lugo *de Sacrament. tract. de Pœnitentia diſput. 27. de ſatisfactione, quæ per Indulgentias, applicari ſolet.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 14. cap. 13. cum ſequentibus.*

Indulgentiæ pro manibus adiutricibus Eccleſiæ S. Mariæ de monteſerrato concedi poſſunt ex gratia ad ſupplicationem Oratoris Regis Hiſpaniarũ, ita Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib. 5. tit. 7. num. 8.* vbi refert deciſum à S. Congregat. Rit. *in cauſa montis Serrati 13. Iulij* 1630. 3.

Indulgentias Iubilæi, quæ à Summi Pontificibus pro tempore concedi conſueuerunt, vt quis conſequi valeat in Regnis Hiſpaniarum, non eſt neceſſarium Bullam Cruciatæ ante, vel poſt ſuſcipere, ita nouiſſimè Sellius *in ſelectis Canonic. cap. 4. num. 16.* vbi refert ſic decidiſſe S. Congregat. negotijs Indulgentiarum præfectam *ſub die 8. Februarij* 1631. 4.

---

## De delectu ciborum, ieiunijs, & diebus feſtis.

1 *Regulares qualiter feſtos dies, & ritus ſeruare teneantur.*
2 *Feſtorum ad obſeruantiam per Epiſcopum cum approbatione populi indictorum poteſt ipſa cenſuris Regulares compellere.*
3 *Feſtis diebus licet dare operam rebus ad vitam neceſſarijs.*
4 *Iudex laicus non poteſt procedere contra laborantes in diebus feſtis de licentia Ordinarij.*
5 *Feſta Kalendarij Romani non poſſunt eleuare Epiſcopi, & Regulares ad nobiliorem ritum.*
6 *Feſtos dies & ieiunia in ſuis Eccleſijs annuntiare non prohibentur Regulares.*
7 *Feſtum nouum non poteſt cogi populus ſeruare.*
8 *Feſta Sanctorum certa die adſcripta in Kalendario non poſſunt transferri.*

INſuper hortatur ſancta Synodus, & per ſanctiſſimum Domini noſtri, atque Saluatoris aduentum Paſtores omnes obteſtatur, vt tanquam boni milites illa omnia, quæ ſancta [a] Romana Eccleſia, omnium Eccleſiarum mater, & magiſtra, ſtatuit, necnon ea, quæ tam in hoc Concilio, quàm in alijs œcumenicis ſtatuta ſunt, quibuſcumque fidelibus ſedulò commendent, omnique diligentia vtantur, vt illis omnibus, & ijs præcipuè ſint obſequentes, quæ ad mortificandam carnem conducunt, vt ciborum delectus & ieiunia, vel etiam, quæ faciunt ad pietatem augendam, vt dierum feſtorum, deuota, & religioſa celebratio, [a] *admonentes populo crebrò*, [b] obedire Præpoſitis ſuis, quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient; qui verò contemnunt, Deum ipſum vltorem ſentient.

a Cap. non decet 11. d. Vig. in Epiſt. ad Eutherũ in fine Felix 1. in Epiſt. 3. b Cap qui ſuis 93. diſt. c. quia frater 7. q. 1. Luc. 10.

1. FEſtos dies quamuis Regulares ſeruare teneantur quos in ſua diœceſi Epiſcopus ſeruandos præceperit, ritus tamen eorum quoad Miſſas celebrandas, & cætera diuina officia tam publicè, quàm priuatim ab ipſis Regularibus in eorum Eccleſijs perſoluenda, illis feſtis permanere debent, nec circa hæc ab Epiſcopis quoquo modo quicquam in contrarium eiſdem Regularibus præcipi poteſt, quòd ſi de facto præceperint, Regulares neutiquam ipſis Epiſcopis obedire tenetur. Verùm quoad Conciones, & lectiones, quas ijdem Regulares ad populum habuerint, debent ſe conformare Euangelijs, & Epiſtolis, quibus clerus ſecularis vtitur illis diebus feſtis, ita deciſum referunt Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. priuilegia Regularium*, Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 3. n. 47. verſ. dies feſtos*, Laurent. de Peirinis *in conſtit. ſui Ordinis Minimor. tom. 1. conſtit. 28. Leonis X. num. 2.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi part. 3. alleg. 105. num. 34. & 35.*

2. Feſtorum ad obſeruantiam per Epiſcopum cum approbatione populi indictorum, poteſt ipſe cenſuris Regulares compellere, vt per Aldan. *in compend. Canon. reſol. lib. 3. tit. 8. num. 12.* vbi refert deciſum *in Hoſtunen. 31. Iulij* 1627.

3. Feſtis diebus licet dare operam rebus ad vitam neceſſariis, ac tempore perituris, præſertim tempore vindemiarum & meſſium, ac recollectionis fructuum, vel vbi neceſſitas vrgeat, & ſuadeat pietas ad Ordinarij cuiuſque iudicium, & cenſuram, vt referunt deciſum Quarant. *in ſumm. Bullarij verb. dies feſti*, Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 3. num. 23.*

4. Eccleſiaſticus ſi dat licentiam alicui laborandi, vel vendendi diebus feſtis, laicus iudex in vim Bullæ Pij V. non poteſt procedere contra laborantem, ſeu vendentem, ita Aldan. *d. tit. 8. num. 25.* vbi refert deciſum *ſub die 26. Iunij* 1621.

Feſta Kalendarij Romani non poſſunt eleuare Epiſcopi & Regulares ad nobiliorem ritum, puta à ſemiduplici ad duplicem, ſine licentia Sedis Apoſtol. ſic Aldan. *d. loco num. 27.* vbi teſtatur reſolutum à S. Congreg. Rit. *die 28. Octobris* 1678. 5.

Feſtos dies, & ieiunia in ſuis Eccleſijs annuntiare non prohibentur Regulares, vt per Laurent. de Peirinis *in conſtit. ſui Ordinis Minimor. tom. 2. conſtit. 7. Pij V. num. 13. verſ. ad primum*, vbi refert ita deciſum *ſub die 2. Iunij* 1620. 6.

Feſtum nouum nõ poteſt cogi populus ſeruare quàm indicta ab Eccleſia, & ſi nouum inſtitui petitur, ſupplicet populus, ita Aldan. *vbi ſuprà num. 30.* qui ait reſolutum à S. Congregat. Rit. *in Pacen. 20. Aprilis* 1603. 7.

Feſta Sanctorum certa die adſcripta in Kalendario, vel Martyrologio non poſſunt transferri, vt per Aldan. *d. loco*, vbi dicit ſic fuiſſe deciſum à S. Rituum Congr. *ſub die 28. Octobris* 1628. 8.

*a Admonentes populos crebrò*, &c.] Denuntiare populo Parochus debet vigilias in quibus ea hebdomada ex præcepto Eccleſiæ, vel ex locis conſuetudine, ſeu ex Ordinarij lege ieiunandum eſt. Ita Vgolin. *de Officio Epiſcopi cap. 16. §. 3. nu. 3.* Ego ipſe *de Parocho part. 1. cap. 16. num. 2.*

Tenetur quoque denuntiare populo feſtos dies, in quibus operibus ſeruilibus eſt vacandum, vt per Petr. Gregor. *lib. 1. part. iuris Canon. tit. 19. cap. 5.* Campan. *in diuerſorio iuris Canon. rub. 12. cap. 13. num. 92.* Vgolin. *d. cap. 16. §. 3. num. 4.* Berti Lucenſ. *in praxi crimin. Regul. tit. 4. cap. 34. num. 5. verſ. non minus item*, quos refero *d. cap. 16. num. 4.*

## De Indice librorum, & Catechiſmo, Breuiario, & Miſſali.

1 *Breuiarium Romanum ac formam illud recitandi inſtituit Pius V.*

2 *Breuiarium habentes ante 100. annos an ſatisfaciant recitando iuxta formã Breuiarij noui Pij V.*

3 *Breuiarij, & Miſſalis Romani vſus ſemel introductus, non poteſt mutari redeundo ad antiquum.*

4 *Breuiarium S. Benedicti reformatum approbatur,*

5 *Breuiarium Benedictinum debet adhiberi ab omnibus Monachis, & Monialibus ſub regula S. Benedicti militantibus.*

6 *Breuiarium Benedictinum de mandato Pauli V. pro omnibus Religioſis, qui militant ſub regula S. Benedicti.*

7 *Miſſali alio, nõ hoc reformato celebrantes, qui aliàs tenentur ex Bulla Pij V. incurrunt peccatum mort. ſi ſcienter, & abſque iuſta cauſa id fecerint.*

SAcroſancta [a] Synodus in ſecunda Seſſione, ſub Sanctiſſimo Domino noſtro Pio IV. celebrata, delectis quibuſdam Patribus commiſſit, vt de varijs cenſuris, ac libris vel ſuſpectis, vel pernicioſis, quid facto opus eſſet, conſiderarent, atque ad ipſam ſanctam Synodum referrent: audiens nunc, huic operi ab eis extremam manum impoſitam eſſe, nec tamen, ob librorum varietatem, & multitudinem diſtinctè, & commodè poſſit à ſancta Synodo dijudicari, præcepit, vt quidquid ab illis præſtitum eſſet, Sanctiſſimo Romano Pontifici exhibeatur, vt eius iudicio, atque auctoritate terminetur, & euulgetur. Idemque de [b] Catheſchimo à Patribus, quibus illud mandatum fuerat, & de Miſſali, & Breuiario fieri mandat.

[a] Supra ſeſſ. 18.

[b] Vide ſeſſ. 24. cap 7.

SAncta hæc Synodus probè cognoſcens quanti interſit ſaluti totius Eccleſiæ Chriſtianę hæreticorum libros ſi non in totum aboleri, vt minus ab vſu hominum ſemoueri, & particulari nota ab alijs diſtingui, & ſegregari, voluit inſuper vt ex certorum quorundam Patrum, aliorumque doctiſſimorum virorum per diuerſas Nationes ad id ſpecialiter deputatorum iudicio, ij omnes qui vel hæretici, vel de hæretica prauitate ſuſpecti eſſent, vel quoquo modo pietati, aut bonis moribus officerent, in particularem Indicem, ſeu catalogum conſcriberentur: quem Indicem deinde Pius Papa IV. ex huius Synodi decreto vnà cum regulis quibuſdam pro illius meliore directione eidem propoſitis, auctoritate Apoſtol. approbauit, publicari, & ab omnibus ſuſcipi ac obſeruari mandauit, cum inhibitione ne quiſquam ſiue laicus, ſiue Eccleſiaſticus contra earum regularum præſcriptum, aut ipſius Indicis prohibitionem vllos libros habere, aut legere audeat, ſub diuerſis pœnis in eadem Bulla latiùs expreſſis, cuius tenorem poſtmodum iterum Sixtus V. & Grogorius XIII. ſummi Pontif. ſpecialiter adauxerunt, & renouarunt; refert Stephan. Quarant. *in ſumm. Bullarij verb. libri prohibiti.*

1. Breuiarium Romanum, ac formam illud recitandi, inſtituit Pius V. *cõſtit.* 64. incip. *Quòd à nobis, 7. Id. Iulij* 1568. & denuo reuiſit, & emendauit Clemens VIII. *conſtitut.* 86. incip. *Cùm in Eccleſia, 10. Maij* 1602.

2. Breuiarium habentes ante 100. annos inſtitutum, non ſatisfaciunt recitando etiam extra chorum iuxta formam Breuiarij noui Pij V. quod in ſua Eccleſia non fuit receptum de conſenſu Epiſcopi, & Capituli, vt refert deciſum Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 1. numero* 155.

Breuiarij, & Miſſalis Romani vſus ſemel introductus 3.
in Eccleſia, quæ habet particulare Breuiarium, & Miſſale, confirmandus eſt, nec licèt redire ad vſum antiqui Breuiarij & Miſſalis, ita Aldan. *in compend. Canon. reſol. libro 1. tit. 10. numer.* 8. vbi refert ita fuiſſe deciſum à S. Congregat. Rit. *in Tullen. ſeu nullius 15. Martij* 1608.

Breuiarium ſancti Benedicti reformatum ad vſum 4.
Breuiarij Romani, exceptis ijs, quæ ad regulam ſancti Benedicti pertinent, approbatur, & conceditur Monachis dicti Ordinis in Regno Portugaliæ, Sel. *in ſelect. Canon. cap. 50. num.* 8. vbi ait ſic fuiſſe deciſum à S. Congregat. Rit. *in Portugalen. 21. Februarij* 1604. & quòd idem Breuiarium recitare debent Moniales eiuſdem Ordinis in d. Regno, quæ Ordinario ſubſunt, ex ead. S. Congreg. Rit. *in alia Portugalen. 20. Martij* 1604.

Breuiarium Benedictinum debet adhiberi ab omnibus Monachis, & Monialibus ſub regula ſancti Benedicti militantibus, ex eod. Sel. *d. cap. 50. num.* 26. vbi teſtatur ita reſolutum ab ead. S. Congr. *in Tarraconen. 24. Ianuarij* 1615. *& in Sueſſen. 13. Iulij* 1619. 5.

Breuiario Benedictino de mandato Pauli V. pro omnibus Religioſis qui militant ſub regula S. Benedicti, vti 6.
debent omnes Monachi, & Moniales, qui & quæ militant ſub regula ſancti Benedicti, Sel. *vbi ſuprà*, qui dicit ſic fuiſſe deciſum ab ead. S. Congreg. *ſub die 24. Ianuarij* 1616.

Miſſali alio, non hoc reformato celebrantes, qui aliàs tenentur ex Bulla Pij V. poſita in Miſſali Romano, in- 7.
currunt peccatum mortale ſi ſcienter, & abſque iuſta cauſa id fecerint, vt refert deciſum Nicol. Garc. *de benefic. part. 3, cap. 1. num.* 156.

*FINIS LAVS DEO.*

INDEX

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN